SYNOPSIS TRACTATUS

DE

VERA RELIGIONE

QUEM TRADEBAT

ANGIAE

HENRICUS PINARD, S. J.

(Ad usum stricte privatum).

« Nullus esset gentilis, si nos essemus christiani ».

S. J. CHRYSOST.

ALMA COLLEGE
210.2
LIBRARY
P651
Alma, California

ROLLARII FLANDRORUM
TYPOGRAPHIA JULII DE MEESTER
1913.

3446

Monitum.

Haec *synopsis* quandoque bibliographia ditior prodit, quam textu prolixior. Praebere enim voluit unde oralem praelectionem verificare posses ac penitiori investigatione privatim complere, nullo modo eam supplere.

Brevitatis causa, ubi libri in promptu sunt, v.g. Praelectiones P^is^ Pesch et Theologia Wirceburgensis, loci laudati non sunt transcripti.

Theses e contra nonnullas hic breviter tractatas reperies, v. g. de Dei existentia, de genuinitate Epistolarum et Actuum, non ut in schola praelegantur, cum ad alium tractatum vel ad Introductionem generalem Scripturae remitti soleant, sed ut commodius consuli possint nec quidquam desit logico demonstrationis processui.

Pari de causa, quaedam theses de Ecclesiae transcendentia ac de religionum analogiis adnexae sunt, ut saltem extra scholam, ad doctrinae complementum, perlegi possint.

« *Quae vera esse perspexeris tene et Ecclesiae catholicae tribue ; quae falsa respue et mihi, qui homo sum, ignosce* » ; S. August., De vera relig., c. x, n. 20, M, 34, 131.

Signa adhibita.

AA	A.d'Alès, Diction.apologétique.
Acta	Collectio Lacensis, t. VII.
Acta SS	Acta Sanctae Sedis.
Ann	Annales de phil. chrét.
Brugère	De vera relig.[2], Paris, 1878.
E	Denzinger, Enchiridion, ed. XI[a].
Ét	Études.
Jacquier	Hist. des livres du N.T.
Jacquier	Le N.T. dans l'Égl. chrét.
van Laak	Inst. theol. fund., Romae, 1908.
Lahousse	De vera relig., Lovanii, 1897.
M	Migne, Patrologia (P.G.; P.L.).
P	Pesch, Praelect. dogmat.[5], t. II.
Rech	Recherches de science relig.
RB	Revue biblique.
RBén	Revue bénédictine.
RCF	Revue du clergé français.
RHLR	Rev. d'hist. et de litt. relig.
RMM	Rev. de métaph. et de morale.
R2M	Revue des deux mondes.
RPA	Rev. pratique d'apologétique.
RPhil	Rev. de philosophie.
RQS	Rev. des quest. scientifiques.
RThom	Revue Thomiste.
RSPT	Revue des Sc. philos. et théol.
Vac	Vacant, Dict. de théol. cathol.
Vigouroux[12]	Manuel biblique, ed. Brassac.
Wilm	Wilmers, De relig. revel. Ratisbonae, 1897.
W	Wirceburgenses.

Introductio generalis.

I. Sententiae praecipuae de religionis origine ac natura.

E. Hardy, Zur Geschichte der vergleichenden Religionsforschung, Archiv für Religionswissenschaft,1901, t. IV, p. 45 sq., 97 sq., 193 sq. — L. Jordan, Comparative religion, Edinburgh, 1905.— J. Réville, Les phases successives de l'histoire des relig., Paris, 1909. —Lagrange, O. P., Études sur les relig. sémitiques[2], Paris, 1905.— W. Schmidt, S. V. D., L'origine de l'idée de Dieu, Vienne, 1910.

1. — *Inquisitionis finis : a.* ut intelligatur quid, historice, nomine religionis venerit ; *b.* ut experientia praeteriti temporis constet, quid recte admissum in variarum scholarum methodis, quid secus.

2. — *Conspectus historicus* : *a.* periodus antiquitatis : Stoici (schola allegorica : varia dei nomina pro varia ejus operatione), Evhemerus (schola historica : homines dii effecti), Epicurus (dii « monogrammi » absque providentia), Academia nova (schola sceptica : ritus retinendi, dogmata incerta), Neoplatonismus (schola allegorica nova : allegorismus, syncretismus). — E contra Patres. Quoad quaestionem historicam : idololatria ex corruptione primaevae revelationis orta ; analogiae partim ex imitatione cultus divini per daemones, partim ex « seminibus Verbi ». Quoad quaestionem philosophicam : exclusivismus, concordismus.

b. periodus mediaevalis : coordinantur Patrum theses.

c. periodus Reformationis : controversiae de Romana idololatria ; pullulantibus sectis, crescit indifferentismus dogmaticus et scepticismus ; mirum in modum ditatur eruditio per catholicas missiones atque Humanismum.

d. periodus moderna : — α. rationalistica, saec. XVIII : impugnantur omnes religiones positivae ; — β. agnostica, saec. XIX : quoad quaestionem historicam, Dupuis (schola astrologica), Fr. Creuzer (schola symbolica : dogmata primaeva symbolice expressa), Max Müller (schola philologica : nomina numina), Tylor, Spencer, Frazer (schola anthropologica : animismus, totemismus), Durkheim (schola sociologica : origo religionis utilitas socialis).. — quoad quaestionem philosophicam : agnosticismus, inde indifferentismus vel syncretismus.

Apud catholicos : Prémare, Bonnetty, A. Nicolas (schola traditionalistica : ubique primaevae revelationis vestigia), de Broglie, de Harlez, Lagrange (schola historica : singuli cultus prius ex documentis restituendi...), Schmidt (schola anthropologica nova : perspectis antiquioribus civilisationis cyclis, eo purior cultus quo antiquior).

3. — *Conclusio : a.* stadium inquisitionis triplex distinguendum : hierographia, hierologia, hierosophia ; *b.* judicium absolutum de religionis veritate (hierosophia) penes solam philosophiam.

4. — II. **Religionis definitio nominalis.** — De definitione in genere, T. Pesch, Logica, I, n. 140.

1° *dupliciter definiri potest : a. objective sumpta* (i. e. per partes quae a parte rei ei competunt) : est complexus α. aliquot *doctrinarum* de majoribus vitae quaestionibus, β. *praeceptorum moralium* de officiis erga entia suprema persolvendis, γ. *rituum* seu praxium quibus his officiis homo fungitur. *b. subjective sumpta* (i. e. prout est habitus seu virtus ejus qui dicitur religiose agere) importat : α. *fidem late dictam* (une croyance) de existentia entis majoris atque ultimi (sive unum sit, sive plura) ; β. consequenter *ordinationem totius personae* ad hanc potestatem, seu conversationem cum ea, non per modum joci aut irrisionis, aut merae curiositatis, aut solius utilitatis, sed modo serio et cum aliqua obsequii significatione ; γ. *affectus* correlativos, v. g. spei, amoris, pacis...

5. — 2° *hujus definitionis valor* (non philosophicus sed usualis) vindicatur, ex eo quod religionem bene distinguit a therapeutica (christian science, mind-cure), a philosophia, ab arte, a magia, a superstitione...

6. — 3° *hinc de reliquis definitionibus judicare* licet :

J. Réville, Prolégomènes de l'hist. des relig., Paris, 1881, c. 2, p. 34 ; Chantepie de la Saussaye, Manuel de l'hist. des relig., 1904, p. XVII sq. ; S. Reinach, Orpheus, Paris, 1909, p. 3 sq., quem acute reprehendit Loisy, A propos d'hist. des rel., Paris, 1911, p. 50.

W. James : « Nous entendrons dorénavant par religion (définition tout arbitraire, je le répète) les impressions, les sentiments et les actes de l'individu pris isolément, pour autant qu'il se considère comme étant en rapport avec ce qui lui apparaît comme divin. » L'expér. relig.[2], p. 24 sq.

De Grandmaison : « La religion se définira ainsi par l'ensemble des croyances, des sentiments, des règles et des rites, individuels ou collectifs, visant (ou imposés par) un Pouvoir que l'homme tient actuellement pour souverain, dont il dépend par conséquent, avec lequel il peut entrer (ou mieux : il est entré) en relations personnelles. Plus brièvement, la religion est la conversation de l'homme, individuel ou social, avec son Dieu ». RPA, 1910, X, 725 sq. ; cf. Huby, Christus[5], p. 6 sq.

7. — III. **Religionis species :** *a.* religio *vera, falsa ; b.* religio *naturalis, supernaturalis* (*lato* sensu seu metaphysico, *stricto* sensu seu *theologico.*)

8. — *Scholion.* — Vocis « religionis » etymologia.

S. Thomas, II, II, q. 81, a 1., Réville, op. cit., p. 5, 6 note ; Prat. S. J., Rev. des quest. scientif., 1901, I, 517 note ; Daremberg et Saglio, Dict. des antiquités, art. Religio, p. 831.

PARS PRIMA.

De apologeticae natura et objecto.

9. — **Art. I. — Tractatus historia.** — Vacant, I, 1533 sq. ; AA, I, 191 sq.

10. — **Art. II. — Tractatus nomen.** — P. n. 69 ; Gardeil, Crédibilité et apolog.[2], Paris, 1912, p. 203 sq.; Vacant, I, 1513, 4° ; AA, I, 244 sq.

Varia ejus nomina explicantur : Prolegomena ad theologiam, seu Introductio ad...; Logica theologica seu supernaturalis.., Apologetica, Tract. de vera relig., Demonstratio christiana vel catholica...

Art. III. — Tractatus finis. — Finis apologeticae proprius est : I. saltem probatio credibilitatis, II. immo, strictius loquendo, probatio credentitatis catholicae fidei.

Gardeil, Bainvel, Le Bachelet dans AA., loc. cit. ; de Poulpiquet, Objet intégral de l'apol.[1], p. 34 sq., cf. 7 sq. ; Blondel, RCF, 1901, XXVII, 632 sq.

11. — **Praenot.**: I. *Utilitas quaestionis* : inde patebit quid materialiter ad hunc tractatum pertineat, ac sub quo respectu (formali) ; proinde quomodo singula in eo sint ordinanda.

12. — II. *Notio fidei ejusque elementa :* credulitas, credibilitas, credentitas.

13. — III. *Opiniones* : *a. Finem* esse *saltem* credibilitatis probationem jam nemo negat. *b.* Finem esse *tantum* credibilitatis probationem censet P. Gardeil, op. cit.[2], p. 210 sq.: « L'apologétique sera la somme de la crédibilité du dogme catholique, ou il n'y aura pas d'Apologétique », p. 212 ; de quo cf. Bainvel, RPA, 1908, VI, 161 sq., 321 sq., 641 sq., cf. Gardeil, ibid., VII, 178 sq., 271 sq. — « L'apologétique est la science des raisons de croire ou des motifs de crédibilité », Bainvel, RPA, VI, 323 ; Le Bachelet, AA, I, 225 sq. *c.* Defendimus credentitatis probationem pertinere non tantum ad *integritatem* tractatus, sed ad *ejus essentiam.*

IV. *Nota :* p. I *certa*, p. II *probabilior.*

14. Prob. I. — Ille est saltem aliquatenus finis apologeticae, qui requiritur et sufficit ut apologetica fiat scientia formaliter distincta a quibuslibet aliis ; a., e... Ad M. : dicitur *aliquatenus*, nam scientia *distincta ab aliis* non ideo fit scientia *hic requisita.*

Ad m. — ita, quanquam habet multa *materialiter* communia cum philosophia, historia, exegesi, archaeologia... ea respicit alio modo (sub objecto *formali* diverso), nimirum quatenus probant fidei credibilitatem.

15. — Prob. II. — Ille est proprius finis : *a.* sine quo obtento apologetica essentialiter deficit a munere suo, *b.* sine quo semper prae oculis habito apologetica nequit rite ordinari ; a., e...

Ad m. : *a.* sine probata credentitate apologetica non praestat id ad quod unice requiritur ; requiritur enim ad hoc ut sit velut pons inter theodicaeam et theologiam ; hoc autem non praestat demonstando *praecisive* credibilitatem dogmatum (possibilitatem credendi) sed probando credentitatem (necessitatem submittendi se Christo et Ecclesiae magisterio) ;

b. sine constanti respectu ad credentitatem tractatus nequit recte ordinari, nam non satis curabit de difficultatibus sive speculativis, sive practicis, quae propriae sunt huic materiae :

α. nec de speculativis, nam *obligatio* credendi, et quidem credendi *sub poena damni*, licet revelatio dicatur *gratiosa*, potest sola determinare quaenam sint ab initio probationis invocanda, ut admittatur ipsius tractatus quaestio et ut perseveretur in tractatu perscrutando.

β. nec de practicis, nam obligatio credendi non creat difficultatem (specialem huic probationi, propter consequentias practicas) in sola tractatus conclusione, sed in toto demonstrationis processu ; ergo semper prae oculis habenda est quoad delectum sive ordinis generalis, sive singulorum argumentorum.

16. — Corollarium. — *De distinctione inter Apologeticam et apologiam.* Differunt : α. objecto, β. ratione probandi, γ. certitudine, AA, I, 191.

17. — Art. IV. — Tractatus objectum. — Cf. Gardeil, op. cit.[2], l. III, c. II, p. 228 sq. Distingue : α. *apologeticam normalem* (apologétique type), quae omnia ac sola contineret, quae sibi competunt, quatenus disciplina est ab omni alia distincta ; β. *apologeticas usuales* (les traités d'apologétique), quae ad hominem priorem accommodant.

De apol. *usuali* nulla regula praefigi potest (nisi negative) ; de *normali* sufficit advertere ea omnia ac sola ei proprio jure competere quae requiruntur et sufficiunt ad officium credendi denuntiandum ei qui reliquis disciplinis rite est instructus ; proinde :

α. *praesupponit* theodicaeam (ibi incipit, ubi desinit tract. de relig. nat.) ;

β. *constat* omnibus requisitis ad probandum factum revelationis supernaturalis tum materialiter sumptum (qua objective sensibile), tum formaliter (qua divinum), nec tantum ut verum, sed ut obligans ;

γ. *ex ea profluunt* tractatus de Traditione et de Script. Sacra, ambo quidem theologici, verum prout de theologiae fontibus agunt, jure intra « theologiam fundamentalem » computandi, Le Bachelet, AA, I, 246.

18. — Art. V. — Tractatus divisio. Vide conspectum generalem, p. I.

19. — Art. VI. — Tractatus indoles. — Tria scrutanda : *a. utrum scientia sit ?* — Habet α. unitatem formalem objecti, β. necessitatem seu connexionem logicam probationum, γ. veri nominis certitudinem ; ergo...

20. — *b. quotuplex de jure ?* — Supernaturalis, si via dogmatica (regressiva) ; naturalis, si via critica.

21. — *c. qualis nobis qui jam credimus?* — Haec quaestio *praevie* solvenda. Hinc statim de methodologia : I. de conditione fidelis, II. de conditione infidelis.

PARS SECUNDA.

Apologetica formalis seu methodologia.

ART. I. — De criticae methodi ad dogmaticam relatione.

Occurrunt quaestiones sequentes :
1. de methodi dogmaticae et criticae speculativa distinctione ;
2. de earundem practica conjunctione ;
3. de dubio ut medio inquisitionis ;
4. de conditionibus methodi cujuslibet orthodoxae.

N. B. Hae theses supponunt aliquam dari religionem revelatam ; proinde eum solum immediate respiciunt qui ejus jura sibi probavit.

I. De dogmaticae methodi a critica methodo speculativa distinctione.

Thes. I. — I. Quemadmodum, post fidem, valere debet extrinseca seu indirecta dogmatum probatio, II. quae mentem erga difficultates quaslibet directe haud solutas, immo insolubiles, pleno jure quietet, III. ita, ante fidem, probatio intrinseca seu directa exigenda est, non quidem mysteriorum revelatorum sed revelationis historicae ; IV. duae ergo sunt demonstrandi rationes « ambitu, propriis principiis propriaque methodo » distinctae, dogmatica nimirum atque apologetica seu critica.

Vacant, Const. Dei Filius, II, 256 sq., 276 sq.

22. — Praenot. : I. *Finis theseos : a.* utriusque methodi distinctio, *b.* ut critice simul ac secure in tractatus decursu procedatur, *c. a critico credente.*

23. — II. *Sensus asserti* declaratur distinguendo : *a.* probationem directam ab indirecta, vel intrinsam ab extrinseca, positivam a negativa ; *b.* difficultates a contradictione ; *c.* quietem ex imperio voluntatis ab inquietudine essentiali cognitioni ex extrinsecis (De verit., q. 14, a. 1.) ; *d.* mysteria *late* dicta a *stricte* dictis.

24. — III. *Nodus quaestionis* totus in notione fidei ; hinc distinguendum *fidei* sensum platonicum, protestanticum, kantianum, spencerianum, modernisticum, catholicum, E, 1789 (1638) sq., 2145.

25. — IV. *Nota : dogmatice ;* duplicem esse ordinem cognitionis, *de fid. def.*, E, 1795 (1643), 1799 (1646) ; *critice : certum.*

26. Prob. I : valor probationis ex principiis revelatis.
ex notione fidei, ut est assensus *propter auctoritatem.*

27. Prob. II : valor probationis extrinsecae, non obstantibus difficultatibus in contrarium.
ex notione fidei, ut est assensus *rationalis.*

28. Prob. III : necessitas criticae probationis ante fidem.
ex probatis in p. I et II.

29. Prob. IV : distinctio duplicis methodi.
ex probatis.

30. Coroll. : I. *De duplici valore fontium theologicorum,* de Poulpiquet, Objet intégral[1], p. 513 sq. : a. *dogmatice,* valorem habent divinum et infallibilem, ubi assertio est categorica (nexus extrinsecus) ; b. *critice,* valorem habent humanum et fallibilem, pro rata rationum (seu nexus intrinseci).

Proinde α : *dogmatice,* factum vel assertum *valet pro jure* : quaelibet assertio *categorica* Scripturae, vel Conciliorum, vel consensus Patrum nequit esse erronea (ex inspiratione vel assistentia Sp. S[i]) ; *apologetice,* quodlibet documentum *non est nisi indicium* plus minusve probabile (une trace) quo utitur critica ad restituendum factum ac judicandum de jure seu de assertorum veritate ; β. *dogmatice, sufficit una* assertio categorica documenti infallibilis ; *apologetice,* vix datur certitudo nisi *ex convergentia* indiciorum ; γ. *dogmatice,* tanto magis probant Patres *quanto plures* consentiunt ; *apologetice,* etiamsi consentiant omnes, probant tantum *quantum independentes.*

Brevi,critice « locus ab auctoritate » est *infimus ;* dogmatice est *efficacissimus,* I, q. 1, a. 8, 2[m]. Hinc vides quanti referat ne fiat alterutrius methodi intempestivus vel promiscuus usus.

31. — II. *De circulo vitioso,* Baille, Ét, 1905, CIII, 26 sq. (multa tamen obscure ac confuse).

32. — III. *De methodo regressiva,* ibid.

II. De utriusque methodi practica conjunctione.

Thes. II. — I. Durante inquisitione critica de fidei fundamentis, nequaquam debet fidelis a placitis fidei vel prorsus, II. immo nec ad tempus abstrahere, sed ad ea diligenter advertere, non ideo quidem ut ea criticis argumentis substituat aut commisceat, sed ut sibi praeluceant inquirenti.

33. — **Praenot.**: I. *Stat.quaest.*: Thesis ponitur *a.* de conditione fidelis ac pro fideli, *b.* praesupposito fidei fundamento rationali valido, i. e. vel alio atque fundamentum de quo inquiritur, v. g. transcendentia Ecclesiae hodiernae vel evidentibus miraculis in beneficium hujus Ecclesiae, dum

perpenduntur evangelia, vel eodem, sed aliter probato, v. g. ex prudentia communi, dum technica notitia quaeritur ; *c.* de questione methodologica (theoretica), non psychologica (practica), cujus difficultas ultro conceditur sed a prudente viro vinci potest.

34. — II. *Placita fidei* dicuntur quaecumque cum fide consonant, pro gradu cognitae consonantiae.

35. — III. *Opiniones : a.* methodus *abstractionis absolutae* (rationalistica), v. g. Loisy, Autour d'un petit livre, 1903. p. VII, X, 54 sq.; *b.* methodus *abstractionis relativae* (ad tempus), v. g. Farges, RPA, 1907, V, 411, 574 sq. ; *c.* methodus *cooperationis criticae*, v. g. Lebreton, RPA, V., 311 sq., 500 sq.

36. — IV. *Nota theseos* : pars I, *dogmatice, de fid. def.*, E, 1817 (1664), 1798 (1645). Cf. decr. « Lamentab. », prop. 12. 23. 24, E, 2012, 2023, 2024, 2097 ; mot. prop. « Sacror. Antist. », E, 2145, 2146 ; *critice, certa ;* p. II, *probabilior.*

37. — **Prob. I : illiceitas abstractionis absolutae.**

a. (A pari ex methodo alibi adhibita). — Non licet in ulla inquisitione α. abstrahere ab ullo informationis fonte, etiam suspecto, modo nihil propter auctoritatem admittatur ; β. certitudinem ullam antecedentem respuere, saltem ut normam negativam ; a., e. .

b. (Ex natura fidei, ut assensus rationalis). — Illogicum atque illicitum est ejus asserta negligere cujus *probatum est* jus ad exigendam fidem ; a., e...

38. — **Prob. II : illegitimitas abstractionis relativae.**

a. (Ex insufficienti fundamento). — Abstractio est illegitima quam nulla ratio excusat, immo quae contradicit methodo alibi adhibitae ; a., e...

Ad m. : α. non excusat *autonomia criticae* (ne fiat *circulus vitiosus)*, nam licet fides moneat ut videamus, nil asseretur nisi ex evidentia intrinseca ; – nec *periculum psychologicum* asserendi propter auctoritatem, nam qui illud praevidet, ei providere potest ; si non potest (theoretice), a pari nec incredulus cavere a certitudine sua antecedenti, nec fidelis ab auctoritate incredulorum — β. contradicit, cf. n. 37. *a.*

b. (Ex intrinseca contradictione). — Illogicum est admittere jus et restringere ejus usum sine causa ; a., e...

Ad m. neque causa ex parte *fidelis :* si potest critice consulere fidem semel, cur non semper ? — neque causa ex parte *infidelium :* nullus est criticus, juxta eos, qui fidem vel semel consulit ; si contemnitur eorum injusta accusatio semel, cur non semper ?

c. (Ex periculo psychologico). — Imprudens est α. nolle audire consilia-quae vel propriarum passionum, vel adversariorum suggestiones compensent, β. aut respuere in decursu inquisitionis consilia quae in fine operis aegerrime admittentur ; a., e...

39. — **Scholia** : I. *De habitudine certitudinis vulgaris ad scientificam.* — Caute discernas certitudinem : *a.* directam a reflexa, *b.* respectivam ab absoluta, *c.* philosophicam seu technicam a naturali seu prudentiali, cf. T. Pesch, Logica, I, 572, II, 76 sq.

A pari sedulo distinguas *fulgorem dialecticum* argumentorum (eundem in

omni syllogismo recto) ab eorum *momento seu valore prudentiali* (in singulis syllogismis diverso).

40. — II. *De differentia inter statum catholici et acatholici.* — Multiplex est. *a.* Objective, catholicus est in veritate ; ergo nullam causam objective justam habere potest derelinquendae fidei ; validiora fundamenta fidei perspicit ac genuina ejus dogmata. — *b.* Subjective, abundantiora auxilia habet tum interna tum externa resque religionis vere experitur.

Sed de his fusius in tract. De fide, Acta, VII, 534, n. 20 ; Vacant, Const. « Dei Filius », I, 601, II, 165, sq.

41. — III. *De influxu fidei in criticum catholicum.* — Per accidens, si fides caeca, nocet ; per se, si fides rationalis, illuminata, plurimum accuratae criticae favet : ut abundantius informetur, ut quaerat pacatius, ardentius, prudentius...

42.— **Coroll. I.** *Distinguuntur accuratius tres methodi* principio, processu, termino inquisitionis.

43. — II. *De ratione agendi fidelis catholici* in difficultatibus criticis : *a.* Securitas in fide ; *b.* recursus ad fidem logicus ac prudens ; *c.* sinceritas.

Ad difficultates.

44. — 1. Ergo a pari *atheus bonae fidei,* vel *heterodoxus quilibet* debet uti certitudine sua antecedenti in inquisitione de catholicae ecclesiae fundamentis ; nunquam proinde perveniet ad fidem. — Resp. : debet uti ut norma *positiva,* N, *negativa,* Sd, *stante evidentia* saltem subjectiva, C, *corruente* ex ipsa inquisitione, N, proinde nunquam perveniet *per accid.* (quia bonis principiis male utitur, vel quia deerit illi sufficiens manifestatio veritatis) C, *per se,* N, et neg. suppositum, fidem scl. catholicam niti certitudine mere subjectiva, seu parem esse conditionem objectivam orthodoxi et heterodoxi. Proinde *eadem* ratio agendi *diversos* habebit in utroque effectus.

— 2. Si fides est tibi causa videndi seu melius intelligendi quaedam, assertio saltem ejus veritatis non erit mere critica. — Resp. : Si assero (etiam partim tantum) propter asserta fidei, seu propter auctoritatem, C, propter visa, manuducente fide, Sd, probatio non erit critica, quamdiu ea non reddidero rationi seu criticae visibilia, C, quando reddidero visibilia, N.

Ceterum licet concedatur *utilitas* hujus manuductionis, negatur omnino ejus *necessitas* ad fundamenta fidei justificanda. Plenius video post fidem et propter fidem ; sed ante fidem quilibet debet et potest sufficienter fidei credibilitatem naturaliter seu critice perspicere.

— 3. Qui fidem consulit, dum criticum agit, necessario judicabit secundum probabilitatem fidei faventem... — Resp. : *a.* retorqueo, ergo eadem necessitas adest ei qui incredulitatem sibi jam probavit... judicandi scilicet contra fidem... *b.* necessario ex necessitate *talis* subjecti, *per accid.,* trans. et neg. conseq. ; ex necessitate rei, *per se,* N.

III. De dubio ut inquisitionis medio.

Thes. III. — I. Quemadmodum dubium positivum in homine christiano irrationabile atque impium est, II. ita dubium methodicum legitimum est ac proficuum.

P. VIII, n. 374 sq. ; Kleutgen, Philos. scol., I, 432-501 ; Vacant, Const. Dei Fil., I, 601 sq., II, 166 sq. ; Bainvel, Le problème apolog., Revue apolog., (Bruxelles), 16. Sept. 1905 ; Montagne, O. P., Le doute méthodique dans S. Thom., R. Thom., 1910, p. 433 sq.

45. — Praenot. — I. *Nexus cum thes. praeced. :* Dubium est velut instrumentum inquisitionis, quatenus respondet statui mentis critice inquirentis. Hic proinde propriissime de hac quaestione agendum, Kleutgen, I, 432 sq.

46. — II. *Notio dubii : a. positivum seu reale* fit per realem fidei suspensionem vel rejectionem ; *b. negativum seu methodicum* perinde agendo ac si... per fictam fidei suspensionem.

47. — III. *Opiniones* : vide de Hermesio, Kleutgen, l. c., Acta, VII, 529.

48 — IV. *Nota theseos* : p. I. *dogmatice, de fid. def.* — E, 1815 (1662), 1794 (1642) — cf. 1619 (1487), 1170 (1037) — *critice, certa* ; p. II. *dogmatice, theologice certa ; critice, certa.*

49. — Prob. I : rejicitur dubium positivum.

(Ex defectu rationis sufficientis). — Irrationalis est ratio agendi, α. quam finis inquisitionis non postulat ; β. immo quae potius facit contra finem inquisitionis, hominem reddendo tum naturaliter, tum supernaturaliter, ad veritatem debiliorem ; a., e...

(Ex jure Dei positivo in contrarium). — Impia est ratio agendi quae debitum fidei honorem absque causa excusante Deo denegat ; a., e...

50. Prob. II : admittitur dubium methodicum.

(Ex ejus notione).— Admittenda ratio agendi quae *a.* praecedentis incommoda vitat ; *b.* multiplici utilitate commendatur (theoretica, practica) ; a., e...

Ad difficultates.

51. — 1. Dubium mihi non est utrum Deus *verum* dixerit, sed utrum *vere* dixerit. — Resp.: Vides tuam certitudinem de facto revelationis *positive falsam,* omitto (quia per accid.) ; vides tuam certitudinem de facto revelationis *respective tantum validam,* Sd, respectu prudentiae communis, N (quia superest tibi factum Ecclesiae, miracula in ejus beneficium facta, etc...), respectu criticae diligentioris seu technicae, Sd, hinc perficiendum, sub hoc respectu, quod certo legitime tenes, C, hinc abjiciendum propter hunc respectum quod aliunde certum tenes, N.

— 2. Licet dubitare de me ipso ; a. dubitando de existentia revelationis, non de Deo sed de me dubito ; ergo...

Resp. : licet, data proportionata causa (ut sit rationale) et salvo jure tertii (ut sit justum), C, secus, N.

— 3. Non dubito ut negem, sed quo melius probem.

Resp.: 1. Non sunt facienda mala ut eveniant bona. 2. Neque ad hoc est necessarium dubium reale.

— 4. Patior difficultates in contrarium.

Resp.: compossibiles cum veritate, C, incompossibiles, Sd, per accid. si male eruditus, C, per se, Sd, incompossibiles prudentialiter, N, incompossibiles dialectice, critice, Sd, evidenter contradictorias, N, non evidenter solutas, Tr. et nego suppositum, scl. necessariam esse solutionem directam, intrinsecam, quin sufficiat indirecta, ex certitudine aliunde habita, cf. n. 27, 39.

IV. De orthodoxae cujuslibet methodi conditionibus.

Thes. IV. — Methodus apologetica quaelibet, ut orthodoxa evadat, haec tueatur oportet: I. possibilitatem cognoscendi naturaliter ac certo quae sunt praevia ad agnitionem revelationis, id est in genere aptitudinem rationis ad cognoscendum verum, in specie animae spiritualitatem et libertatem, Deique existentiam;

II. conceptum ordinis supernaturalis ut omnino gratuiti;

III. possibilitatem cognoscendi factum revelationis α. et quidem certo, β. haud negato valore criteriorum objectivorum, γ. ne Veteris quidem Testamenti;

IV. genuinum conceptum fidei, α. tanquam assensus rationalis, β. non tamen propter intrinsecam dogmatum veritatem, γ. libere quidem praestiti.

Vacant, Const. Dei Filius II, 150 sq., cf. 35 sq.

52. — **Praenot.**: I. *Sensus theseos.* — Nullam methodum exclusivam definit; exponit quid in omni requiratur, *a.* tum ut de quibuslibet judices, *b.* tum ut ex omnibus quod bonum est eligas.

53. — II. *Thesis distributio* respondet analysi actus fidei. In singulis partibus: *a. recitantur documenta* ecclesiastica, *b. ratio datur* cur Ecclesia has veritates vigilantissime tueatur, *c. orthodoxae doctrinae limites* definiuntur.

54. — **Prob. I: de praesuppositis fidei.** — *Documenta:* α. de Dei existentia: (Bautain) E, 1622 (1488), 1627 (1493), (Bonnetty) 1650 (1506); Vatic., 1785 (1634), 1806 (1653); cf. 2145. β. de animae spirit. et libert. (Bonnetty) 1650 (1506). γ. de valore idearum, implicite in praeced., cf. E, 1627 (1493):

55. — **Prob. II: de objecto fidei** (seu de conceptu ordinis supernat.) *Documenta:* absoluta gratuitas declarata contra Baium, E, 1021 (901) sq. praesertim prop. 21, 23; contra Quesnelium, E, 1385 (1250) sq. Potest dici *doctrina catholica.*

56. — **Prob. III: de facto quo proponitur fides.** — *Documenta:* debet cognosci certo: E, 1171 (1038), (Bautain) 1627 (1493); (Hermes) 1637

(1498) ; cf. 1790 (1639), 1812 (1659); 2025 — β. haud negato valore criteriorum objectivorum : (Bautain) 1623 (1490) sq., (Hermes) 1638 (1499) sq. ; Vatic. 1790 (1643) sq., 1812 (1659) — γ. nec valore apologetico V.T. : (ex invocatione II Petr. 1, 19) 1790 (1639).

57. — Prob. IV : **de actu ipso fidei.** *Documenta :* assensus rationabilis : (Bautain) E,1626 (1492),(Bonnetty) 1651 (1507), (praes. contra Hermes) 1811 (1658) sq. — β. propter extrinsecam evidentiam : 1789 (1638), 1811 (1658), 1816 (1663), 2145 — γ. liber : 1814 (1661).

58. — Schol. — I. *De magisterio ecclesiastico.* — Ut patet ex dictis :

a. nil aliud assensui imponit (quoad I, III, IV), quam quod theologia naturalis ; *b.* peropportune tamen ea sancit nova auctoritate.

59. — II. *De circulo vitioso.* — Hoc vitio peccant traditionalismus et fideismus, non autem ecclesiae doctrina.

ART. II. — De criticarum methodorum respectivo valore.

1°. Meth. agnosticae : fideistica, psychologica, historica, pragmatica.

2°. Meth. historico-philosophicae : traditionalis, moderna (immanentiae).

N. B. Hae theses spectant religionem revelatam ut meram hypothesim ; inquirunt utrum hae methodi habeant unde eam competenter verificare possint, vel etiam, si velint esse orthodoxae, ut methodus immanentiae, utrum illaesa servent dogmata quae tueri volunt, quidquid sit de eorum veritate. Valent pro critico quolibet.

I. De vitio radicali methodorum agnosticarum.

Thes. V. — I. Ad verificandam hypothesim alicujus religionis sive naturalis, sive supernaturalis, prorsus inepta est methodus quaelibet agnosticis principiis nixa. II. Agnosticismus autem repugnare probatur sive purus, III. sive dogmaticus.

AA. I, 1 sq.; Vac. I, 596 sq.

60. — Praenot. : I. *Status quaestionis.* — *a.* Res jam nobis est *cum solis incredulis,* vel cum fidelibus criticae viam ineuntibus seu *methodice dubitantibus.* — *b.* Quaestio praejudicialis tangitur, de cujus solutione pendent th. VII-X, scl. : α. utrum cohaerenter agnostici hujusmodi hypothesis verificationem aggredi possint, β. utrum cohaerenter de ea pronuntiare.

61.— II. *Notiones* : Distingue : *a.*religionem *naturalem* a religione *supernaturali* stricto vel lato sensu. *b.* agnosticismum *dogmaticum* (pronuntiat de Dei existentia) ab agnosticismo *puro* (nec de Dei existentia pronuntiat, nec de essentia).

62.— III. *Nota — a. dogmatica :* rationem posse existentiam Dei *certo* cognoscere, *de fid. def.,* E, 1785 (1644), 1806 (1653) ; immo demonstrare, *fidei proximum,* Acta, VII, 132 e, E, 2145 ; item Dei attributa in genere, *theol.*

certum, ac reliquas veritates ut animae immortalitatem et libertatem, *commune et certum — b. critica : certum.*

63. — Prob. I : inepta est methodus quaelibet agnostica.

(Ex requisitis ad constitutionem religionis naturalis vel verificationem revelationis) — Quod tollit possibilitatem judicandi de Dei attributis ineptum est ad verificandam hypothesim religionis sive naturalis, sive supernaturalis ; a. methodus agnostica..., e...

Ad M. : *a.* relig. natur. non datur nisi innotescant rationi quaedam Dei attributa, juxta quae officia religionis possint in specie determinari ;

b. religio supernaturalis non datur nisi ex praecognitis Dei attributis ejus interventus seu revelatio possit dignosci.

64. — Prob. II : repugnat agnosticismus dogmaticus.

Contradictorium est aliquid affirmare, denegata prius potestate affirmandi, vel vice versa ; a. qui existentiam Dei non autem ejus essentiam cognosci posse profitetur affirmat simul ac negat, e...

Ad m. *a.* nulla existentia individua agnosci potest, nisi quatenus ejusdem essentia aliquatenus intelligitur ; e. affirmant quod negant.

b. nulla sive existentia, sive essentia suprasensibilis cognosci potest nisi ope principii causalitatis, e. negando possibilitatem cognoscendae essentiae, negant valorem principii, quem affirmant concedendo possibilitatem cognoscendi existentiam.

65. — Prob. III : repugnat agnosticismus purus.

Contradictorium est agnoscere simul ac denegare valorem cognitionis humanae vel determinismi scientifici ; a. qui denegat rationi jus pronuntiandi ullatenus de Deo negat quod aliunde agnoscit, e...

Ad m. : *a.* (si admittit valorem alicujus cognitionis suprasensibilis) : omnes res suprasensibiles eodem modo attinguntur, non in se, sed in suis effectibus ; ergo hujus cognitionis valorem implicite negat qui eum negat de Deo.

b. (si admittit determ. scientificum) : idem determinismus cujus ope adstruitur scientia exigit ens ultimum determinans omnia...

66. — Coroll. I. — *De crudioribus positivismi formis.* — A fortiori repugnare patet doctrinam quae negat id de quo affirmat pronuntiari non posse.

67. — II. *De methodis agnosticis.* Sunt autem :

a. methodus fideistica, ex testimonio Spiritus Sancti, vel ex experientia relig., cf. thes. VI, n. 71 sq.

b. methodus psychologica, ex analysi psychologica, cf. thes. VII, n. 83 sq.

c. » historica, ex historia religionum, cf. thes. VIII, n. 93 sq.

d. » pragmatica, ex utilitate religionis, cf. thes. IX, n. 100 sq.

68. — III. *De natura problematis religiosi.* — Ut patet, problema quod dicunt *religiosum* imprimis est *philosophicum*, seu totum a philosophia pendet.

Hinc : *a.* dissensus inter ecclesiam Romanam et protestantes *radicalis* non est in uno alterove dogmate, sed de rationis humanae valore ;

b. intelligitur zelus ecclesiae Romanae in tuendis rationis juribus.

69. — Schol. — *De valore rationis humanae.* — Difficilem hanc quaestionem evolvere non est hujus loci. Revocandum tamen in memoriam videtur *factum* quod systemata quaelibet explicare debent, denegare autem nequeunt. Aliud est enim scire *quomodo* ratio cognoscat, aliud *utrum* vere cognoscat. Constat autem :

a. in genere, *efficacia evidenti cognitionis*, tum ad praevidendum, tum ad providendum, sive in rebus sensibilibus, sive in suprasensibilibus. Hoc autem factum, etiam in scientiis positivis, probat experimentaliter vel bonum esse instrumentum, vel bonam esse theoriam cujus ope praevisum ac provisum est, de Broglie, Le Positivisme, I, 526 sq.

b. in specie, *continuitate principiorum cognitionis* (i. e. ejus efficacia quoad totum ambitum entis, sive in re sensibili, sive in suprasensibili), quatenus efficacia illa practica cognitionis suprasensibilis iisdem principiis nititur ac cognitio sensibilis, (sive dicatur determinismus scientificus, sive principium rationis sufficientis...). Proinde arbitraria est quaelibet radicalis duorum ordinum (sensib. ac suprasensib.) disjunctio, immo contradictoria, Michelet, Dieu et l'agnosticisme contemp.[1], p. 345 sq.

c. tandem *continuitate objectiva entis*, (i.e. mutua immanentia substantiae in accidente et entis necessarii in substantia), quatenus considerare vel phaenomenon ut adaequate ac radicitus distinctum a substantia, vel substantiam ut radicitus diversam (etiamsi infinite distinctam) ab ente necessario, est considerare illam entis formam ut sufficientem per se ad essendum id quod est, ut absolutum aliquod, ergo implicite eam habere ut Ens subsistens, etiamsi verbo et explicite id negetur. Inde fit ut substantia necessario aliquatenus cognoscatur in phaenomeno, et Subsistens aliquatenus in quolibet ente, de Broglie, Le Positivisme, I, p. XLIX sq.

Ad difficultates.

70. Vide Tract. de Deo uno ; cf. de la Barre, Vac. I, 598 sq.

II. De methodo fideistica, seu experimentali.

Thes. VI. — Experientia religiosa, prout a fideistis invocatur, I. aptum religionis criterium haberi nequit, II. licet aliquatenus probare possit inesse in aliqua religione, vel in religionibus, elementa aliqua profecto legitima ; III. quinimmo ex natura sua causa fiat necesse est multarum dissensionum in speculativis, singularitatum in practicis, IV. ac tandem ingravescentis scepticismi, V. uti de facto fuit.

P. n. 258, 259 ; Wilm., p. 117 sq. ; Harent, Ét, 1907, CXIII, 221 sq. ; J. Lebreton, Ét. 1907, CXIII, 497 sq. ; AA, I, 1846 sq. ; Vac, IV, 1786 sq.

71. — Praenot. : I. *Conspectus historicus.* — Vac. IV, 1787 sq.

a. Protestantes primaevi. — Lutherus adstruit pro fide *historica* fidem *fiducialem, experimentalem, passivam,* Denifle, Luther und Luthertum [2], p. 686, 728 sq. ; Grisar, Luther, I, 304 sq. ; II, 737 sq.

Calvinus explicitius eam tribuit Spiritui Sancto, J. Pannier, Le témoignage du Saint-Esprit, Paris, 1893, p. 68 sq.

Saec. XVII et XVIII, sensim restaurantur partes rationis et voluntatis, sed pullulantibus sectis ingravescit scepticismus.

b. Protestantes recentiores. — Kantius, per suum criticismum et moralismum, compluribus apparet genuinus lutheranismi theologus. Influxum habet in omnes sequentes.

Schleiermacher, 1768-1839, jam non exhibet fidem experimentalem ut *signum* dogmatis authentici, sed ut *fontem*, ita ut dogma nil aliud sit, quam expressio abstracta experientiae internae, (Reden an die Gebildeten, Berolini, 1799) — Eum sequitur praecipue schola Erlangensis.

Ritschl, 1822-1889, distinctione facta inter judicia de objectivitate *(Seinsurteile)* et judicia de subjectivo valore *(Werturteile)*, inculcat contra crescentem subjectivismum necessitatem recurrendi ad documenta historica, irrito tamen conatu, cum judicium de factorum transcendentia non rationi sed affectui tribuat. — Eum sequitur schola Ritschliana (Kattenbusch, Harnack...), sed nemo ad verbum.

Fries ac praesertim ejus discipulus de Wette, 1780-1840, res transcendentes non tam cognosci quam praesentiri, easque non proprie sed *symbolice* tantum exprimi posse docent.Eorum doctrina, cum distinctione ritschliana duplicis judicii ac duplicis cognitionis conjuncta, efflorescit in *symbolo-fideismum* : A. Sabatier, E. Ménégoz, P. Lobstein...

c. modernistae. — A praecedentibus ortum ducunt, maxime a Sabatier, cf. Loisy, Tyrrell,.. Programma dei modernisti, Romae, 1908, p. 97 sq.

d. schola americana (W. James, Dewey, Schiller) alio sensu experientiam invocat nempe pragmatico (cf. thes. sq.). Hic indicanda est, quatenus eadem phaenomena describit.

72. — II. *Experientiae notio.* — Distinguas :

a. sensum *activum* et *passivum* (id quod sive in intellectu, sive in affectu experitur fidelis, dum religiose se habet, secundum respectum affectivum, non autem repraesentativum) — *b.* definitionem *realem* et *nominalem* — *c.* sensum *latum* et *strictum* — In thesi agitur de experientia sensu passivo, nominali, stricto.

73. — III. *Experientiae species.* — Vac, ǂV, 1806 sq.

74. — IV. *Stat. quaestionis.* — Ut vitentur deceptiones plurimae, caute advertas agi de experientia *a. ante quamlibet fidem probatam, b. communi, c. apud agnosticos, d. ad constituendum fundamentum fidei certum.*

75. — V. *Nota thesis.* — *a. dogmatice* : hominem sola experientia (exclusa ratione) Deum cognoscere posse,*haereticum*,E,1785 (1634) ; sola experientia ad fidem adduci posse, *haereticum*, E, 1812 (1659), cf. 2081, 2106-2109 cum commentariis AA, I, 1850;*b. critice*, quoad utrumque assertum, *certo falsum.*

76. — **Prob.** I : **experientia criterium aptum haberi nequit.**

(Ex improportione medii ad finem).— Quod pronuntiare nequit de natura absoluti criterium est religionis sive naturalis sive supern. ineptum; a., e...

Ad M. : cf. thes. V. n. 63.

Ad m. : experientia religiosa pronuntiare nequit : α. neque intuitive, β. nec discursive.

N. B. : Hinc duplex error radicalis imprimis impugnandus : agnosticismus, immanentia pantheistica.

77. — Prob. II : valor experientiae partialis.

(Ex analysi evidentiae). — Quod aliquatenus satiat facultates, quin tamen discernere possit inter elementa absolute justa et illegitime adnexa, criterium haberi potest partiale,non autem absolutum et ultimum ; a., e...

Ad M. : *a.* criter. partiale, quia (psychol.) haec satietas oritur ex proportione inter facultatem et objectum, proinde (metaph.) est legitimi seu naturalis actus nota.

b. criter. non ultimum, quia religio (et ordinatio ad finem ultimum) praeexigit fundamentum absolutum et adaequate legitimum.

Ad m. : ex analysi experientiae communis.

N. B. : Hinc illustratur : *a.* convictio plurimorum etiam extra genuinam religionem ; *b.* pullulatio sectarum, ubi nullum aliud criterium.

78. — Prob. III : incommoda ex experientia manantia.

(Ex improportione inter criterium et problema religiosum). — Illusionum sive speculativarum sive practicarum fons uberrimus esse debet criterium α. in se obscurum, β. necessario relativum dispositionibus subjecti, γ. invocatum in materia perdifficili, quodammodo indivisibili, sensui proprio invisa ; a., e...

Ad. m. α. obscurum : modi significandi perpauci, causa movens incerta, significatio indubia nulla ;

β. relativum : quoad rationem afficiendi, quoad interpretationem ;

γ. materia difficilis : electio inter sectas sexcentas — indivisibilis : quatenus bonum ex integra causa... — sensui proprio invisa, quia de supremo domino ac de lege onerosa agitur.

79. — Prob. IV : scepticismi periculum.

(Ex parte III). — Quod evidentiae sive ut actus est facultatis naturalis, sive ut actus est Dei facultates determinantis, auctoritatem tollit scepticismum inducit ; a. experientia relig., e...

Ad m. : ex fructibus ejus (p. III) sive ut experientia est, sive ut testimonium Sp. S[i].

N. B. Inde est : quod initio Reformationis theoriam de privato spiritu dicebatur a Suarezio « radix haereseum et magna schismatum occasio », Defensio fidei, l. I, c. XI, 4° : « fere seminarium omnium errorum », De fide, disp. III, sect. III. n. 9. — quod omnes fere catholici apologetae accusabant reformatores atheismi, vide omnino Vac, IV, 762, sq. — quod Encyclica « Pascendi » modernismum « omnium haereseon collectum » affirmat, E, 2105, doctrinamque experientiae religiosae atheismo viam pandere significat, E, 2082.

80. — Prob. V : historiae testimonium seu experientia.

Probatur : *a.* expositione factorum, cf. praenot. I, n. 71.

b. confessione protestantium :

E. Schérer, R2M.,15 mai 1861, p. 423 sq.; Sabatier, Esquisse[9], l. I, c. 2, § 3, p. 49 ; l. III, c. I. § 5, p. 285 sq.;W. James, Expér. relig.[2], p. 179 ; Moehler, La Symbolique [2], p. 174, 195 sq., 217 sq., 229 sq., 279 sq., 292 sq., 306 sq. ; F. Buisson, Libre pensée et protest. libéral, Paris, 1903, p. 14 sq., Döllinger, La Réforme, passim.

81. — **Schol.** *De experientia ut criterio secundario.* — Vide scholia thes. seq., n. 91.

82. — **Coroll.** *De modernismo.* — Ex dictis facile intelligitur unde ortus sit, quomodo primum videatur mentes fidei strictius devincire, quorsum tandem necessario dilabi debeat, J. Lebreton, Étud. 1907, CXIII, 519 sq.

III. De methodo (positiva) psychologica.

Thes. VII. —Experientia religiosa, prout a positivistis invocatur, I. de veritate nec religionis in genere, neque ullius religionis in specie absolute pronuntiare potest, II. licet scientifica ejus cognitio, intra certum ambitum, legitima sit, III. ac philosopho possit documenta singularis momenti suppeditare.

J. Bessmer, Stimmen, 1906[1], LXXI, 154 sq., ; J. Maréchal, Rech., 1912, III, 1 sq.

83. — **Praenot.** I. *Status quaestionis :* — *a.* thesis praecedens respiciebat *fideistas*, praesens *positivistas*, *b.* non ut singillatim perpendat eorum *solutiones*, sed *generalem aptitudinem* ad judicandum, *c.* neque *intra*, sed *ultra* scientiam phaenomenorum.

84. — II. *Opiniones.* — *a.* religiositatem esse phaenomenum morbidum, Binet-Sanglé, Les lois psychophysiologiques du développement des relig., Paris, 1907 ; Murisier, Les maladies du sentiment relig., Paris, 1901. — *b.* esse phaenomenum biologicum, Leuba, Les tendances fondamentales des mystiques chrét., Rev. phil., 1902. — *c.* esse phaenom. psychologiae naturalis, Delacroix, Études d'hist. et de psychol. du mysticisme, Paris, 1908. — *d.* esse functionem animae, ita ut de causis ejus trancendentibus (lato sensu) libere quisque conjicere possit, W. James, The varieties of relig. experience, Londres, 1902...

N. B.In explicandis his phaenomenis plurimi multum tribuunt conscientiae subliminari, juxta theorias D[i] Myers a W. James vulgatas, Expér. relig[2]., p. 111, 196 sq., 403 sq.

85. — III. *Methodus positiva* intelligitur quae discursum metaphysicum excludit. Ut accurate de ea judices, triplex stadium recole descriptionis, classificationis, speculationis, n. 3.

86. — IV. *Nota.* Cf. thes. V, n. 62 ; praesens est merum corollarium.

87. — **Prob. I : methodus psychologica positivistarum ad problema religiosum solvendum inepta.**

(Ex natura scientiae positivae qua tali). — Versatur circa phaenomena tantum ; ergo *a.* de transcendenti neque affirmando nec negando pronuntiare potest, *b.* immo sibi contradiceret negando, siquidem confiteri debet

se nec totam realitatem attingere, neque ultimam rerum explicationem. Egregie Blondel, L'Action, p. 50 sq.

80. — Prob. II. intra suum ambitum inquisitio positiva legitima.

(Ex natura scientiae positivae). — Observatio valde utilis est ad descriptionem phaenomenorum (stad.I) eorumque classificationem (stad. II).

89. — Prob. III : immo philosophiae perutilis.

(Item). — Facta quaelibet prosunt philosopho, a fortiori quae intimius connexa sunt (hypothetice) cum agentibus transcendentibus.

90. — Schol. I. *De legibus experientiae religiosae.* — Ex sola hypothesi Dei personalis intelligitur : *a.* leges posse dari aliquatenus *ex parte hominis*, non *ex parte Dei ; b.* dari necessario, si quis Deus sit, *aliquam specificitatem* experientiae in vera religione.

91. — II. *De experientia ut criterio secundario* (proinde adhibito rationis discursu).— Negare experientiae vim tanquam criterii exclusivi aut principalis non est ullatenus detrahere ejus efficaciae ut criterii secundarii ac subordinati, Vac, IV, 1837 sq. Inde multum ea utemur, servatis servandis.

92. — III. *De experimentatione*, Vac, IV, 1841 sq. :

a. ante fidem : *in re morali*, non sacra,est licita, utilis, suadenda ; *in re sacra*, immoralis est ac inutilis.

b. post fidem, de experientiis quae fidem praemiantur eamque proinde confirmant, Vac, IV, 1840 sq., 1852 sq. ; vide ad calcem tractatus.

IV. De methodo (positiva) historica.

Thes. VIII. — Positivistarum tentamina, quibus ex collatis inter se religionibus « problema, ut dicunt, religiosum » solvere conantur, I. ad historiam singularum illustrandam quadamtenus utilia sunt, II. ad leges evolutionum religiosarum definiendas aliquatenus opportuna, III. ad pronuntiandum vero de vera religione, sive asserendo, sive negando, prorsus inepta et irrita, IV. licet philosophis documenta praebere possint perutilia.

Huby, Christus[5], p. 39 sq.; Anthropos, 1910, V, 534 sq., 554 sq.

93. — Praenot. I. *Stat. quaest.* : *a.* Iterum *generalis aptitudo* methodi spectatur, non diversae positivistarum *theses* seu solutiones. — *b.* In thesi praecedenti positivistae respiciebantur, qui *intra psychologiam* se continebant ; in praesenti ii, qui *omnia religionum elementa* comparare satagunt, practice tamen elementa praesertim *externa*. — *c.* Revera vix ulli sunt positivistae stricti ; plerique sunt philosophi evolutionistae (spenceriani), quidam materialistae ; sed cum *nomine scientiae* arguant, valet thesis ut contra eos statuatur quid stricte in hac re *historia* possit, quid *philosophia* ; — *d.* recolenda ergo distinctio stadiorum ; hierographiae, hierologiae, hierosophiae, cf. n. 3.

94. — II. *Adversarii* sunt praecipue : *a.* Schola germana « religionsgeschichtliche » : Bousset, Gunkel, Wellhausen, Stade.

b. Schola gallica : J. M. Guyau, L'irréligion de l'Avenir, Paris, 1890, p. 235 sq.—Vide petitionem DD. Aulard, Vernes, P.Sabatier in « Acacia », 1906, p. 460 sq., cf. Questions actuelles, 1906, LXXXVIII, 168 sq.

95. — III. *Nota : a. dogmatice,* cf. thes. V, n. 62 ; *b. critice, certa.*

96. — **Prob. pars I et II** : 1.ex utilitate *observationis* quoad priora stadia.

2. ex utilitate speciali *comparationis,* in his stadiis, ut in omnibus scientiis « comparatis », Jordan, Comparative relig., c. II, p. 25 sq.

97. — **Prob. pars III.** Est applicatio thes. V ad historiam religionum.

98. — **Prob. pars IV.** Obvia est, ut supra thes. VII, p. III n. 89.

99. — **Coroll.** — *De munere « historiae », vel « scientiae religionum ».* — Duo ergo inculcanda principia : 1. hierographis vel hierologis qua talibus nullomodo competere judicium ultimum de rebus religiosis ; 2. neminem in his rebus Veritati magis servire, quam qui tria stadia sedulo distinguat, ut pateat quid *nomine observationis,* quid *nomine philosophiae* asserat. Secus protrahetur in infinitum merus praejudiciorum vel postulatorum conflictus.

V. De methodo pragmatica.

Thes. IX. — Pari modo, ex defectu criterii absoluti, pragmatistarum asserta illegitima sunt et irrita.

Parodi, RMM, 1908, XVI, 93 sq.; cf. 930 sq.; Michelet. Dieu et l'agnosticisme contemporain, Paris, 1909, p. 86 sq.

100. — **Praenot.** : I. *Quotuplex pragmatismus.*

a. D^s^ M. Blondel invocat actionis humanae dynamismum, ut ex ejus characteribus explicet : α. *quid postulet omnis actio,* contra eos qui vel intra phaenomena, vel intra res finitas eam cohibere volunt, β. *quomodo actio conferat ad penitiorem realitatis cognitionem,* contra eos qui sola deductione abstracta delectantur. Hinc philosophiam suam vocat *pragmatismum,* RCF, 1902, XXIX, 652, sed eam omnino alienam dicit a pragmatismo D^i^ Le Roy, RCF, 1907, L, 546 ; Vocabulaire de la S^té^ de philos., Juillet 1902, p. 190 sq. Suam philosophiam dicit « *un panlogisme* ».

101. — *b.* D^s^ Bergson, ejusque discipuli, E. Le Roy, Wilbois, idealistae opponunt cognitioni *abstractae ac discursivae,* ut unice veram, cognitionem *intuitivam ac concretam in agendo.* Cf. de Tonquédec, La notion de vérité dans la « Philosophie nouvelle », Paris, 1908, et Ét, CX, CXI, CXIII.—Negat tamen Bergson se esse monistam, Ét, 1912, CXXX, 506 sq. — Magno argumento habent conceptum *pragmaticum* scientiarum ; vide omnino de Vregille, Ét, 1906, CVII, 349 sq.

102. — *c.* Schola anglo-americana invocat criterium utilitatis practicae : α. pragmatismus proprie dictus curat praesertim de problemate cognitionis, ita Pierce, Dewey, W. James, Pragmatism, London, 1907, (trad. Paris, 1911).

β. humanismus latius patet, ac curat de scientia vitae generatim, quatenus definiri potest ex hominis commodis, Schiller, Studies in Humanism, London, 1907 (trad. Paris, 1910).

103. — II. *Qualis hic impugnetur.* — Praesertim Americanus, etiam Bergsonianus, nullomodo Blondelianus, de quo in thes. XI, n. 116 sq.

104. — III. *Nota* : cf. thes. V, n. 62.

105. — **Probatur :** α. ex confutatione praejudiciorum philosophicorum, cf. thes. V, n. 60 sq.;

β. ex contradictione logica criterii valoris absque criterio absoluto veritatis, cf. de Tonquédec, La notion de vérité, p. 139 sq.

106. — **Schol.** *De utilitate ut criterio secundario.* — Admisso cognitionis suprasensibilis valore, praebere potest argumentationis materiam, ut factum quodlibet a posteriori.

VI. De methodo (historico-phica) traditionali.

Thes. X. — Methodus historico-philosophica traditionalis I. quoad substantiam hyppothesi revelationis verificandae apprime convenit, ex parte tum objecti, II. tum subjecti ; III. quoad accidentalia tamen perfici potest.

Le Bachelet, L'apolog. tradit. et l'apolog. moderne, Paris, 1897, p. 81 sq. (Étud., LXX, LXXII), AA, I, 225 sq. ; Gardeil, Crédibil. et apolog. (cum controversia subsecuta, RPA, 1908, VI et VII).

107. — **Praenot.**: — I. *Definitur methodus : a.* Essentialiter est in hoc : in statuendo facto revelationis, deinde in probanda divinitate hujus facti, vel demonstratione *bipartita*, qua probatur veritas α. religionis *christianae*, β. deinde *catholicae*, vel demonstratione *simplici*, qua statuitur statim divinitas religionis catholicae. Prior demonstratio dicitur etiam via *descendens* (a tunc ad nunc), altera via *ascendens* (a nunc ad tunc) — *b.* hinc duplex disciplina invocanda : historia, philosophia — *c.* Distinguitur a methodis vel agnosticis, vel semirationalistis, media inter earum excessus.

108. — II. *Patroni* : *a.* de via *descendente*, cf. AA, I, 191 sq. ; *b.* de via *ascendente*, AA, I, 232 sq.; cf. infra tract. III.

109. — III. *Adversarii* : *a.* Hermesiani, *b.* traditionalistae, *c.* immanentistae, *d.* modernistae.

110. — IV. *Stat. quaest.*: Hanc methodum *summatim* tantum hic perpendimus, cum *minutatim* sit stabilienda toto tractatus II decursu.

111. — V. *Nota : dogmatica*, cf. thes. IV ; *critica, certa.*

112. — **Prob. I : legitimitas methodi ex parte objecti.**

(Ex requisitis). — Ea methodus, quoad substantiam, ex parte objecti, hypothesi revelationis verificandae apprime convenit *a.* quae omnia objective requisita probanda suscipit ; *b.* sola via efficaci.... a., e... Ad m. : *a.* prob. expositione methodi traditionalis, *b.* ex confutatione agnosticismi, n. 60 sq., in qua velut in germine totum habes. Jam sane explicitius de miraculo ut criterio dicendum esset. Ad theses XIII et sq. probationem remittimus, eam interim validam supponentes.

113. — Prob. II : aptitudo ex parte subjecti.

Apprime convenit methodus quae sollicita est de praeparatione subjecti tum intellectuali, tum morali, a., e...

Ad M.: utraque praeparatio necessaria ex natura veritatis a sensibus remotae et passionibus invisae.

Ad m. : α. praep. *intellect.* = gradatim procedit a notis ad ignota. Cf. Gregor. Nyss., Orat. catech., praef. M. 45, 9 B. Vide priorum Apologetarum « concordismum » eorumque doctrinam de λόγῳ σπερματικῷ, Freppel. S. Justin, p. 193. Quoad recentiores adverte quomodo connectant ordinem naturalem et supernaturalem per theses de possibilitate miraculorum et revelationis, de necessitate (morali) revelationis (ex indigentia subjecti)...

β. praep. *moralis* = traditionalis est enim theoria καθάρσεως, cf. S. Justin, Dial. n. 4, M, 6, 484 ; Theophyl., Ad Autol., I, 2, M, 6, 1025 ; Clem. Alx., Strom., 3, 5, M, 8, 1145, 1148 ; Strom., 5, 11, M, 9, 101 ; S. Athan., De incarn. Verbi, n. 57, M, 25, 196, 197 ; S. Basil., Epist. 233, n. 1, 2, M, 32, 865, 868.

Audi v. g. S. Gregor. Naz. : « Per vitae purgationem ascende ; per purgationem eum qui purus est adipiscere.. Vis theologus aliquando fieri... Serva mandata ; per Dei praecepta incede ; actio enim gradus est ad contemplationem, πρᾶξις γὰρ ἐπίβασις θεωρίας. » Orat. XX, 12, M, 35, 1080 B ; orat. theol. II, 1, 2, M. 36, 25, 28.

Saepissime S. Augustinus, Vac, I, 2332 sq., IV, 1818 sq. « A sordibus quanto est quis purgatior, tanto verum facilius intuetur. Verum igitur videre velle ut animum purges, cum ideo purgetur ut videas, perversum sane atque praeposterum est. » De util. cred., XVI, 34, M, 42, 89 D ; cf. ibid. I, 2, 66 A ; IX, 21, 79 D ; X, 24, 82 A. C ; XIV, 31, 87 A ; XV, 33, 88 sq...

Vide Bossuet (Lebarq), V, 68 ; IV, 581 ; V, 597 ; cf. AA, I, 1857.

114. — Prob. III : accidentaliter perfici potest, AA, I, 241 sq.

1° perfectione *relativa* (pro temporis opportunitate) :

α. abundantius utendo *criteriis affectivis,* modo ne peccet excessu ; β. incipiendo probationem *a factis subjecto internis,* maxime erga criticistas ; γ. demonstrationes praevias ordinando *in modum praeparationis moralis*...

2° perfectione *absoluta* (ut est scientia veri nominis) :

α. progressu *critico ;* β. progressu *philosophico,* cohaerentiae strictiori studendo, sectando philosophiam « perennem » potiusquam systematicam ; γ. progressu *methodologico.*

Ad difficultates.

115. — 1. Apologetica traditionalis non curat de affectu.

Resp.: ut motivo utique potentissimo, N, ut criterio, Sd, secundario tantum, quia obscuro... N, primario, C, et neg. suppos.

2. Criteria fidei non sunt agnoscibilia nisi ei qui jam credit.

Resp. : nisi ei qui jam habet credulitatis affectum, Tr, nisi ei qui jam credit, Sd, fide late dicta (in Deum existentem, bonum...), Tr, stricte

dicta, Sd, agnoscibilia plene, C, sufficienter ad credibilitatem certam, N.

3. Apologetica traditionalis non curat de insertione ordinis supernaturalis in naturalem.

Resp. : de insertione objectiva (per factum revelationis), N, subjectiva, Sd, ex aptitudine subjecti (ejus contingentia) et morali necessitate, N, ex tendentiis subjecti, Sd, ut demonstrantibus, C, et retorqueo.

VII. De methodo (historico-philosophica) immanentiae.

Thes. XI.—Methodus immanentiae, I. psychologice quidem sumpta, quatenus subjecti praeparandi necessitatem inculcat modumque describit, nonnulla profert cuilibet methodo opportune aptanda ; II. philosophice autem spectata, quatenus rationis autonomiam cum dogmatis heteronomia speculative conciliare nititur, a) quoad praesupposita quaedam, erronea est ; b) quoad facta psychologica quae invocat, inefficax ; c) quoad probationis terminum, authenticae scilicet revelationis designationem, insufficiens, non modo per se, uti semper confessa est, sed etiam cum aliis methodis conjuncta, quatenus ante fidem demonstrationis stricte rationalis possibilitatem denegat aut tollit.

Blondel, L'Action, Paris, 1893 ; Lettres sur les exigences de la pensée contemporaine en matière d'apologétique, Annal, 1896 ; Laberthonnière, ibid, 1897 sq., iterum Essais de philos. relig., Paris, 1903 (Indice proscriptus)... ; Le Bachelet, Ét, 1897, LXX, LXXII ; iterum. De l'apolog. tradit. et de l'apol. moderne, Paris, 1897 ; Blondel et Laberthonnière, Subjectivisme et apolog. intégrale, RPA, 1912, XIII, 749 sq. ; Th. Cremer, Le Problème relig. dans la philos. de l'Action, Paris, 1912 ; A. et A. Valensin, art. Immanence, AA, II, 579. Vide ibid. bibliogr., II, 611.

116. — Praenot. I. *Brevis historia quaestionis.* — Die 7 junii 1893, D^s^. Blondel thesim propugnat, l'Action, eodem anno editam (43 pp. auctam) Exsurgentibus falsis interpretationibus, explicationes promittit, Ann, CXXXI, 188 sq., easque tradit, anno 1897 : Lettre sur les exigences... Ann, CXXXI, CXXXII.

Inde controversiae majores. P. Laberthonnière, Ann, 1897, CXXXIII, 497 sq., 615 sq., hanc theoriam explicat *de homine historico*, CXXXIII, 617 D. Eam impugnat P. Le Bachelet, Ét, 1897, LXX, 381 sq., LXXII, 145 sq., 369 sq., 453 sq., prudenter inquirendo utrum de ordine *naturali* an de *historico* dixerit, LXXII, 464 sq. Cui (privatim) respondet D. Blondel se de his distinctionibus non cogitasse.

Hinc coepit thesis explicite proponi de *homine historico*.

Cum rationalistae eam incusarent, quod *transcendentiam* obtrudendo philosophiam perimeret, respondit D. Blondel se ab *immanenti* critica exclusive oriri. *Inde methodi nomen*, RCF, 1904, XXXVIII, 407 ; Vocabulaire, 1908, p. 326.

117. — II. *De doctrina immanentiae* (pantheistica), cf. AA, II, 569 sq.

118. — III. *De principio immanentiae.* — Fundamentum methodi novae hoc est : « La pensée moderne.. considère *la notion d'immanence* comme

la condition même de la philosophie, c'est-à-dire... l'idée, très juste en son fond, que rien ne peut entrer dans l'homme qui ne sorte de lui et ne corresponde en quelque façon à un besoin d'expansion, et que ni comme fait historique, ni comme enseignement traditionnel, ni comme obligation surajoutée du dehors, il n'y a pour lui vérité qui compte et précepte admissible sans être de quelque manière autonome et autochtone »,Lettre, Ann, CXXXI, 600 sq. ; cf. Laberthonnière, Essais de phil. relig², p. XIV sq.

Quid sit *esse immanens* descripsit Dˢ Blondel, Vocabulaire, 1908, p. 325.

Hujus principii consequentiae sunt :

a. in genere : α *psychologicae,* i. e. nil posse intelligi, nec proinde admitti, quod non fiat ex aliquo elemento interno intelligibile subjecto (respectus intelligibilitatis), nec quidquam posse optari quod non sit ex aliqua affinitate naturae subjecto optabile (respectus appetibilitatis) ;

β. *metaphysicae,* i. e. nil objective probari posse ut certum, quod aliquo necessitatis nexu (scientia enim est ex necessariis) non cohaereat cum scientia subjecti ;

b. in re apologetica consequentiae aestimandae sunt ex materia speciali problematis ejusque termino :

α. *materia* est demonstratio ordinis supernaturalis stricte dicti ; hinc gravissimus conflictus, saltem apparenter, inter principium et orthodoxiam, AA, II, 582 sq.

β. *terminus* est fides. Nequit ergo intelligi mens auctoris, ni intelligatur quem sibi finem proposuerit. Ita autem Dˢ Blondel : « Si la foi augmente notre connaissance, ce n'est pas d'abord et principalement en tant qu'elle nous apprend, par témoignage autorisé, certaines vérités objectives, c'est en tant qu'elle nous fait sympathiser réellement et profondément avec un être... La croyance (d'ordre déjà plus cognitif ou plus logique) n'est d'ordinaire qu'une forme dérivée et partielle de la foi... La foi n'est ni anti-raisonnable ni a-raisonnable [comme l'amour... mais] elle aboutit au plus réaliste des savoirs », Vocab.,1906, p. 314.— Doctrinam Ecclesiae de fide (ac proinde de cujuslibet methodi fine) vide E, 1789 (1638).

Quod autem dicunt *principium immanentiae* idem esse ac effatum S.Thomae, De veritate, q. XIV, a. 2. « Je n'ai fait que traduire cette vérité essentielle et universelle », Vocab., 1908, p. 326, lege S. Thomam.

119. — IV. *De methodo immanentiae.*

a. documenta praecipua eorumque analysis.

α. *In libro l'Action,* tota res proponitur ut experientia, de cujus valore nemo pronuntiare potest, nisi ea perfunctus, p. XII. A, XIII. C, XV. B.

Ex constanti inadaequatione inter terminum *voluntarium* (explicitum) et terminum *volitum* (implic.) actionis humanae, ostendit Dˢ Blondel *necessitatem* transcendendi omnia, ut naturae nostrae satisfiat ; proinde divinum quoddam complementum esse exspectandum. « Est-ce ou n'est-ce pas ? »

Designatio hujus doni supernaturalis (in concreto) ad philosophiam

nullomodo pertinet, (nec quoad exist., nec quoad essent.), p. 407, nota. *Sufficit et requiritur*, ut probetur alicujus supernaturalis *necessitas*, 341 c, 388 D, 401, 406 B, 418 C, 492, qua probata : « Qui a compris la nécessité, qui a senti le besoin de la foi, doit, sans l'avoir, agir comme s'il l'avait déjà, afin qu'elle jaillisse en sa conscience des profondeurs [de son action]. Car ce n'est point de la pensée qu'elle passe au cœur, c'est de la pratique qu'elle tire une lumière divine pour l'esprit, » 402 sq., 426, 476. Haec autem *litteralis* obedientia legi revelatae ejus *spiritum* sensim revelabit sensimque de ejus veritate convincet : « Si on ne peut entièrement le démontrer à la raison, on ne peut non plus le nier à la raison sans en avoir fait l'expérience ; et quand on en a fait l'expérience, on ne trouve dans l'expérience même que des raisons de l'affirmer... S'il est permis d'ajouter un mot, un seul qui dépasse le domaine de la science humaine et la compétence de la philosophie... « C'est », 492.

β. *In epistola, Lettre sur les exigences...*, postquam suam methodum a reliquis distinxit, pari processu ostendit *necessitatem* alicujus supernaturalis. Talem enim necessitatem conclusio vere philosophica exigit, Ann, CXXXI, 345 A, 609 A, CXXXII, 266 D, 340 sq.

Hac necessitate stabilita, reliquas methodos advocat, ut revelationem historicam proponant : « Ici donc reparaîtraient, comme pour remplir un cadre préparé qui les protégerait contre leur propre inconsistance, plusieurs des méthodes apologétiques qu'il avait fallu critiquer, » Ann, CXXXI, 614. Eas vero non proprie ad probandam divinitatem ac legitimitatem facti christiani admittit : « La première tâche de l'apologiste, c'est d'exposer dans son unité définie et dans sa riche simplicité la synthèse logique du dogme catholique. Tout le reste est d'un autre ordre, doit venir en un autre rang et exige d'être discuté avec d'autres méthodes et une autre compétence », CXXXII, 261.

b. interpretationes methodi ab auctore plus minusve recognitae. — Cf. Laberthonnière, op.cit.— J. Segond : « La dialectique immanente de l'apologiste actuel procède de la suggestion plus que de la démonstration, c'est-à-dire qu'elle amène l'incrédule à imiter l'action intérieure de celui qui croit... et les objections... tombent par le fait de cette expérience réalisée », Ann, 1907, CLIV, 6 D. — J. Mallet, saepe sive in Ann, sive in RCF. Nil de experientia. Explicat Dⁿ Blondel omnium methodorum synthesim tentasse, Ann, 1907, CLIII, 578. — J. Wehrlé, La méth. d'imm., Paris, 1911. Nil de experientia. De synthesi, p. 51 sq. — A. Valensin, Pauca de experientia, AA, II, 593 A. (cf. ibid 592 C. cum Act. 402 sq.). Nil de synthesi.

c. Methodi definitio. — Ita proinde definiri potest : ea est quae ex subjecti dispositionibus oritur, ut per immanentem τοῦ supernaturalis necessitatem autonomiam subjecti cum revelationis catholicae heteronomia conciliet. — Quibus verbis indicatur *problema* solvendum, *fundamentum* inquisitionis, *character scientificus* conclusionis.

Ex dictis patet eam originitus duplicem scopum habuisse : α. *psychologicum :* quomodo *practice* conscientia dogmatis heteronomiam admittat ;

β. *philosophicum* : quomodo *speculative* haec heteronomia certo agnosci possit ut legitima.

Historice ergo rem tractantes, non possumus de utroque respectu non dicere, quemadmodum non possumus abstrahere a praesuppositis philosophicis, unde dignoscitur *cur* auctor novam viam inire, aut a notione fidei, unde intelligitur *quorsum* pervenire voluerit etc. Secus enim nec intima ejus mens neque exortae controversiae recte aestimari queunt. Postea tantum licebit — ac juvabit —, distinctione facta inter intentionem (ab initio optimam) et exsecutionem, e variis methodi elementis ea tantum secernere quae legitime retineri possunt, n. 125 sq.

120. — V. *Nota.* — Cf. thes. IV.

121. — **Prob. I : de methodo sumpta ut arte apologetica, sub respectu psychologico.**

(Ex requisitis ad assensum). — Ea sunt methodo cuilibet opportune aptanda, quae nituntur in psychologia tum practice (ex experientia conversionum), tum theoretice (ex natura hominis), cuilibet probanda ; a., e...

Ad M. : *a.* Inculcat enim : α. curam praeparandi subjecti, arguendo *ex ejus implicitis votis et exigentiis*, AA, II, 581, 586 sq., 608. — Cf. Pascal, Pensées, n. 187. (Grd. écriv., II, 98)

β. curam purificandi mores ; hinc vitandam esse dialecticam ostentationem, christianam autem sentiendi rationem seu mentem *per praxim* esse insinuandam, Pascal, n. 233, 249 sq ; cf. doctrinam καθάρσεως, Vac, IV, 1818 sq. ; supra n. 113.

γ. industriam revocandi conversionem non ad dialecticam disceptationem, sed ad intimam pugnam inter Deum et conscientiam, Blondel, Lettre, Ann, CXXXII, 338 sq. ; RCF, 1902, XXXII, 24 sq.

b. haec autem tum practice, tum theoretice sunt fundata.

Prob. II : de methodo ut demonstratione praevia, sub respectu philosophico.

Tria sunt pensanda : A. praesupposita philosophica, B. fundamentum a posteriori, seu facta invocata, C. terminus probationis.

A. *De praesuppositis philosophicis.* — Tria item consideranda.

122. — a. *De valore cognitionis abstractivae ac discursivae.*— Doctrina tolerari nequit quae hunc valorem tollit, atqui D^s^ Blondel pronuntiat :

α. « La science et la critique ont ruiné *la valeur des anciennes distinctions métaphysiques ;* les qualités premières ne signifient rien de plus ni de moins que les qualités secondes de la matière. » Action, p. 48 D.

β. « On aurait tort d'imaginer que les *définitions* « *per genus proximum et differentiam specificam* » ...ont une rigueur satisfaisante. Leur valeur n'est ni proprement philosophique, ni proprement scientifique, ibid., p. 65 D sq.

γ. « L'*idée de lois fixes* dans la nature n'est qu'une idole... » ibid. 396 D, « et *l'idée de nature elle-même,* » Ann, CXXXI, 345 D.

Inde est quod non deductione uti velit, sed expositione, Act., p. 41 D ; quod de argumentis quibus existentia Dei probatur videtur scribere : « Les subtilités dialectiques, quelque longues et ingénieuses qu'elles soient, ne portent pas plus qu'une pierre... contre le soleil, » 350 C ; ea certe argumenta processu expositivo conatur renovare.

123. — b. *De notione ordinis supernaturalis.* = « Absolument impossible et absolument nécessaire à l'homme, c'est là proprement la notion du surnaturel. » Act., p.388 B, 462 D, 463 C ; « indispensable en même temps qu'inaccessible, » Ann, CXXXI, 609 A, 608.

Illa notio admitti nequit quae : α) absolute sumpta (in quolibet naturae statu) esset negativa ordinis stricte supernaturalis ; β) relative sumpta (de statu hñis historico) non est specifica, seu propria τῷ supernaturali stricte dicto ; a., e...

Ad. m. : α) *absolute sumpta* supponeret exigentiam naturalem supernaturae. — Sed non ita Dˢ Blondel, etiam primitus, Act., p.407, nota ; Ann, CXXXI, 610 D, a fortiori recentius, cum explicite dicat se agere de natura historica ; cf. praenot., n. 116. In hoc ergo non culpandus.

β) *relative sumpta* non est specifica : 1° ex concessis : fatetur enim essentiam (individuam) τοῦ supernaturalis historici longe esse supra notionem (abstractam, quasi genericam) τοῦ supernaturalis, Act., p. 407 nota, Ann, CXXXI, 610 D.— 2° ex characteribus assignatis, nam : neque in Actione, neque in Epistola quidquam ostendit in tendentiis naturae quod proprie tendat ad strictum supernaturale. Nec facere potest post concessa. Aliunde notio assignata, etiam post elevationem, est communis concursui divino, gratiis etiam naturaliter necessariis, beatitudini naturali...

N. B. Quod proinde hac notione designatur est τὸ supernaturale late dictum, τὸ transcendens, ut nitide dicitur, Act. p. 41, 42.

124. — c. *De principio immanentiae* (philosophice spectato).

Illud principium admitti nequit quod : α. universaliter sumptum est negativum ordinis stricte supernaturalis, β. restrictum ad praesentem ordinem est negativum auctoritatis sive docentis, sive praecipientis ; a.,e...

Ad M. : nam principium *stricte philosophicum* debet esse verum *in qualibet hypothesi.*

Ad m. : α. quod exigit *positivam proportionem,* « un besoin d'expansion », ubi sufficit mera non repugnantia vel radicalis ac remotissima quaedam aptitudo, tollit possibilitatem elevationis supernat, (cui sufficit *potentia obedientialis*).

β. quod exigit *positivam perceptionem* sive veritatis in re revelata, sive utilitatis in re imperata, tollit jus testis aut legislatoris, a quibus plus requiri non debet, quam certa manifestatio veracitatis, aut auctoritatis.

125. B. *De factis psychologicis in probationem invocatis.*

Illa methodus est philosophice saltem inefficax quae nullum philosophicum necessitatis vinculum probat ; a. methodus immanentiae..., e...

Ad M. : *a.* ex concessis, cf. n. 119, supra, Act. p. 341, 388, 406 ; Ann, CXXXI, 354, 609 ; CXXXII, 266, 340 ; *b.* ex natura scientiae.

Ad m. : ex facto quod duplicem explicationem admittit nulla necessaria conclusio erui potest ; a. facta invocata duplicem explicationem admittunt ; e...

Haec facta sunt enim α. vel, *uti primitus dicebatur,* appetitus incoercibilis alicujus transcendentis : « Le terme auquel l'action réfléchie semble

éprouver l'impérieux besoin de se suspendre, c'est un absolu, qqch. d'indépendant et de définitif qui soit hors de l'entraînement des phénomènes, un réel hors du réel, un divin », Act., p. 303, c, 124 c, 42 b. — Atqui hi motus possunt esse — vel a natura (uti intellectuali) — tunc nil probatur de supernaturali, — vel a Deo movente — tunc, si hoc exclusive asseritur, fit petitio principii ; e...

β. vel, *uti recentius dicunt*, appetitus τοῦ supernaturalis stricte dicti in natura elevata, AA, II, 586 sq. — Atqui hi motus iterum possunt esse vel a natura necessario affectante cognitionem perfectam ultimae causae (sed inefficaci voto) ; — tunc nil probant de supernaturali ; — vel a Deo movente, sed per solam fidem iterum hoc cognosci potest.

126. — C. *De termino probationis.* N. B. Quaestio est : α. non utrum *per se sola* methodus immanentiae valeat revelationem authenticam demonstrare; nam constanter hoc negavit D^{s} Blondel, Act, p. 492, Ann, CXXXI, 467 sq., 473 sq., 609, 614 ; RCF, 1901, XXVII, 632... β. sed utrum *etiam cum reliquis* possit τὸ supernaturale historicum *certo* demonstrare, *servatis principiis philosophicis quibus ipsa nititur*. Hoc negatur.

Illa enim methodus est insufficiens, etiam cum aliis conjuncta, quae *denegat* ac ceteris *tollit* possibilitatem demonstrandi demonstratione stricte rationali formam τοῦ supernaturalis authentici ; a. ita meth. immanentiae ; e...

Ad M. : Secus remanet hiatus rationalis inter necessitatem *alicujus* et receptionem *hujus* supernaturalis religionis.

Ad m. : α. *denegat*, dum negat fidem posse stricte demonstrari, quin cesset esse supernaturalis ac libera, Act. p. 492 a, 400 a, 403 c ; Ann, CXXXI, 344 sq., 470, 614 sq., CXXXII, 340...

β. *tollit*, dum negat valorem conceptuum legis et naturae, cf. supra n. 122, sine quibus de nulla miraculorum specie constare potest, uti explicite miraculorum externorum vim demonstrativam negat, Act., p. 396, Ann, CXXXI, 345 sq., (licet admittat aliquatenus, CXXXII, 267 b).

125′. — **Coroll. I.** *De methodi immanentiae usu legitimo.* — Demptis vel amendatis principiis de quibus n. 122 sq., liquet methodum opportune adhiberi posse ut « *apologeticam liminarem* », AA, II, 584 d, vel tanquam praeparationem moralem, uti abunde concessum est, n. 121, vel ut probationem speculativam praeviam, saltem suasivam, diverso quidem gradu ante vel post Deum probatum.

126′. — **II.** *De fructu generatim ex « philosophia actionis » percipiendo.*

1° *Psychologice* spectata multum valet ad illustrandum : α. *processum assensus*, ac proinde accessus ad fidem, β. *influxum actionis* in cognitionem, ac proinde praxis religiosae in certitudinem non tantum dialecticam, sed experimentalem, AA, I, 1132, d.

2° *philosophice* spectata, egregie probavit contra positivistas impossibilitatem consistendi in solo phaenomenismo vel relativismo, ac proinde necessitatem « d'un réel hors du réel », i. e. τοῦ *transcendentis*.

127. — III. *De methodo ut reliquarum synthesi.* — Haec quaestio utilius, per modum recapitulationis, ad calcem cursus tractabitur.

128. — IV. *De habitudine hujus methodi ad methodum C^is Dechamps.* — Ibidem.

Conclusio generalis partis II^ae.

129. — I. *De unione criticae et theologiae.* — Consequenter ad ea quae stabilivimus, curabimus ut de singulis quaestionibus Ecclesiam admonitricem (tanquam normam negativam) audiamus. Hinc in singulis thesibus *duplex nota* assignanda.

130. — II. *De ordine ac modo demonstrationis sequentis.* — Iam concludes :

α. *errorem communem methodor. agnost.* esse voluntatem pronuntiandi de veritate religiosa absque criterio absoluto veri, seu absque philosophia.

b. *causam communem harum doctrinarum* duplicem esse :

α. *theoreticam* : doctrinam Lutheranam et Calvinianam—ac,saec.XVIII, kantianam,quae priorem visa est philosophice demonstrasse ; β. *practicam* : pullulationem sectarum, unde ortus scepticismus.

c. *remedium adhibendum* : α. *philosophia* (erga agnosticos) cautissime utendum, ac « perenni » potiusquam nimis « systematica » ; β. *ordine progressivo* utendum, tum in serie thesium determinanda, tum in singulis probationibus prius stabiliendo quid certum *empirice seu historice*, quid deinde *philosophice ;* γ. *modum proponendi* adhibendum non mere dialecticum et abstractum,sed psychologicum, moralem, religiosum,cf. n.121. —Quoniam vero haec aptatio eo facilior ac securior est, quo melius apologeta genuinam doctrinam callet, nos imprimis thesium dialecticae demonstrationi studebimus et concatenationi.

PARS TERTIA.

Apologetica realis.
Tractatus I : De religione naturali.

PROOEMIUM : ILLUSTRATUR FACTUM UNDE ORDITUR DEMONSTRATIO.

I. Auctoritate viatorum atque ethnologorum constat de facti religiosi universalitate, id est ubique ac semper homines consensisse : a) de existentia sive dei cujusdam supremi sive deorum, b) ac de necessitate alicujus cultus externi ; II. neque obstant testimonia contraria pauca ; III. immo, si ethnographis et historicis fides adhibetur, eo purior ac monotheismo propinquior religio videtur quo antiquior.

131. — Praenot. — I. *De ratione hujus prooemii.* — Ab expositione facti religiosi ordimur : *a*) ut procedendo a posteriori positivistas magis alliciamus ; *b*) ut universalitate hujus facti atheos ac prudentem quemque ad modestiam revocemus.

II. *De modo probandi :* probamus quidem auctoritate, sed pro rata auctoritatis singulorum testium, pluris ergo faciendo historicos quam philosophos.

III. *Stat. quaest.*: nullomodo agitur de religione exculta sive theoretice, sive practice.

132. — Prob. I : de universalitate facti religiosi.

a. *Ethnologi :* de Quatrefages, L'espèce humaine[10], Parisiis, 1890, l. X, c. XXXV, p. 355 sq.; Introd. à l'étude des races hum., Parisiis, 1889, c. XIII (contra J. Lubbock, Prehistoric times... Londini, 1865 ; The origin of civilisation and the primitive condition of man, Londini, 1870, et contra Barthélemy Saint-Hilaire, Le Bouddha, Paris, 1862, p. V, p. 178 sq.)

« J'ai cherché l'athéisme chez les [races les] plus inférieures, comme chez les plus élevées. Je ne l'ai rencontré nulle part, si ce n'est à l'état individuel on a celui d'écoles plus ou moins restreintes... Là est le grand fait. L'athéisme n'est nulle part qu'à l'état *erratique...* » de Quatrefages, l. c., p. 355.

A. Lang, The making of religion, Londini, 1898 (contra animismum D[i] Tylor, quem prius professus erat, et contra asserta DD. Spencer et Gillen, The native tribes of central Australia, Londini, 1899. The northern tribes of central Australia, Londini, 1904, qui Australiae tribus quasdam

atheas dicebant.) De A. Lang cf. W. Schmidt, L'origine de l'idée de Dieu, Vindobonae I, 72 sq.; Bouvier, Rech, 1911, p. 84 sq.

W. Schmidt, ibid.; Bouvier, ibid., p. 91 sq.; Le Roy, La Religion des primitifs, Parisiis, 1909, p. 170 sq.

b. *Hierologi:* Max Müller, Essay on the Science of religion, 1867, (trad.[3] G. Harris, Parisiis, 1879, p. 325, 475 sq.; C. P. Tiele, Geschiedenis van den Godsdienst, 1876, (trad. M. Vernes, Manuel de l'Hist. des relig.[2], Paris 1885, p. 12. Jevons, Introduction to the history of relig., Londini 1896, p. 1-28 ; G. Roskoff, Das Religionswesen der rohesten Naturvölker, Lipsiae, 1880, p. 36 sq. ; A. Réville, Prolégomènes de l'Hist. des relig., Parisiis, 1881, p. 45 sq.

c. *Psychologi et philosophi* : A. Sabatier, Esquisse d'une phil. de la relig[9]., p. 27 sq., W. James, L'expér. relig.[2], p. 405, 423.

133. — Prob. II : non obstant testimonia contraria pauca.

Explicantur : de antiquis cf. Hoocke, M, Curs. theol., II, 48 sq. ; de recentioribus, de Quatrefages, L'espèce hum.[10], p. 349 sq. ; A. Réville, Prolégomènes, p. 45 sq. ; Le Roy, Le rôle scientifique des missionnaires, Anthropos, I, 5 sq.

Nimirum : α. exploratores multi superficietenus hos populos norunt ; β. vel eas tantummodo formas religiosas habent, quae excultae religioni respondent ; γ. vel atheismum quorundam doctorum toti nationi tribuunt.

In specie, vide de *nigritis*, Le Roy, Relig. des primitifs, p. 170 sq. — de *Australiae populis*, Lang et Schmidt, apud Schmidt, L'orig. de l'idée de Dieu, I, 78 sq. — de *buddhistis*, Aiken, Bouddhisme et Christianisme, Parisiis, 1903, p. 142 sq. ; Oldenberg (trad. Foucher), Le bouddha, Parisiis, 1903, p. 319 sq. ; Wieger, Le Bouddhisme chinois, 1910, I, 72, 93 (ubi corrigit de la Vallée-Poussin, Bouddhisme, Parisiis, 1909, p. 70, 348 sq.)...

134. — Prob. III : formae antiquiores puriores.

Res patet *quoad relig. Graecam et Romanam*, quae sero, maxime sub influxu cultuum orientalium corruptae sunt, Cumont, Les relig. orient. dans le paganisme romain, — Quoad *Ægyptios*, Le Page Renouf, Hibbert Lectures, 1879, citatus in Realencyklop.[3], art. Polytheismus, p. 548. — quoad *Assyrios*, Hilprecht, Die Ausgrabungen im Bel Tempel zu Nippur, Lipsiae, 1903, citatus in RB, 1903, p. 487 — quoad *Semitas in genere*, Lagrange, Relig. sémit.[2], p. 83, 110 — quoad *Sinenses*, de Harlez, Les croyances relig. des premiers chinois, in Muséon, 1889, VIII, 403 ; Wieger, in AA, I, 509 — quoad *Australiae populos*, Schmidt et Lang, de quibus cf. Bouvier, in Rech, 1911, p. 88-104. — tandem in genere, quoad *vestigia antiquioris aetatis* (theoria D[i] Graebner de « culturae cyclis ») W. Schmidt, RSPT, 1911, p. 66. ; Bouvier, Rech, 1911, p. 99 sq.

ART. I. De religionis naturalis existentia.

Thes. XII. — Naturali rationis lumine certo constat existere objective aliquem saltem complexum relationum inter Deum et homines, qui recte religio naturalis dicitur.

135. — **Praenot.** : I. *Adversarii :* athei, evolutionistae, materialistae... quicumque scl. censent religionem esse merum figmentum, vel ignorantiae fructum, vel metus, vel instinctus socialis, etc...

136. — II. *Praesupposita* ad demonstrationem : a. *historica* : factum religiosum de quo in prooemio : *b. speculativa :* sola religionis definitio nominalis, agnitio valoris idearum et certitudinis sensus communis ; — *c. affectiva :* recta voluntas, i. e. saltem sollicitudo aliqua circa finem ultimum et voluntas obtemperandi in hac re regulis prudentiae, de Margerie, Théodicée², I, 77 sq.

137. — III. *Stat. quaest. :* perpende voces objective... naturalis... saltem.

138. — IV. *Nota : dogmatica : de fide* quoad rem ; *critica : certum.*

Probatur thesis. — Relig. naturalis importat possibilitatem cognoscendi sola ratione : *a.* existentiam Dei, personalis, primi rerum principii et remuneratoris, *b.* existentiam quorundam officiorum ex his veritatibus manantium ; atqui ratio per se haec probare valet ; e...

Ad m. : eligimus tria argumenta :

a. consensus universalis, quia, licet non sufficiat absolute, omnes saltem ut prudentes sint admonet ; — *b. creationis*, propter intrinsecam efficaciam et modum apologeticum quo proponetur ; — *c. convergentiae*, propter valorem ejus prudentialem ac facilitatem qua potest ad varios animorum status accommodari.

139. — *a. ex consensu universali ;* cf. Chossat apud Vac, IV, 936 sq. ; Sertillanges, Les sources de la croyance en Dieu, Parisiis, 1905, 17 sq.

140. — *b. ex creatione.*

Ens omnium creator (si quod datur) est *personale* et *omnium dominus*, a. ratio probat dari ens ejusmodi ; e...

Ad M. : nam *a.* habet omnes perfectiones simplices quas producit, *b.* habet omnia jura in entia quae condidit.

Ad m. : apologetice ita gradatim probari potest, AA, I, 724 sq.:

α. scientiae physicae qua tales nullomodo contradicunt ;

β. ratio creationem commendat, ut solutionem minus repugnantem ;

γ. » » » » » necessariam. Hoc ultimum facile probatur, si advertitur : 1. omnes (implicite vel explicite) admittere ens aliquod quod sit *necessarium* (non Ens Necessarium scholasticorum !) 2. et sat facile adduci posse ad concedendum nil fieri sine ratione sufficiente seu determinante.

Hoc autem concesso, ita argumentari licet :

Ens *necessarium* est ens quod exigit esse *intrinsece* (ex se) et *absolute* (in

qualibet hypothesi); a. nullum *ens mutabile* exigit esse hoc modo ; e. nullum *ens mutabile* est ens necessarium.

Ad M. : *intrinsece* = patet, sive ens illud totum sit, sive primum.

absolute = nam si hypothetice tantum (in aliqua hypoth.), nulla superesset via qua compleri posset conditio praerequisita (nec series infinita linearis, nec infinita circularis).

Ad m. : ens cujus determinationes omnes non sunt *intrinsece* et *absolute* necessariae non exigit esse absolute et intrinsece ; a. omne ens mutabile... ; e...

Ad m. : determinationes illius entis quod exigit esse absol. et intrins. essent :

α. vel *nullomodo* necessariae, β. vel *hypothetice* necessariae, γ. vel *absolute* necessariae ; atqui non α/, nec β/, ergo γ ; tunc esset *absolute immutabile.*

Prob. : non α) nam : nullum ens existit nisi concretum et determinatum a parte rei ; a. ens cujus determinationes non sunt *ullomodo necessariae* numquam erit concretum et determinatum ; e. ens cujus determinationes non sunt ullomodo necessariae nunquam erit.

Ad m. : *possibilitas* non est determinatio ad esse ; nec dicas : sufficit determinatio quaelibet, nam *quaelibet* est abstractio mentis ; debet antem dari ratio *physica,* concreta electionis *alicujus* determinationis inter omnes possibiles.

Nec β) nam hae determinationes sunt vel in linea essentiali, vel in linea accidentali. — Si in *essentiali,* ens est *hypoth. necess.* tantum ; e. nunquam erit. — Si in *accidentali,* haec mutatio nequit esse a determinatione *extrinseca* (nam ex hypothesi agitur de Ente primo et, si non est creator, totali) — neque *ab intrinseca,* nam nulla mutatio accidentalis nequit esse sine aliqua mutatione in essentia seu substantia, e. haec essentia seu substantia esset *hypothetice tantum* necessaria ; proinde nunquam esset per se.

Ad M. : nam *accidens* non subsistit, non est ens in ente, sed ens entis ; porro omnis mutatio accidentalis arguit modificationem aliqualem in principiis entis essentialibus.

N. B. Argumentatio excludit tantum mutationem *physicam,* non *pure moralem.*

141. — *c. ex convergentia omnium argumentorum.* — Varia argumenta sunt : metaphysica, physica, moralia, psychologica seu mystica, socialia, historica, cf. Hontheim, Theodicaea, c. III sq. ; Sertillanges, Les sources de la croyance en Dieu, Parisiis, 1905 ; de Broglie, Preuves psychol. de l'exist. de Dieu, Parisiis, 1905 ; Chossat, art. Dieu apud Vac, IV ; Garrigou-Lagrange, art. Dieu, AA, I.

Argumentum convergentiae potest proponi : vel ei qui omnium argumentorum *vim sejunctim perspexit,* tanquam egregiam *synthesim,* — vel ei quem singula argumenta *nunquam ad certitudinem adduxerunt,* postquam singula ad maximam quam fieri potest, pro hominis captu, probabilitatem perducta sunt, tanquam *novum argumentum* reliqua complens ac perficiens.

Ita nos, distinctione facta inter *cumulum* probabilitatum, *computum* probabilitatum et *convergentiam*, cf. Petavium, De Deo, l. I, c. I, § 4, Venetiis, 1721, I, 32[b] A ; J. H. Newman, Grammar of assent, Londini, 1895, p. 321, 412 sq. ; (trad. G. Paris, Parisiis, 1907, p. 256 sq., 328 sq.).

In hoc altero controversiae statu argumentum potest proponi :

a. vel prudentialiter, ex analogia cum assensu prudenti in qualibet alia materia ; *b.* vel dialectice, ex ratione metaphysica, et quidem : α. vel indirecte, rejectione hypothesium quae convergentiam non satis explicant, β. vel directe, demonstratione solutionis quae convergentiae adaequatam rationem praebet, tum secundum ejus partem positivam (probabilitatem positiv. et converg.), tum secundum part. negativ. (obscuritat. et objectiones).

142. — Prob. *a. prudentialiter*, v. g. ex analogia hominis itinerantis viam suam a compluribus scissitantis...

143. — *b. dialectice*, A. *directe :* effectus *singularis* requirit causam *unicam proportionatam* ; a. convergentia argumentorum ad Deum unicum, personalem, remuneratorem est effectus singularis ; ergo requirit Deum unicum, personalem, remuneratorem.

Ad m. : 1.(Secundum partem convergentiae *positivam*).

Relatio ad unam causam constans et uniformis, variatis quantumlibet adjunctis, est effectus hujus causae singularis ; a. convergentia secundum partem positivam est... ; e...

Ad M. : nam variatis quantumlibet adjunctis, relatio constans et uniformis nequit esse per accidens.

Ad m. : patet ex hypothesi seu statu controversiae, nam convergentia ex qua argumentamur praesupponit α. relationes ad Deum... jam probatas probabiliores vel vere probabiles, β. sub respectibus maxime oppositis, immo (saltem generice) sub omni respectu possibili activitatis divinae.

2. (Secundum partem *negativam*). N. B. Haec pars per se probare nequit, sed egregie confirmabit conclusionem praecedentem, si ostendemus eam apte satisfacere *omnibus* problematis conditionibus. Ita probabilior habetur hypothesis quae *pluribus* conditionibus satisfacit.

Character singularis solutionis cujuslibet *verae* in materia praesenti hic est, quod habeat : α. *obscuritatem* magnam ; β. *difficultates* non paucas *absque ulla tamen contradictione* ; atqui ita convergentia secundum suam partem negativam ; e...

Ad M. : α. *obscuritatem* — α'. quatenus solutio debet transcendere experientiam, objectiones seu dubitandi rationes erunt semper ex ordine *nostro et noto*, solutio ex ordine *transcendenti*, ergo licet verior (profundior) secundum se, obscurior quoad nos ; β'. immo, quatenus quaestio praesens non est de causa plus minusve proxima vel remota, sed *ultima*, obscuritas non debet esse *gradu* tantum diversa a rebus obscuris quae sub experientia quotidiana cadunt, sed *specie*.

β. *difficultates absque contradictione* — nam : quatenus *partialiter* tantum videmus, non *comprehensive*, partialiter etiam moveri *debemus* respectibus

saltem quoad nos manifestioribus ; — quatenus vero verum contradicere nequit, nulla debet remanere in solutione vera *evidens* contradictio.

Ad m. : α. habet obscuritatem, β. nullam tamen contradictionem, (vide prob. indir., n. 144.).

144. — B. *indirecte.* — Ad explicandam convergentiam, triplicis tantum generis solutio proponi potest : vel α. pantheismus, vel β. dualismus, vel γ. theismus ; atqui non α, nec β, ergo γ.

Ad M. : adaequata disjunctio saltem generice.

Ad m. : *a.* neque secundum *partem positivam,* nam licet α et β bene explicent quaedam, reliqua potius negant vel *logice* destruunt, v. g. fundamentum ordinis moralis et socialis ac maxime explicationem mali sive physici, sive metaphysici, sive moralis.

b. nec secundum *partem negativam,* nam licet aliquam obscuritatem habeant, (quam proinde in theismo reprehendere nequeunt), ea non est *specifice* diversa, (dilabuntur enim in *sensismum,* ut materialistae, vel in *anthropomorphismum* intellectualem, ut idealistae) et scatent internis non tantum mysteriis sed contradictionibus ; cf. art. Création, Vac, III, 2108 sq. ; AA, I, 728 sq.

145. — **Coroll.** I. *Religionis definitio realis.* — De Broglie, Relig. et critique, p. 1 sq. ; Lahousse, p. 17 sq. ; Wilmers, p. 9 sq.:

a. objective « est complexus veritatum, quibus hominis ad Deum ordo constituitur et officiorum quae ex illo ordine consequuntur », Wilm., p. 9 ;

b. subjective « est virtus inclinans hominem ad reddendum Deo cultum debitum propter ejus excellentiam », S. Thom., II, II, q. 81, 3 et 4.

146. — II. *De religionis unicitate,* seu de notione religionis verae, de Broglie, p. 66 sq., cf. 48 sq. Secundum *gradum veritatis* omnes sunt *partitive* bonae vel verae ; secundum *exclusionem erroris* una est *absolute* vera.

147. — III. *De religionis essentia* :

a. importat essentialiter dogmata et mandata tum interna tum externa ; S. Thom., C G, III, 119.

b. distinguitur essentialiter, de Broglie, p. 15 sq. ; Bouvier, Rech, 1912.

α. a formis *a-religiosis* philosophiae, scientiae moralis, artis... β. a formis *infra-religiosis,* magiae, superstitionis...

c. est in genere *justitiae,* Suarez, De relig., tr. I, l. III, c. IV. n. 7, et strictius loquendo *pietatis,* ibid., n. 16 sq.; S. Thom., II, II, q. 101, a. 3, 2m, C G, III, 119 ; Vac, IV, 1814.

Inde errant formalistae (une étiquette), utilitaristae (une recette), intellectualistae (une sagesse), cum sit proprie pietas (une amitié).

148. — IV. *De instinctu religioso.* — *a.* Ut tendentia irrationalis, omnino negandus est, stante thesi praecedenti. — *b.* Ut tendentia necessaria ex naturae intellectualitate orta ejusque cum Deo cognatione, omnino agnoscendus, art. Expér. relig., Vac, IV, 1815 sq.

Causa ejus adaequata est : α. tum natura rationalis, quae etiam inconscie ad Deum intellectu et voluntate tendit, 1816 sq. : « Fecisti nos

ad te, Dñe, et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te », S. August., Confess. I, 1, M, 32, 661 A ; II, 10, 682 D ; IV, 10, 699 C ; VI, 16, 732 D ; XIII, 8, 848 B... S. Bernard., De dilig. Deo, c.7, n. 19, M, 182, 986... S. Thom. : « Etiam naturali instinctu se obligatum sentit Deo, ut suo modo ei reverentiam impendat », CG, III, 119. — β. tum Deus immanenter praesens ac movens ad se.

Juverit ergo hominem de vera religione quaerentem hortari : α. ne contra suam naturam reluctetur, β. neve *contra Deum* pugnet aut *sine Deo* quaerat.

ART. II. De praeparatione religionis supernaturalis in naturali.

149. — *Ordo adhibitus.* Scriptores sat multi, probata religione naturali, statim ad evangeliorum crisim se accingunt.

Nos vero prius agemus de miraculis ac de revelatione, ut duplex commodum consequamur :

a. disponentur animi ad religionem supernaturalem amplectendam, dum patebit eadem argumenta quae religionem naturalem probant probare etiam : α. possibilitatem alicujus interventus divini, aut alicujus doni gratuiti, forsan et onerosi, β. strictam obligationem inquirendi de hac hypothesi, ex eo quod impossibile sit aliquem vere esse religiosum qui omnia praeter religionem « naturalem » respuat ;

b. praeparabuntur ad criticam evangeliorum non aprioristicam, sed objectivam, quia praejudicia philosophica non post eam crisim, sed ante diluenda sunt. Hinc :

A. de miraculis, prout sunt exceptiones ordini naturali ;
B. de revelatione, prout miraculo manifestanti doctrinam aut legem ;
C. de praeceptis religionis naturalis hypotheticis circa ejusmodi casus.

Sect. A. De miraculorum possibilitate et cognoscibilitate.

Thes. XIII. — Certum est miracula a Deo effici posse.

P, n. 187 ; S. Thom., 1, q. 105, a. 6 sq. ; de pot., q. 6 per totum ; Suarez, De fide, disp. IV, sect. 3, n. 8 sq ; in III p., q. 13, a. 4,... Benedict. XIV, De servor. Dei beatif, l. IV, p. I. Vide ditiorem bibliogr., van Laak, De relig. revel., p. 56 sq..

150. — **Praenot.** I. *Miraculi notio.* — P, n. 183, Wilm, n. 141 sq. Est opus sensibile divinitus factum praeter cursum naturae consuetum. Unde :

α. importat : opus sensibile (vel per se vel per effectus), productionem a Deo (sin minus de jure absoluto, saltem de facto) ; characterem insolitum contra vel praeter naturam ; β. distinguitur a miro, a praestigio, etc...

151. — II. *Miraculi species*, Wilm, n. 145 ; Benedict. XIV, Dissert., t. III, diss. I, n. 7 sq. — Distinguas :

α. spectata habitudine causae ad effectum : miraculum *contra, supra, praeter* naturam ;

β. spectata habitudine effectus ad causam : miraculum *quoad subst., quoad subj. in quo, quoad modum* ;

γ. spectata lege naturae cui contradici videtur : miraculum *phys.*, *psychol.* (intellectuale aut mysticum), *morale ;*

δ. spectata cognoscibilitate (ex proportione miraculi ad Deum) :

miracul. *stricte dictum :* quod superat omnes vires naturae creatae et soli Deo proprium est de potentia absoluta ; spectatur praecipue ut opus *potentiae ;*

miracul. *apologeticum* : quod in quibusdam adjunctis, spectata potentia Dei ordinata, in solum Deum refundi debet ; consideratur praecipue ut opus *providentiae.*

152. — III. *Adversariorum classes.*

α. Alii negant ejus *possibilitatem,* S. Thom., de pot., q. 6, a. 1 ; scl. materialistae, pantheistae, deistae ; Spinoza, J. Simon, Relig. natur.[8], p. 333, 369.

β. Alii *cognoscibilitatem,* sive *de facto,* deficiente probatione idonea, Langlois et Seignobos, Introd. aux étud. hist.[2], 177 c, 179 A — sive *de jure,* uti agnostici protestantes, Schleiermacher, Ritschl, Harnack, Sabatier, Loisy... vel criticistae kantiani aut mitiores, Blondel, Action, p. 396, Ann, CXXXI, 345 (correctius postea RCF, 1904, XXXVIII, 405).

γ. Alii *supernaturalitatem,* illud ad ordinem praefixum reducendo, sive ad explicandam ejus productionem, Le Roy, Ann, 1906, 5 sq., 166 sq. Baraduc, J. Bois... cf. RSPT, II, 788. — sive ad excusandos difficiliores casus, Paquier, Le Jansénisme, p. 511 sq.

153. — IV. *Stat. quaest.* — Agitur directe de miraculis stricte dictis.

154. — V. *Nota. a. dogmatica, de fid. def.*, E, 1790 (1639), 1813 (1660) ; *b. philosophice, certa.*

155. — **Probatur thesis.** *a.* Directe, ex requisitis ad miraculorum productionem (saltem de potentia absoluta).

b. Indirecte, ex solutione objectionum (ex immutabilitate Dei, vel sapientia, vel providentia).

c. Confirmatur ex omnium gentium persuasione.

156. — **Coroll.** I. Leges naturae non possunt invocari contra miraculorum possibilitatem. a. in genere, quia contingentes, b. in specie neque lex « conservatae energiae », AA, I, 1353 sq.

II. Neque hypothesis miraculi scientiae possibilitatem tollit.

Ad difficultates.

157. — Perrone, Praelect. theol.[33], n. 123 sq.

Thes. XIV. — Miracula concrete spectata, verificatis conditionibus quibusdam, tum subjectivis, tum objectivis, certo cognosci possunt.

P, n. 188 ; De Bonniot, Le miracle et ses contrefaçons[5], p. I, c. IV, p. 65 sq ; Gardeil, Crédibilité, p. 265.

158. Praenot. I. *Stat. quaest.* — Jam de cognoscibilitate, i. e. non *quomodo psychologice* deveniant multi in certitudinem saltem subjectivam, sed *quomodo logice* fundari ac probari *certo* possit certitudo objectiva. — Inquiritur directe de miraculis ***stricte*** dictis. — Vindicatur cognoscibilitas non *omnium* sed *aliquorum.*

159. — II. *Conditiones* : *a. subjectivae :* fides late dicta, voluntas recta, intellectus a praejudiciis liber, prudens aestimatio omnium adjunctorum (= concrete) ; *b. objectivae :* characteres sat manifesti, ut dubium prudens excludant.

160. — III. *Nota :* aliquando miracula cognosci posse, *dogmatice, de fid. def.*, E, 1813 (1660) — *critice, certum.*

161. — **Probatur thesis.** — (Ex requisitis ad certitudinem). — Ad certitudinem de miraculi existentia requiritur et sufficit : *a.* ut constet de materiali phaenomeno (de portento), *b.* ut constet de formali charactere interventus divini (de miraculo) ; a. de utroque constare potest ; e...

Ad m.: *a.* de materiali facto constabit ut de quolibet alio ; *b.* quoad formalem characterem sufficit ut constet : α. de improportione causae naturalis ad effectum, β. de exclusione agentis supernaturalis mali. Etenim : α) sufficit ut certo sciamus quid causae naturales *certo non* possint, spectata non *lege physica* hac aut illa, sed *conditione actionis physicae* qua talis : β) sufficit ut ex *omnibus* adjunctis, *in concreto*, character agentis, saltem moralis, dignosci possit.

162. — **Scholion.** I. *Statuuntur regulae quaedam generales*, P, n. 189, 191 :

a. negativae : si contra veritates naturaliter certas (specul. vel practic.), si absque motivo proportionato...

N. B. *Post probatam fidem*, si contra veritates supernaturaliter certas...

b. positivae : quoties usurpatur a thaumaturgo usus alicujus attributi divini, v.g. :

α. potentiae *physicae* in ipsum esse, ut in creatione materiae...

β. potentiae *intellectualis* seu scientiae infinitae, ut in cognitione futurorum contingentium...

γ. providentiae *physicae* eximendo (non compensando) a conditione communi certa, sive materiae inanimatae, sive materiae organicae, sive intelligentiae non purae ;

δ. providentiae *moralis* sive attributi Summi Judicis, v.g. per resurrectionem mortui...

ε. voluntatis salvificae...

163. — II. *Excluduntur vires occultae seu ignotae*, P, n. 188 sq.

a. Aut vires illae sunt *incorporeae seu immateriales*, tunc α. physicus nequit de illis aut affirmare aut negare, β. philosophus potest, saltem ex adjunctis, characterem agentis dijudicare.

b. Aut sunt *corporeae seu materiales :*

α. vel *ejusdem generis*, tunc debent retinere eundem agendi modum, qui ex natura quantitatis, saltem *negative* cognita derivatur (quatenus nec simplex est nec libera) : necessitatem agendi, ceteris paribus ; proportionalitatem, ceteris paribus ; alligationem conditionibus temporis (l'effet est fonction du temps) ; independentiam ab antecedentibus moralibus...

β. vel *alius plane generis*, sed hoc non nisi gratuito ac contradictorie assereretur, nam asserere valorem necessarium legum physicarum, nomine Scientiae, et asserere *ejusdem Scientiae nomine* existentiam aliarum

legum, quae licet in eodem ordine physico nil habeant commune cum praecedentibus, est assesere τὸ diversum propter τὸ idem.

164. — III. *Quid possit in hac re judicium sensus communis.*

De Bonniot, Le miracle[5], c. IV, p. 64 sq., rectius quam Garrigou-Lagrange, Le sens commun[4], p. 91 sq.

165. — IV. *Quatenus divina Providentia in hac materia relativa esse possit.*

Bollandus, Acta SS, I, praef. gen[lis], c. III, § 2, p. XXXIV.

Ad difficultates.

166. — Perrone, Prael. theol.[33], I, n. 140 sq., Wirceburg, De vera relig., II, p. 177 sq.; van Laak, Theol. fundam., II, n. 90 sq.

Sect. B. De revelationis possibilitate, cognoscibilitate, necessitate et existentia.

Thes. XV. — I. Possibilis est divina revelatio immediata, quoad veritates aut facta ordinis naturalis, II. nec probari potest impossibilis quoad mysteria stricte dicta.

P, n. 150 sq.; Wilm, n. 69 sq.; van Laak, II, n, 13 sq.; vide ibid. bibliogr.; S. Thom. II. II, q. 171 sq.; de verit., q. 12.

167. — **Praenot.** I. *Revelationis notio,* van Laak, II, n. 4 sq.: *a.* generica : revelatio rei occultae, ἀποκάλυψις — *b.* specifica : revelatio rei occultae, per aliquem testem sive humanum, sive divinum.

168. — II. *Revelationis species :*

a. ratione modi : naturalis, supernat. (quoad mod., quoad subst.) — *b.* ratione instrumenti : immediata, mediata — *c.* ratione termini : objectiva, subjectiva.

169. — III. *Revelationis analysis :*

a. Si revelatio sumitur principiative, elementum formale est testificatio. — *b.* Si terminative, elementum formale est intellectio rei significatae, S. Thomas, II, II. q. 173, a. 2.; Suarez, De fide, disp. III, sect. 3, n. 9.

170. — IV. *De objecto revelationis,* AA, I, 1132. — Potest respicere :

a) veritates ordinis naturalis, naturali deductione cognoscibiles (myst. late dicta) — *b.* facta historica, naturali observatione vel critica cognoscibilia — *c.* mysteria stricte dicta, P, n. 161.

171. — V. *Adversarii,* van Laak, n. 8 sq.:

a. ex errore circa Deum, materialistae, deistae.

b. » » » rationis vires : criticistae, Kant, Schleiermacher, cf. Lichtenberger, Hist. des idées relig. en Allemagne[2], II, 105, 202 sq. — symbolo-fideistae, Łobstein, Ménégoz, Sabatier, Esquisse[9], p. 34, 43, 58, 268 sq.... — modernistae (ut plurimum secuti A. Sabatier) Tyrrell, RPA, 1907, IV, 501 sq., Ét, CXIII, 509 sq., Loisy, RCF, 1900, XXI, p. 250 sq.; Autour d'un petit livre, p. 195 sq. — pragmatistae, W. James, Exp.

relig.[3], p. 398 sq., a quo praesertim vulgata est explicatio revelationis per conscientiam liminarem.

172. — IV. *Nota : a. dogmatice :* (p. I) *de fide def.*, E, 1786 (1635), 1807 (1654) sq. ; cf. E (2020) ; p. II, impossib. non posse probari, *theol. certum* ; possib. positiv. non posse probari (nondum data revelatione), *probabilius* — *b. critice :* p. I et II (possib. negat.), *certum ;* (possib. posit.) *probabilius*.

173. — **Prob. I : possibilitas revelationis**, P. n. 155.

Ex omnium gentium persuasione.

Ex facto aliquot praedictionum, quae per theoriam subconscientiae explicari nequeunt, Hamon, RPA, 1908, VI, 501 sq. ; Condamin, Ét., 1909, CXVIII, 24 sq.

Ex infinita Dei potentia — Positive possibilia sunt omnipotentiae divinae quaecumque neque intrinsece neque extrinsece repugnant ; a...; e...

Ad m. : neque ex parte rei revelandae (ex hypoth.) — neque ex parte Dei, i.e. sapientiae, immutabilitatis, dignitatis...— neque ex parte hominis : nec quatenus exceptio legibus phychologicis ; nec quatenus intellectio vitalis (haec praecipua difficultas).

174. — **Prob. II : nec mysteriorum revelationem repugnare probari potest**, P, n. 160 sq.

(Ex natura demonstrationis). — Demonstratio est argumentatio ex evidentibus praemissis ; a. hujusmodi praemissae in casu nequeunt dari ; e...

Ad m. : essent α. vel de non-existentia mysteriorum stricte dictorum — β. vel de eorum essentia ac consequenter de eorum improportione ad sermonem humanum ; a. neutrum evidenter probari potest :

Ad m. : non α. — nulla cognitio deficiens atque ex communibus potest adaequate pronuntiare de omnibus rei proprietatibus ; atqui... non β. — est consequentia praecedentis asserti — immo contrarium positive suadetur ex analogia (vel univocitate) entis.

175. — **Coroll.** *De possibilitate probandi positive possibilitatem revelationis mysteriorum.*

Probabilius negatur, ante factam revelationem, propter eadem argumenta ac in p. II.

176.— **Schol. I.** *De processu psychologico revelationis*, II, II, q. 173, a. 2, c. ; de verit., q. 12, a. 7, c.

Distingue : *a.* acceptionem cognitorum vel externe (sensibiliter), vel imaginative, vel intellectualiter, Poulain, Grâces d'oraison[6], p. IV, c. 20, p. 311 sq. — *b.* judicium de acceptis, I, q. 106, a. 1, Wilm, n. 80 sq.

Hinc judica de explicatione per conscientiam subliminarem.

177. — II. *De relativismo in revelationibus*, seu accommodatione earum ad adjuncta, P, n. 154.

178. — III. *De erroribus admixtis*, Poulain, Grâces d'oraison[6], p. IV, c. 21, p. 334 sq.

Ad difficultates.

179. — Wirc, II, p. 66 sq. ; Perrone, Prael. theol.[33], I, n. 13 sq., 23 sq., 34 sq. ; Mazzella, De relig.[3], p. 69 sq. ; van Laak, Theol. fund., II, n. 19 sq., 23 sq., 30 sq.

Thes. XVI. — I. Revelatio mediata miraculis externis et prophetiis certo dignosci potest, quippe quae sint signa certissima, II. et omnium intelligentiae accommodata, III. tum etiam criteriis internis.

Wilm, n. 130 sq., 167 sq. ; Vacant, Const. « Dei Filius », II, n. 570 sq.; Allo, R Thom, 1906, p. 257 sq.

180. — **Praenot.** I. *Nexus thesis cum praeced. et sequent.* — Si *revelationis mediatae* cognoscibilitatem probaverimus, constabit jam adaequate de *religionis positivae* possibilitate.

181. — II. *De criteriorum notione ac divisione.* — P, n. 180, 256, 257.

a. Criteria dicuntur quaecumque juvant ad discernendum (κρίνω).

b. Distingui possunt : α. ratione *valoris seu efficaciae* in negativa et positiva — β. ratione *fontis :* in *interna* sive objecto quod revelatur, sive subjecto quod revelat, sive subjecto cui revelatur — in *externa* (seu miracula physic., moral., psychol.).

c. Nullum criterium, in re praesenti, efficax esse potest, nisi quatenus manifestat interventum agentis transcendentis seu divini. Hic autem character *sine aliqua philosophia* aestimari nequit, ac proinde *sub hoc respectu essentiali* difficultas inquisitionis est *communis omnibus criteriis* sive externis, sive internis.

182. — III. *Adversarii : a.* fideistae protestantes : Luther, Calvin... — *b.* criticistae inde a Kantio, Delbos, La Philos. pratique de Kant, p. 638 sq. ; Acta VII, 528 d. — *c.* immanentistae, quos laedit criteriorum externorum extrinsecismus, Blondel, Action, p. 394 sq. ; Le Roy, Ann, 1906, p. 257 sq. — *d.* modernistae.

183. — IV. *Stat. quaest.* — Agitur : de miraculis in genere ; directe quidem de miraculis stricte dictis.

184. — V. *Nota : a. dogmatice* : signa certissima (sensu absoluto), *de fid. def.*, E, 1790 (1639), cf. 1812 (1659) sq.; (sensu relativo) *communis et certa* ; signa omnibus accommodata, saltem per se, *communis ac certa* ; p. III, *certa b. critice :* p. I, II, III *certae.*

185. — **Prob.** I. **Miracula et prophetiae signa sunt certissima, tum absolute, tum relative.**

A. *Absolute :* (ex natura miraculi ut sigilli divini).

B. *Relative :* (ex indole criteriorum externorum). — Illa criteria sunt quoad nos prae ceteris certa quae *a.* sunt maxime independentia a dispositionibus subjectivis — *b.* et *de facto* positive praerequiruntur, ut constet de valore reliquorum, dum reliqua negative tantum requiruntur.

Ad m.: *a.* maxime independentia a subjecti dispositionibus sunt quae exigunt judicium de transcendentia *non morali* sed *materiali* seu physica, nam judicium de valore morali varium est pro ethica subjecti conditione.

b. de facto, nisi aliquod signum (seu sigillum Dei) discernat materialiter illud quod est authentice a Deo, homo habebit *exclusive* ut excellens (proinde formaliter divinum) quod est sibi *hic et nunc* magis proportiona-

tum ; proinde ne illud quidem *integre ac genuine* aestimabit quod vere est opus Dei ; sigillum ejusmodi est miraculum externum.

186. — Prob. II. Sunt omnium intelligentiae accommodata.

(Ex analysi assensus). — Illa sunt omnium intelligentiae accommodata quae magis proportionata sunt intelligentiae *a.* sive quatenus praejudiciis speculativis imbutae, — *b.* sive quatenus ex motivis practicis a vero alienae ; a...; e...

Ad. m.: *a.* quoad difficultates *speculativas* : ratione elementi formalis par est in omnibus criteriis difficultas, cf. n. 181 *c* — ratione elementi materialis : visibiliora sunt, quia in re sensibili (sive per se, sive per accid.); difficilius eludi possunt,quatenus legibus evidentioribus contradicunt.

b. quoad difficultates *practicas* : melius respondent conditioni omnium criteria quae supponunt hominem non perfectum, sed perficiendum (nondum in statu veri ac boni, quo eum revelatio adducere debet).

187. — Prob. III. Valent etiam criteria interna.

(Ex notione miraculi). — Objectum quod revelatur, subjectum quod revelat, subjectum cui revelatur possunt materiam praebere miraculorum sive moral., sive psychol., ~~sive physic.~~; ergo..

188. — Coroll. *De efficacia relativa criteriorum externorum et internorum.*

Haec suavius et efficacius persuadent, illa nitidius probant.

Inde illustratur *a.* paedagogia Christi ejusque varia apud varios auditores fortuna ; *b.* judicium coaevorum nostrorum de variis criteriis.

Ad difficultates.

189. — Wirceb, II, p. 177 sq.; Wilm, p. 157 sq. ; Lahousse, p. 197 sq.; Caruel, p. 84 sq.; Perrone [35], I, p. 39 sq.

Thes. XVII. — I. Revelatio homini utilis est, II. immo moraliter necessaria, « ut ea quae in rebus divinis humanae rationi per se impervia non sunt, in praesenti quoque generis humani conditione, ab omnibus expedite, firma certitudine et nullo admixto errore cognosci possint », III. absolute autem necessaria in hypothesi religionis sive positivae sive stricte supernaturalis.

P, n. 169 sq.; Wilm, n. 88 sq.; van Laak, p. 29 sq.; Perrone [35], I, p. 16 sq.

190. — Praenot. I. *Nexus cum thes. praeced.* Promovetur animus a mera possibil. relig. revel. ad ejus existentiam agnoscendam.

191. — II. *Stat. quaest.* : potentia physica, ex proportione physica facultatis ad actum, absolute ; potentia moralis, spectato usu libertatis in re difficili.

192. — III. *Nota* : *a. dogmat.* : p. I. utilitas in genere, *de fid. def.*, E, 1807 (1654) ; cf. 1786 (1635) ; p. II. necessitas *moralis*, saltem *disjunctive* vel alicujus auxilii vel revelationis, in *hoc* ordine, *de fid. def.*, E, 1786 (1635) ; Acta, VII, 134 d. sq.; *b. critice* : p. I, II, III, *certae.*

193. — Prob. I. utilitas revelationis.

Ex natura magisterii divini.

194. — Prob. II. moralis necessitas revelationis.

Ex facto corruptionis communis, P, n. 171 ; Perrone, p. 18.

Ex absentia opportuni magisterii, P, n. 172 ; Perrone, p. 23 sq., 27 sq.

Ex difficultate inquisitionis, S. Thom., C G, I, 4.

195. — Prob. III. necessitas revelationis hypothetica.

Ex necessitate mediorum ad finem, P, n. 176 ; S. Thom. II, II, q. 2, a 3 ; de ver., q. 14, a. 2.

Ad difficultates.

196. — Wirc, II, p. 74 sq., Perrone[33], I, n. 60 sq., 79 sq., 95 sq. ; Lahousse, p. 126 sq.

Thes. XVIII. — Spectata Dei sapientia, a fortiori perpensa ejus bonitate infinita, censendum est revelationem omnibus destinatam aliquam aliquando locum habuisse.

Brugère, De vera relig.[2], p. 59 sq. ; Vacant. Const. « Dei Filius », I, 343 sq.

197. — Praenot. I. *Nexus cum praeced. thes.*

198. — II. *Stat. quaest.* Agitur : *a.* de conditione humani generis non *prout lapsi,* nam haec hypothesis supponit fidem, nec *prout est,* nam potest esse sic ex justa poena, sed *prout talis,* i. e. prout cognosci potest ex constitutivis naturae, quae ceteroquin in natura lapsa non sunt essentialiter vitiata. *b.* de *destinatione* universali, non de manifestatione actuali, *c.* de revelatione *indeterminata, d.* de certitudine *morali* saltem *lato* sensu.

199. — III. *Nota* : *dogmatice* nulla, *critice* certo (moraliter).

200. — Prob. thesis.

1° Ex necessitate morali pro genere humano, cf. n. 194.

2° Ex analysi adjunctorum : — Revelatio est moraliter certa quam exigunt

α. summa hominis indigentia, β. summa revelationis socialis aptitudo ad medendum, γ. summa Dei bonitas...; a...; e...

Ad m.: α. indigentia : boni summe necessarii (scl. veri), in summa (ac quodammodo necessaria) sectarum dissensione...

β. aptitudo revelationis socialis, Suarez, De fide, disp. IV, sect. I, n. 4.

γ. bonitas Dei : ex genere suo, ex infinitate sua, ex gloria in Deum redundante...

3° Ex omnium gentium (et optimorum quorumque) persuasione, Tournebize, Ét, 1896, LXVII, 463 sq.

201. — Coroll. *De necessitate et existentia magisterii infallibilis.*

Eadem argumenta id evincunt quoad rem, non quoad determinatam formam ; cf. De Ecclesia.

202. — Schol. *De natura argumentorum praeced. eorumque propositione.*

a. Res est bonitatis ; proinde non *sola* subtilitate dialectica pensanda ; cf. Fénelon, Lettres sur la relig., epist. V ; J. H. Newman, Confér. aux prot. et aux cath., Paris, 1850, 13[e] conf., p. 323 sq.; Dechamps, Entretiens sur la démonstr. cathol. de la relig. chrét. (éd. Dessain) I, 34, 295, 299 sq...

b. Sufficit ad denuntiandam obligationem inquirendi de revelatione *summa* probabilitas, immo probabilitas *vera*.

Sect. C. De praeceptis religionis naturalis hypotheticis.

Thes. XIX. — Religio naturalis strictam obligationem denuntiat, I. tum ei cui revelatio aliqua destinatur ac sufficienter proponitur, eandem amplectendi, II. tum ei cui habetur mere sed vere probabilis, de eadem inquirendi, III. nulla ratione indifferentismum dogmaticum excusante.

P, n. 179, cf. 391 sq.; Wilm, p. 93 sq.

203. — **Praenot. I.** *Nexus theseos* cum praeced. — Urget conclusionem praeced., ostendendo vere religiosum non esse qui intra religionem mere naturalem velit se continere.

204. — **II.** *Indifferentismi notio ac divisio :*

a. Indiff. status seu tolerantismus politicus i. e. reipublicae erga varias relig. — Nil ad hanc thesim.

b. Indiff. individuorum : α.*absolutus :* religio constat sola lege morali; reliqua sunt ad libitum.

β. *relativus :* a) religio naturalis est obligatoria sed positivâ sunt ad libitum. Ita Rousseau, cf. ejus censuram, M, Cursus theologius, II, 1217 sq.; ita Kantius, Lichtenberger, Encyclopédie, art. Kant, p. 592 sq. b) religio christiana est obligatoria, sed quam quisque fidem profiteatur indifferens est; hic proprie tolerantismus dogmaticus seu liberalismus doctrinalis : *antiquior ;* cf. doctrinam de articulis fundamentalibus, Wirc. II, 205, 252 sq.; Catholic encyclop., art. Fundamental articles...— *recentior* sive *protestantismi liberalis*, cf. Doumergue, Les étapes du fidéisme, p. 24 sq.; F. Buisson, Libre pensée et protest. libéral, Parisiis, 1903... sive *modernismi*, cf. Lebreton, l'Encyclique et la théol. moderniste, Parisiis, 1908 et Ét, 1907, CXIII, 497 sq.

205. — **III.** *Nota. dogmatica :* p. I. *de fid. def.*, E, 1789 (1638), 1810 (1657); p. II. *doctr. cathol.* : p. III. *de fide*, [propter consensum et ut implicitum in tota praxi Eccles., accedentibus compluribus documentis explicitis, E, 1613 (1473) sq., 1646 (1504) sq., 1679 (1529) sq.; Syllabi prop. 15, 16, 17, 18, E, 1715 (1562) sq.; 1868 (1720), 2082 — *critica :* p. I, II, III *certae.*

206. — **Prob. I. Obligatio amplectendae revelationis.**

Ex dominio Dei, E, 1789 (1638).

Ex necessitate finis ultimi : fides fit necessaria saltem necess. praecepti.

207. — **Prob. II. Obligatio inquirendi de revelatione vere probabili.**

Ex dominio Dei.

Ex necessitate finis ultimi.

208. — **Prob. III. Indifferentismus excusari non potest.**

Neque *praesuppositis philosophicis* (a. agnosticimus, b. impossibilitas revelationis, d. religionem esse quid mere subjectivum, e. omnes relig. esse humanum commentum, f. omnes habere aliquid boni....)

Neque *praetextu sinceritatis*, cum *neque Deus* erga se indifferens esse possit, *neque homo* logice (ac proinde nec practice) admittere simultaneam ac parem legitimitatem dogmatum de Deo aut rituum erga Deum maxime oppositorum.

209. — **Coroll. I.** *De sinceritate veri ac pseudonominis.*

210. — **II.** *De tolerantia ac proselytismo.*

211. — **III.** *De protestantismo ejusque liberi examinis principio.*

Recte ergo dices : *a.* protestant. non tam esse *doctrinam* quem *methodum* ; Sabatier, Esquisse[9], p. 251 sq. ; Buisson, Libre pensée, 17 sq. 43 sq. — *b.* cujus methodi implicitum principium est *deificatio sensus proprii*, E. Schérer, R2M, 15 maii 1861, XXXIII, 424.

Ad difficultates.

212. Wirceb, II, p. 255 sq. ; Perrone[33], I, n. 300 sq.

Tractatus II : De religione supernaturali.

(VIA DESCENDENTI.)

Sect. I : De facto revelationis christianae *materialiter* sumpto ex testimonio orthodoxorum, heterodoxorum et ethnicorum.

Sect. II : De facto revelationis christianae *formaliter* sumpto juxta criteria tum externa tum interna.

PROOEMIUM : TRACTATUS FINIS, FUNDAMENTUM, ORDO.

213. — I. **Tractatus finis** : *a.* Probata existentia *moraliter certa* alicujus revelationis, n. 198 sq., atque *obligatione absoluta* inquirendi de ea, etiamsi mere probabilis esset, n. 203 sq., inquisitionem hanc aggredimur. — *b.* Viam sequemur *descendentem*, n. 107, quemadmodum in tractatu sequenti *ascendentem*. — *c.* Ordimur a crisi religionis a Christo institutae, tum quia religionis adeo evolutae studium nequit non prodesse, ut reliquas postea melius intelligamus, tum quia, propter singularem splendorem, probabiliter saltem aestimari potest revelata, praesertim cum aliae sectae haud obscure ejus dotes aemulentur, S. Aug., De util. cred., VII, 15, 19, M, 42, 76 A, 78 A. — *d.* Duplici probatione demonstratio absolvenda est, n. 107 : α. de religione *christiana*, β. de religione *catholica*. Alteram remittimus ad tract. De Ecclesia.

214. — II. **Factum unde demonstratio oritur.** — I. **Ex documentis saec. I[i] et II[i], sive orthodoxis, sive heterodoxis, sive ethnicis, vel summatim inspectis, II. prudenter concludi potest exstitisse, ineunte saec. I°, hominem moribus, doctrina, operibus singularem, coetumque religiosum novum ejus nomine ac vivendi forma insignitum, cujus historia singulari studio digna censenda est. III. immo, iisdem testimoniis paulo attentius perpensis, interpretatio hujus facti haud improbabiliter legitima arbitranda est, quae catholica nuncupatur.**

A. De documentis ethnicis : Preuschen, Analecta[2], Tubingae, 1909, I, 1 sq.; Harnack, Altchrist. Lit., I, 865 sq.... — B. De documentis heterodoxis : Godet, Les Pères de l'Eglise [2], I, 166 sq. ; Bardenhewer, Altkirch. Lit., I, 315 sq. ; Harnack, Altchrist. Lit., I, 143 sq., II, 289 sq. ; AA, II, 298 sq. — C. De documentis orthodoxis vide *Patrologias*...

214'. — **Praenot.** I. *Inquisitionis praesentis finis* : 1° non est apodictica demonstratio orthodoxae de Christo traditionis ; 2° sed commonitio quaedam praevia, ita ut : *a. propter multitudinem ac valorem documentorum*, inducatur animus ad examinandum *serio* factum documentis *adeo gravibus* nixum ; — *b. propter cognationem omnium documentorum* inter se, inducatur pariter ad considerandos *omnes* hujus facti respectus, nedum partiali ac iejuna

critica sibi satisfaciat ; — *c. propter convergentiam testimoniorum* ac verisimilem solutionem difficultatum per « orthodoxorum opinionem », inducatur etiam ad diligentiorem hujus opinionis crisim.

215. — II. *Inquisitionis ordo* : I. proponuntur documenta A. ethnica (et judaïca),B.heterodoxa, C. orthodoxa ; — II. perpenduntur quoad probabilitatem facti (qua objective *sensibilis*); — III. perpenduntur quoad probabilitatem interpretationis (qua factum *divinum* esse dicitur).

Proponitur I. conspectus documentorum generalis :

216. — A. **Documenta ethnica** : *a. historica Syro-Judaïca :*

α. *Acta Pilati* (spuria), V.-H. Stanton, The Gospels as historical documents, Cantabridgiae, 1903, I, 103 sq. ; — β. *epistola Christi ad Abgarum*, (spuria), E. Hennecke, Handbuch zu den N.-T. Apokryphen, Tubingae, 1904, p. 153 sq. ; Neutestam. Apokryphen, p. 76 sq. ; — γ. *epistola Marae ad Serapionem*, Cureton, Spicil. syriacum, 1855, p. XIII sq. ; 70 sq. ; — δ. *Flavii Josephi testimonium*, cf. Berendts, Die Zeugnisse vom Christentum im slavischen « De bello Judaïco » des Josephus, Text. u. Unters., XXIV, 4 ; de cujus thesi dubitant adhuc docti, Batiffol, Orpheus et l'évang., p. 5 sq. ; Analecta bolland., 1906, p. 180 sq. ; iterum Berendts, Zeitschrift für N. T. Wissenschaft, 1908, p. 47-71 ; — ε. *documenta talmudica, rabbinica*... Bullet, Hist. de l'établiss. du Christianisme, Parisiis, 1825, p. 118 sq., 144 sq...Accuratius, H.-L. Strack, Jesus, die Haeretiker und die Christen nach den ältesten judischen Angaben, Lipsiae, 1910.

b. historica Graeco-Romana : α. *de ejectis Roma « Judaeis »*, Sueton., Vita Claudii, c. 25 ; Dio Cassius, Hist. Romana, c. 60 ; — β. *de Christianis a Nerone cruciatis*, Tacit., Ann. XV, 44 ; Sueton., Vita Neronis, 16 ; — γ. *de martyrio Flavii Clementis*, Dio Cass., Hist. Rom.,67,14 ; Sueton., Domit.,15, — δ. *epistola Plinii ad Trajanum ;* — ε. *epistola Hadriani ad Minucium Fundanum* ; — ζ. *Antonii Pii rescriptum* (probabilius spurium) ; — θ. *Marci Aurelii epistola ad senatum* de legione fulminante (probabilius spuria).

217. — *c. philosophica* : α.*Senecae epistolae ad Paulum* (spuriae) ; vide forte partim de Christianis, apud Augustinum, De civ. Dei, VI, 11, N, 41, 192 ; — β. *Epicteti*, de martyribus, Dissert. IV, c. VII, n 6, Didot, p. 204. — γ. *Marci Aurelii* de martyribus, Comment. XI, 3, Didot, p. 64 A.

218. — *d. polemica* : α. *Fronto rhetor*, contra Christianos scripserat, Harnack, Alt. Lit., I, 868 ; Bardenhewer, Altkirch. Lit., I, 158 ; — β. *Lucianus Samosatensis*, Aubé, Hist. des persécut., Parisiis, 1878, p. 105 sq.; Bardenhewer, Altkirch. Lit., I. 158 ; — γ. *Celsus*, Freppel, Origène, XXX leç. ; Aubé, op, cit., c. IV sq. ; Bardenhewer, op. cit., I. 158 sq.

Vide v. g. de exspectatione messianica sive Judaeis, sive Christianis communi, apud Origen., Contra Cels., I, 49, M, 11, 752 sq.; II, 4. 801 C ; II, 8, 805 B ; IV, 2, 1029... de Judaïca Christi origine ejusque vita, I, 28; II 9 sq... de Judaïca Christianorum origine, II, 1 sq.: III, 5 sq... de adoratione Christi tanquam Dei, I, 26, 49 ; II, 4, 8, 9 sq., 30 sq.; IV, 2-20; V, 2 sq.; VI, 73 ; VII, 53 ; VIII, 12 sq...de existentia quatuor evangeliorum... de accusationibus erga Christianos...

219. — B. **Testimonia heterodoxa** : *a. Gnosis ethnico-christiana :*

Ne sexcentae sectae recenseantur, juvat omnium generalem characterem ac fontem indicare, eorum placita ad tria puncta revocando :

De Deo et natura : Deus est incomprehensibilis et ineffabilis — ab eo manant diversimode entia intermedia (αἰῶνες) — ultimo gradu habetur materia, quae mala est ac proinde nequit esse opus summi Dei, sed alterius scl. demiurgi, qui deus est Judaeorum et V. T. — Haec, ut patet, mixtim a Platone et ex V. T. deprompta.

De missione redemptoris : Redemptor (Jesus seu Christus) speciali modo a Summo Patre dimanat, naturaque est superior demiurgo — mittitur a Patre ad liberandas animas easque edocendas — sed ejus incarnatio, cum materia sit mala, est apparens tantum (= docetismus).

De via salutis : inde practice sequuntur oppositio contra V. T. (antinomismus), provocatio ad occultam traditionem (esoterismus), martyrii pro Christo apparenter mortuo neglectus...

His summatim delineatis, commemorandae occurrunt :

a'. gnosis Syro-Samaritana, in qua aliquatenus valuit congenitum Samaritanorum adversus Judaeos odium. Eam tuentur : α. *Simon Magus* ; (Demiurgus inferior, docetismus, adiaphorismus)... Eum ducem sequuntur *Menander, Cleobius*... — β. *Saturninus,* Simonis discipulus. Floruit Antiochiae, regnante Trajano (98-117) : (Creatianismum docet et rigorismum ; seipsum deum non dicit). — γ. *sectae plurimae Ophitarum,* Godet, I, 169 sq.

b'. gnosis alexandrina, speculatione subtilior. Ejus patroni praecipui sunt : α. *Basilides*, Alexandriae florens circa 120-140, ejusque filius Isidorus (Emanatismus, docetismus...) — β. *Carpocrates*, Alexandriae docens circa 130-150 : (Emanatismus, praeexistentia animarum, hinc reminiscentia ac metempsychosis ; Jesus omnium doctor, quia ex reminiscentia doctior, communismus etiam feminarum...). Eum sequitur *Epiphanius*, filius, et *Marcellina*... — γ. *Valentinus*, Romae docens c. 135-160 : (Emanatismus ; Jesus, e prioribus aeonibus unus in Redemptorem descendit a baptismo ad passionem (hinc martyrium inutile) ; opera inutilia *pneumaticis* (Valentinianis), necessaria *psychicis* (christianis vulgaribus) ; reliqui *hylici* in nihilum redigentur... Ab eo oritur gnosis *Italica : Heracleonis, Ptolemaei..,* et gnosis *orientalis* : *Theodoti, Bardesanis*...

220. — *b. Gnosis pseudo-christiana* : Orthodoxae doctrinae propinquior, minores partes tribuit speculationi ac platonismo ; pluris facit N. T. Citandi sunt : α. *Marcion,* qui Romae floruit circa 140 ; haereticus circa 144 : (dualismus et antinomismus ; docetismus, rigorismus). — β. *Encratitae,* fere consentientes orthodoxis, sed rigoristae... quos inter : *Tatianus,* S. Justini discipulus, apostata circa 172, *Julianus Cassianus*...

221. — *c. Gnosis judaeo-christiana* catholicis consentit fere in omnibus, ita ut, circa 150, S. Justinus speret eam ad Ecclesiam reduci posse. Totam evangelicam traditionem admittit, nisi quod sensim virginalem conceptum negat. Legem mosaïcam pertinaciter retinet. Nominandi sunt : α. *Ebionitae,* quorum proprium est Evangelium XII apostolorum, β. *Elcesaïtae,* quibus favent Recognitiones et homiliae Clementinae, scriptae circa finem saec. II cf. Godet, I, 179 sq.

222. — C. **Testimonia orthodoxa.** — Recensenda veniunt :

a. scripta *canonica*, i. e. Evangelia, Epistolae catholicae, Apocalypsis.

b. scripta *extracanonica* : α. ἄγραφα, i. e. verba Dñi in Scripturis non consignata, sed in scriptis patristicis relata (A. Resch, Aussercanonische Paralleltexte, Lipsiae, 1895 ; Agrapha, Aussercanonische Schriftfragmente, Lipsiae, 1906), vel in papyris, (cf. Wessely, Les plus anciens monuments du Christianisme, apud Graffin-Nau, Patrol. orientalis, IV, 95 sq.).

β. *opera didactica* : *Didache*, c. 80 ; epist. *Barnabae*, c. 69-79 ? epist. *Clementis Rom.*, c. 95 ; epist. *S. Ignatii*, c. 98-117 ; Pastor *Hermae*, c. 140 ; fragmenta *Papiae*, c. 70-160.

γ. *opera apologetica* : *Quadrati* Apologia, c. 124 ; *Aristidis* Apologia, c. 140 (cf. Text. and Studies, I) ; *S. Justini*, Apologia I, c. 150 ; II, c. 150-160 ; dialogus, c. 150-155 ; *Athenagorae* Legatio pro Christ., c. 176-180 ; *Theophili Ant.* Ad Autolycum, c. 180 ; *Minucii Felicis* Octavius, c. 190 ? — Vide etiam alios minoris auctoritatis, Godet, I, 140 sq.

δ. *opera polemica*, praecipue S. Justini, cujus liber deperditus partim ab Irenaeo et Tertulliano exscriptus est, S. Irenaei, Tertulliani, Clementis Alex... — Alios minores vide ap. Godet, I, 225 sq.

ε. *documenta ecclesiastica*, v. g. Martyrium Polycarpi, c. 155...

223. — **Prob. II : veritas saltem valde probabilis facti christiani (qua sensibilis).**

(Ex discordi omnium concordia). — Constant historice ea quae testimoniis partim convergentibus, partim divergentibus unanimiter asseruntur ; atqui puncta praecipua facti christiani unanimiter asserta videmus testimoniis partim... partim... ; e...

Ad m. : *a. divergunt* ethnica, gnostica, judaïca, catholica... — *b. convergunt* α. quoad *existentiam*... — β. quoad *influxum extraord. speculativum* (innumerae sectae...) — et *practicum* (amor et odium singulare) — γ. quoad *cultum exhibitum* Christo ut deo (aliquomodo).

224. — **Prob. III : saltem probabilis est interpretatio catholica.**

(Ex aptitudine hujus hypothesis ad explicandum factum). — Illa explicatio haud improbabilis est habenda, quae congrue omnes facti particularitates explicat ; a... ; e...

Ad m. : *a.* explicat *speculativa* : α. *zelum speculandi novum et mirum*, cujus velut fermentum sunt ideae quaedam novae *Patris, Redemptoris, Filii, adoptionis*... β. *exclusivismum* rigidiorem apud eos qui Christum usque ad martyrium confitentur ; — γ. *sublimitatem* doctrinae majorem apud eos qui in « custodiendo deposito », ut dicunt, diligentiores esse volunt...

b. explicat *practica*, α. *singularem martyrum constantiam*... — β. *mira dissidia circa Christum*, tum quia egregia quaeque signum contradictionis esse solent, tum quia illud ipsum catholici expresse praedictum dicunt, Lc. II, 34 ; Mt. X, 34...

Iam vero cum constet de legitimitate, immo de necessitate studendi « facto christiano » accuratissime, restat inquirendum de principiis quibus usuri sumus ac de ordine adhibendo.

225. — III. **Fundamentum philosophicum. I. Religionis alicujus veritas ex miraculis sive physicis, sive moralibus, quae ejus originem signant, jure concludi potest, II, evidentia quidem non directe metaphysica, nec physica, sed (improprie) morali.**

Pars I revocat tantum in memoriam thes. X, XI.

Pars II est corollarium ejusdem thesis. Sedulo ei advertendum est, *ne erretur de valore probationis nostrae,* seu *totius tractatus,* dum indebite ab *hac* (christianae veritatis) demonstratione requiritur quod huic demonstrationem *generi* non competit : error *de methodo* vergeret in errorem *de fide.*

Probatur : pejorem sequitur semper conclusio partem ; a. minoribus nostris non competet nisi certitudo (improprie) moralis ; e....

Adm. : de certitudine in genere, T. Pesch, Logica, I, n. 488 ; de certitudine in re historica, De Smedt, Ét, 1869, XXII, 698 sq. ; Principes de la critique historique, Parisiis, 1883, c. IV. p. 60 sq. ; Langlois, Introd. aux étud. hist.², p. 44...

Coroll. *De erroribus dialecticorum (et mathematicorum)* in re historica, De Smedt, Ét, XXII, 703 nota ; Principes, p. 69 sq.

226. — IV. **Ordo critice adhibendus.** — *a.* Cum ad rationem *revelationis* verae sufficiat manifestatio veritatis per *testem quemlibet a Deo formaliter approbatum,* non habemus inquirendum de Christi *divinitate* (cf. tract. *De Verbo incarnato),* sed de ejus *legatione,* (unde nomen hujus tractatus : *De legato divino*).

b. Cum in revelatione duo sint elementa, *materiale,* scl. *manifestatio sensibilis,* et *formale,* scl. *attestatio divina qua talis,* quorum unum proprie ad historiam (strictiori sensu), alterum ad philosophiam pertinet, duo erunt stadia in probatione : 1° *de materiali* parte, 2° *de formali.*

c. Ordiemur a testimoniis orthodoxorum α. non ideo quod ea spectamus secundum auctoritatem *dogmaticam,* cum sola critica in judicium venire debeat (servatis tamen principiis thes. II, n. 33 sq.), β. sed quia abundantiora et (propter singularem doctrinam de custodiendo deposito aut de profitenda fide etiam per martyrium) haud improbabiliter fideliora.

d. Procedemus : α. a Paulo, β. ad synopticos, γ. ad Joannem, quia ordo critice melior (ut termino a quo), nil praejudicando de valore absoluto singulorum (ut termino ad quem).

V. Notiones praeviae. — P, n. 74 sq. Distinguendae sunt :

227. — a. *genuinitas* seu authentia : qualitas documenti qua fit ut sit ejus auctoris vel ejus saltem aetatis cui tribuitur (critique de provenance).

228. — b. *authenticitas* : aptitudo ad faciendam fidem ; est autem *juridica,* si ex titulo legali, *critica* seu interna, si ex internis characteribus ; requirit : *veracitatem* auctoris (critique de sincérité), *integritatem* documenti (critique d'intégrité), *accuratam* relationem (critique d'exactitude) ; fundat *credibilitatem.*

229. — c. *canonicitas* : aptitudo libri ad regulandam doctrinam vel ex decreto auctoritatis congruae, vel ex natura sua (v. g. quia divinitus inspiratus...)

De singulis ergo documentis quadruplex est quaestio movenda vel crisis instituenda : *originis, veracitatis, integritatis, veritatis seu* ἀκριβείας.

SECTIO I. DE FACTO REVELATIONIS CHRISTIANAE MATERIALITER SUMPTO.

C. I. DE HISTORIA EVANGELICA JUXTA TESTIMONIUM B. PAULI.

230. — *Monitum.* — In testimonio S. Pauli imprimis spectanda veniunt : *a.* ejus tempus, *b.* ejus asserta, *c.* ejus ad reliquam Ecclesiam relatio. Haec autem dupliciter possunt per ejus epistolas illustrari :

1° Vel accipiuntur (saltem praecipuae, quae jam communiter ab eo scriptae agnoscuntur) ut collectio epistolarum ab uno eodemque homine scriptarum, tempore saltem sat archaïco (spectato statu Ecclesiae et haeresium quem supponunt aut describunt).

2° Vel strictius advertitur chronologiae, non ut factorum substantia inde demonstretur, sed ut tum Pauli, tum Ecclesiae evolutio accuratius verificetur. Haec sane agendi ratio, licet *non necessaria* absolute, immo apologetice *vitanda*, ubi acrius de chronologia disceptatur, *utilior* tamen apparet, sed exigit ut praevie demonstretur Actuum Apostolorum historicitas, saltem quatenus ad propositum finem requiritur. Sufficit autem ut constet : *a.* approximative de tempore conversionis Pauli, de quo ceterum omnes fere consentiunt, *b.* approximative de itinerum successione, *c.* de generali praedicationis Paulinae charactere, *d.* de ejus cum apostolis et apostolicis ecclesiis consensu aut dissensu.

Hanc alteram viam nos sequemur, postquam tamen accurate monuerimus : *a.* ne, quia eorum crisis praeponitur, idcirco putentur Actus Apost. fundamentum esse totius nostrae demonstrationis ; *ita enim fit non substantialis, sed accidentalis utilitatis gratia ; b.* ne existimetur, etiam ad hunc scopum, absolutam integri libri historicitatem requiri, *cum sufficiant puncta superius enumerata.*

N. B. Essent quidem tum de Luca, tum de Paulo, theses quatuor instituendae, n. 229. Ne vero prolixiores simus in re scripturistica, praecipua tantum argumenta suggeremus melioresque libros de eis consulendos indicabimus; fusiorem vero tractationem ad Scholam Exegeseos remittemus.

I. Crisis genuinitatis.

Thes. XX. — I. Actus Apostolorum a Pauli socio scripti sunt, tertii evangelii scriptore, II. ante Hierosolymitanum excidium (70), III. Paulique mortem (64-67).

Cornely², III ; Jacquier, Hist.,I ; Vigouroux¹², IV ; Prat, S. Paul, I, 14 ; Batiffol, Orpheus et l'Évang., Parisiis, 1910, p. 116 sq.

231. — **Praenot.** : I. *Adversarii : a. Schola neo-tubingensis* invexit *Systema tendentiarum*, juxta quod Actus, circa an. 150, eo fine scripti essent, ut conciliarent Paulinistas cum Petrinistis, Cornely, Introd. spec²., III, 329 sq. — *b. Schola Batava* negat historicitatem, sed propter rationes e diametro oppositas. Ceterum utraque schola negat valorem historicum orationum in libro relatarum. — *c. Critici acatholici recentiores* fere omnes admittunt scrip-

toris sinceritatem, quanquam in quibusdam eum erroris accusant. Eum habent evangelii auctorem. Peculiarem valorem omnes tribuunt partibus narrationis quae proferuntur in prima persona (Wirstücke, Wirberichte, Wesections), utpote a teste oculari Paulique socio conscriptis. Constant circiter locis sq. : Act. XVI, 10-17 ; XX, 5-15 ; XXI, 1-8 ; XXVII, 1-XXVIII, 16.

Quam arbitraria sit haec distinctio, dilucide fatetur E. Renan, Les Apôtres, Parisiis, 1866, p. X sq. Textum vide ap. Cornely², III, 323, 5°. Nuperrime etiam A. Harnack, (Lukas der Arzt, Lipsiae, 1906 ; Die Apostelgeschichte, Lipsiae, 1908) ausus est propugnare auctorem Actuum esse eundem ac 3ii evangelii, horum « Wirstücke » scriptorem, graecum, medicum, Pauli socium, eumque ante Hierosolymarum ruinam, forte circa an. 60 scripsisse : « vielleicht schon am Anfang der sechziger Jahre » Apostelgesch., p. 221. Vide brevem analysim horum librorum apud Hugueny, Critique et catholique, Parisiis, 1910, I, 325 sq, ; de Grandmaison, Ét, 1911, CXXVII, 263 sq.

232. — II. *Nota : a. dogmatice*, librum esse scriptum intra aetatem apostolicam, *theol. cert.* ; a Luca ante an. 70, *communi.* — *b. critice, probabilissimum.*

Prob. I. Actus Apost. a Pauli socio scripti, III^i evangelii auctore.

233. — 1° (Ex critica externa, scl. ex attestatione antiquitatis christianae). Cf. fragmentum Muratorianum et citationes Patrum, Vigouroux¹², IV, 3 sq. ; Cornely², III, 317 sq. ; ~~infra n. 375-390~~.

2° (Ex critica interna). — Vigouroux¹², IV, 5 sq. ; III, 89 sq. ; Cornely², III, 321 sq., 128 sq. ; Hugueny, l. c. ; Harnack, l. c.

Convenientia notarum signat identitatem personarum ; atqui conveniunt omnino characteres Lucae a Paulo descripti cum notis auctoris Actuum et III^i evangelii ; ergo...

Ad m. : Lucas a Paulo describitur : α. *natione Graecus* (incircumcisus), Col. IV, 10-14. — β. *medicus*, Col. IV, 14 — γ. *socius charissimus*, Col. IV, 14, fidelissimus, Tim. IV, 11 ac cooperator, Philem. 24 ;

atqui hi characteres auctori Actuum et III^i evangelii competunt :

α. *natione graecus* : res liquet ex graecitate styli, praesertim collata cum ratione scribendi reliquorum, cf. A. Harnack, Lukas, p. 9 sq. Nimirum ubi proprio marte incedit (in prologo Act. et Evang. ; in primis capit. Evang. et in Wirstücken) pure scribit ; ubi fontibus scriptis utitur, manifeste eos corrigit secundum eandem indolem, cf. Harnack, p. 120, nota 2 ; p. 138 sq. ; de evidenti identitate auctoris, Renan, Les Apôtres, p. x sq. ; Loisy, Les évang. synopt., I, 171...

β. *professione medicus* : constat ex usu vocabulorum *technicorum* in narrationibus utriusque libri auctori propriis ; ex correctionibus juxta eandem linguam *technicam*, ubi documenta adhibet aramaïca. Vide egregie A. Harnack, Lukas, p. 11 sq., 122 sq. ; Hugueny, juxta eundem, p. 328 sq.

γ. *Pauli socius* : constat : α'. *ex dependentia styli ;* nempe si conferas epistolas Pauli cum quatuor evangeliis, « Mt. et Paulus habent 29 vocabula communia, quae secus in evangeliis non reperiuntur ; Mc. et Paulus habent verba ejusmodi communia 20 ; Joa. et Paulus 17 ; Lc. autem et Paulus 84... » Harnack, p. 14 in nota. Si conferas epistolas Pauli cum tertio evang. et Act. : « recensentur vocabula 117, quae apud P. et Lc. scripta tantum reperiri possunt. Sunt autem voces 175 Paulo, III^io evangelio et

Actibus communes, vel Paulo et alterutri scriptorum Lucanorum... Apud Mt. exstant 32 vocabula tantum, quae cum P. solus usurpat ; apud Mc. 22, apud Joa. 22... » cf. Jacquier, Hist. des livres du N. T., 1908, III, 25. — β'. *ex dependentia doctrinae manifesta*, v.g.: de actione Spiritus Sancti, de gratuitate electionis, de justificatione per fidem, Act. VII, 37, X, 43, XIII, 38, 39, XV, 9, XVI, 31, XXVI, 18... de universalitate salutis, Act. IX, 15, X, 34, 35, XIII, 47, XIV, 26, XVII, 27, 28, de circumstantiis institutae Eucharistiae, I Cor. XI, 23, 25, Act. XXII, 19, 20... — Haec autem analogia eo magis probat, quod Lucas verisimiliter plures ex Paulinis epist. non novit (ad Thess., ad Cor., ad Gal., ad Rom.), cum eas non adhibeat, nec affuerit Paulo, dum scriptae sunt. — γ'. *ex modo narrandi :* tum quia ea quae ad Paulum spectant fusius enarrat, quin epistolas adhibeat ; tum quia res quibus se cum eo interfuisse dicit (Wirstücke) prolixius refert, ut faciunt testes immediati, quam fert narrationis litteraria perfectio ; tum quia, licet epistolas ignoret, concordant tamen quae ipse de tempore et loco suae cum Paulo conversationis asserit, cum assertionibus Pauli de Luca, cf. Hugueny, p. 344, Vigouroux [13], IV, n. 548.

Prob. II : scripti sunt Actus ante excidium Hierosolymitanum (an. 70).

234. — (Ex silentio Lucae). — Ille ante scripsit qui rem omnibus ceteroquin notam profecto ignoravit ; atqui auctor Actuum ignoravit...

Ad m. : Ignoravit qui nusquam de re locutus est, licet affuerit occasio, subjectiva propensio, specialis ratio... Affuit autem *occasio* : 59 de urbe loquitur, nusquam de ejus ruina — *propensio :* accuratius ceteris (Mc. XIII, 14 sq., Mt. XXIV, 15 sq.) de diruenda urbe egit, Lc. XXI, 20 sq. — *specialis ratio* : haec ruina thesim Actuum de rejectione Judaeorum efficacissime confirmasset.

Prob. III : scripti sunt Actus ante Pauli mortem (c. 67).

235. — 1° (Ex ignoratione epistolarum Paulinarum). — Facile fieri potuit ante Pauli mortem ; difficilius postea. Harnack, Lukas, p. 101, not. 2.

2° (Ex silentio de Pauli morte magnaque spe de ejus praedicatione). — Ignorat qui (in quibusdam adjunctis) tacet... ; a... ; e...

Ad m. : α. *silet de Pauli morte*, licet dicat quandiu captivus manserit, Act. XXVIII, 30. — β. immo *celebrat Pauli vincti libertatem* in praedicando evangelio, quia res thesim suam de gentium vocatione confirmat, Act. XXVIII, 25, 30, 31, quod quidem, perempto Paulo, sine congrua explicatione scribere non potuisset.

Ad difficultates.

236. — [Lagrange], RB, 1911, 616 sq. ; Cornely², III, 323 sq.

II. Crisis integritatis.

Thes. XXI. — Actuum Apostolorum textus est substantialiter integer.

237. — Cum nulla ferme difficultas adsit de hac thesi, sufficiet integritatem probasse totius Novi Testamenti, vide thes. XXXVI, n. 367 sq. — Cf. Jacquier, Hist., III, 178. sq.

III. Crisis sinceritatis.

Thes. XXII. — Lucas, Actuum scriptor, veridicus est habendus.

Vide bibliographiam thesis sequentis.

238. — **Praenot.** I. *De probatione sinceritatis in genere.*

239. — II. *Nota : a. dogmatice :* nullum adesse mendacium, *theologice certum* (ex dogm. inspirationis) — *b. critice, certum,* saltem in complexu thes. praes. et seq.

240. — **Probatur** : *a.* Ex *delectu argumenti :* α. ea sola narrat quae ad Paulum spectant, ac proinde facilius ab eo ediscere potuit, — β. prolixius refert ea quorum testis fuit (Wirstücke).

b. Ex *modo narrandi* : α. nullibi in sui beneficium vel gloriam... — β. distinguendo ea quorum testis exstitit ab iis quae aliunde novit... — γ. ex eruditione personali, non ex epistolis Pauli, quas deceptor compilasset.

c. Ex rebus narratis : α. ea refert, licet Pauli apologiam aliquatenus scribat, quae huic fini minus sunt apta, I, 21, X, 41, scl. eum non fuisse e praecipuis Christi testibus, VII, 60, eum Stephani morti consensisse, discipulos persecutum esse... — β. ea refert quae Petro ejusque primatui apprime favent : I, 15 sq., II, 14 sq., III, 1 sq., IV, 8 sq., V, 3 sq., 29 sq., IX, 32 sq., X, 9 sq., XV, 7 sq.

Ad difficultates.

241. — De fine libri apologetico, Cornely², III, n. 87 sq. — De usu librorum Flavii Josephi, Jacquier, Hist., III, 101 sq.

IV. Crisis veritatis.

Thes. XXIII. — Liber Actuum habendus est historice verus.

Vigouroux¹², IV, n. 552 sq. ; Jacquier, Hist, des livres du N. T., III, 92 sq. ; Cornely², III, 326 sq.

242. — **Probatur** : *a.* Ex *consensu cum historia profana,* Virgouroux¹², IV, n. 552.

b. Ex *consensu cum epistolis Pauli* (licet plerasque ignorasse videatur) : sive de Pauli biographia, ibid., n. 553 a. — sive de ecclesiarum descriptione, ibid., n. 553 b.

c. Ex manifesta dependentia a fontibus, in his quorum testis non fuit, ut patet ex aramaïsmis vel saltem ex speciali lingua quarundam partium (cf. Jacquier, III, 332 sq.) sive in Evangelio, sive in Actibus, ibid., n. 549 sq.

Ad difficultates.

243. — De contradictionibus apparentibus inter Epist.et Actus, Cornely², III, 323, n. 2 sq. De decreto Concilii Hierosolymitani, Act. XV, 20, 21, 28-29, Cornely², III, 331 sq. ; cf. Prat, S. Paul, I, 75 sq. ; Vigouroux¹², IV, 105 sq. De valore orationum, Cornely², III, 334, n. 89 ; Prat, S. Paul, I, 7 sq. : cf. 85, not. 1.

I. Crisis genuinitatis.

Thes. XXIV. — I. Epistolae quae Beati Pauli dicuntur ab apostolo immediate conscriptae sunt, II. epistola autem ad Hebraeos probabilius mediate tantum.

Cornely², III, ; Vigouroux¹², IV ; Prat, I, Jacquier, I ; locis infra citandis.

244. — Praenot. I : *Epistolarum brevis analysis,* cf. Prat, I, 553 sq. ; Lemonnyer, S. Paul ⁴, I, XXVIII sq. :

α. *ad Thess. I et II* : de rejectione Judaeorum ac gentium vocatione ; de parousia.

β. *quatuor epist. majores*, i. e. : *ad Gal.*, ubi de titulis Pauli ad apostolatum, de valore paedagogico ac precario L. V., de satisfactione vicaria Christi, de justificatione gratuita per fidem ; — *ad Cor.* I et II : de fide elementari ac sublimiori (epignosi) ; — *ad Rom.*, in qua plenius de oeconomia salutis, de fide, de Judaeis et gentilibus.

γ. *quatuor epist. captivitatis, ad Phil., ad Col., ad Eph.*, ubi plenius de christologia ; adde brevem schedulam *ad Philemonem.*

δ. *epistolae pastorales tres : ad Tim.* I et II, *ad. Tit.*, de munere pastorali ac « custodiendo deposito ».

ε. *ad Hebraeos*, de exellentia oeconomiae novae, contra judaïzantes.

245. — II. *Adversarii*, cf. Prat, I, 5, 13 sq. ; Cornely ², I, 754 sq.

a. Schola neo-tubingensis : F.-C. Baur, († 1860), Straussii magister, docet 4 epist. majores tantum esse Paulinas ; sed ejus discipuli Germani ab hac sententia recedunt, imprimis A. Harnack. Jam fere difficultates non moventur nisi de epist. pastoralibus, ita tamen ut critici coeperint de earum authentia magis atque magis consentire, Prat, I, 465 sq. ;

b. Schola batava urget argumenta F.-C. Baur omniumque epist. authenticitatem negat, imprimis A. D. Loman, W. C. van Manen. Dicitur « hypercritica, anticritica... » ac praeter batavos vix ullos asseclas habet.

246. — III. *Nota : a. dogmatice, communis ; b. critice,* p. I, *certa,* p. II, *probabilior.*

247. — Prob. I : epistolae ab ipso Paulo conscriptae sunt.

A. *De omnibus epistolis in genere.*— Ex testimonio antiquitatis christianae :

a. ex *seriis sed disertis citationibus* vel assertionibus, v.g. Eusebii Caesar., (Cornely ², I, 195) ; Origenis ac Clementis Alex., (ibid., I, 190) ; Irenaei, (ibid., I, 189), qui omnibus utitur, exceptis probabilius epist. ad Philem. et ad Hebr.

b. ex canone Ecclesiae Romanae, scl. ex fragmento Muratoriano, (Cornely², I, 180 sq. ; cf. textum apud Preuschen, Analecta ², II, 27 sq.).

c. ex *patribus subapostolicis :* S. Justini, † c. 155, (Cornely ², I, 179, not. 10, 14) ; S. Theophili Antioch., † c. 180, (Cornely ², I, 180).

d. ex *patribus apostolicis* : Didache, c. 80-100 ? ; Clemens Rom., 92-101 ; S. Ignatius Antioch., († 107) ; S. Polycarpus, († 155) ; cf. The New-Testam. in the apost. Fathers, Oxonii, 1905 ; Funk, Patres apost. ², I, 641 sq. ; Cornely², I, 174.

B. *De epist. pastoralibus in specie.* — Probatur :

a. ex *citationibus* aeque frequentibus apud Patres atque epistolarum certo genuinarum, Prat, I, 455 sq, 465 sq.

b. ex *paritate styli et doctrinae*, Prat, I, 457 sq., 468 sq. ; Jacquier, Hist. du N.T., 361 sq. ; cf. de lexicologia, Exp. Times, 1907, p. 245.

c. ex *characteribus internis*, apocryphae origini contrariis, Prat, I, 464.

248. — Prob. II : epistola ad Hebraeos ideas Pauli refert probabilius ab alio conscriptas. – Probatur : *a.* ex manifesta discrepantia styli (sive lexicologiae, sive syntaxeos) et manifesta idearum cognatione, cf. Jacquier, I, 445 sq. ; Prat, I, 497 sq. — *b.* ex traditione de origine Paulina, accedentibus tamen dubitationibus de hac attributione, vel distinctione inter auctorem et redactorem, ibid. — Cf. conclusionem D[i] Jacquier, I, 482 sq. ; Prat, I, 505 sq.

249. — Coroll. : *Epistolarum ordo chronologicus.* — Alii aliter, cf. Vigouroux[12], IV, 172 ; ita tamen ut omnes jam consentiant de successione ***serierum*** ac fere de successione *epistolarum* inter se.

	Cornely,	Jacquier,	Prat,	Harnack,	Jülicher,	Renan.
I Thess.	53	50-52	c. 51	48-49 (47-48)	53-54	54
II Thess.	53-54	50-53	»	»	»	»
ad Gal.	51-54	53-58	56-57	53, 52 ?	55-57	»
I Cor.	58	55-58	»	53 (52)	56-57	57
II Cor.	58	»	»	»	57-59	»
ad Rom.	59	55-59	»	53-54 (52-53)	58-59	58
ad Ephes.	63	62-64	61-62	57-59 (56-58)	62-63	62
ad Col.	63	»	»	»	»	»
ad Philem.	»	»	»	»	»	»
ad Phil.	»	»	»	»	62-64	61
I Tim.	65	63-67	c. 66	90-100	100-125	127
ad Tit.	»	»	»	»	»	»
II Tim.	66-67	66-67	»	»	»	»

Ad difficultates.

250. — De diversitate *doctrinae in epistolis.*— Rationem habe : α. adjunctorum diversorum, β. explicitationis naturalis in mente apostoli, γ. explicitationis supernat. per novas vel revelationes vel illuminationes, Wallon, Croyance due aux évang[2]., p. 67, n. 2 ; Prat, S. Paul, I, 103, cf. 58 sq.

De diversitate *doctrinae speciatim in pastoralibus.* — Item adverte α. ad characterem specialem Titi et Tim. β. ad finem jam non speculativum sed practicum, γ. ad tempus ; cf. Lemonnyer, Ep. de S. Paul[3], II, 117.

De difficultate assignandi *quo tempore pastorales sint scriptae.* — Ante biennium captivitatis, Act. XXVIII, 30, 31, I, C ; secus (excepta tamen II Tim.), N ; cf. Jacquier, I, 411 sq.

De *haereticis in epist. pastoralibus impugnatis.* — Sunt posterioris aevi, si habentur ut gnostici, C ; si ut judaïzantes, N ; Jacquier, I, 371 sq. ; Prat, I, 470 sq. ; 386 sq.

II. Crisis integritatis.

Thes. XXV. Epistolarum Paulinarum textus integer ad nos pervenit.

251. — Cf. infra de integritate Synopticorum, n. 367 sq.

De singulis epistolis, cf. Prat, Jacquier, Vigouroux.

III. Crisis sinceritatis.

Thes. XXVI. — Beatus Paulus, spectatis I. tum ejus sive ante, sive post conversionem agendi ratione, II. tum ejus de se ipso loquendi modo, III. tum ejus conceptu de fide et de evangelica praedicatione, summe verax est habendus.

Littleton, apud M, Dém. évang., IX, 645 sq.; Wiseman, ibid., XVI, 469 sq.; cf. orationes panegyricas Bossuet, Bourdaloue... — De praecipuis Pauli ideis, Prat, II, 33 sq.

252. — **Praenot.** : I. *De objecto theseos.* — Sola *veracitas* seu sinceritas respicitur, non *veritas.*

253. — II. *De argumentorum fonte.* — Nondum probata *epistolarum* historicitate, non possumus ex iis argumentari prout Pauli gesta referunt, sed tantum quatenus ejus psychologiam, etiam eo invito produnt.

254 — III. *De valore argumentorum.* — Hic, ut cum maxime, *ex indiciorum convergentia* arguendum ; sed epistolae adeo vivide scriptoris passiones et affectus declarant, ut saltem ex earum collectione, etiam sine thesi de historicitate, moralis certitudo haberi possit.

255. — IV. *Nota : a. dogmatica* : nullum conscium mendacium, *theologice certum. — b. critica : moraliter certum.*

256. — **Prob. I. B[i] Pauli sinceritas ex ejus agendi ratione.**

1° (*Probatur* ex Act. Apost.). — Summe verax est habendus qui : *a.* sententiam suam ardentiori zelo propugnat, *b.* sine ulla proprii commodi cura ; a. ita Paulus ; e...

Ad M. : Actus enim judicant affectus...

Ad m. : α. *ante conversionem* : consentit morti Stephani, Act. VII, 58-60, *rogata* missione Ecclesiam vastat, Act. VIII, 3, IX, 1 sq., XXII, 4 sq ; XXVI, 9 sq. ; sincerus tamen, Act. XXVI, 9 ; — β. *post conversionem* prodit *zelum* per itinera innumera, labores, persecutiones... in quibus enarrandis toti sunt Apost. Actus... — prodit *proprii commodi neglectum*, quoad pecuniam, Act. XX, 33 sq., XVIII, 3 sq., quoad honores, XIV, 14... quoad mortem : ex vitae jactura perpetuo suscepta ..

2° (Confirmatur ex epistolis, n. 253). — Vide argumentum praecedens.

Ad m. : α. *ante conversionem* : zelator Legis ut qui maxime, Gal. I, 14 ; Phil. III. 5 ; persecutor Ecclesiae, I Cor. XV, 9 ; Gal. I, 13 ; Phil. III, 6 ; I Tim. I, 13 ; sincerus tamen, I Tim. I, 13. — β. *post conversionem* patet *zelus* ex itineribus et laboribus quos idoneis testibus narrat aut promittit; patet *zeli puritas* ex contemptu *pecuniae,* I Thess. II, 9 ; II Thess. III, 8 sq.; I Cor. IX, 6 sq., 16 sq.; II Cor. XI, 7 sq., XII, 14-19; Gal. I, 10... — *honoris*, I Cor. I, 12 sq.; III, 4 sq., 22; I Thess. II, 3 sq... — *vitae*, Rom. VIII, 38; I Cor. XV, 31 sq.; II Cor. XI, 25 ; Phil. I, 18, II, 17, IV, 10 ; II Tim. IV, 6 sq.

257. — **Prob. II ; B[i] Pauli sinceritas ex ejus de seipso loquendi modo.**

Saepe contra propriam gloriam loquitur, v. g. quando narrat conversationem suam in Judaïsmo (n. 256, 2°), vel revocat in mentem infirmitates suas, II Cor. XII, 7, vel posteriorem vocationem suam, qua fit omnium minimus, I Cor. XV, 8, 9 ; II Cor. XII, 11 ; Ephes. III, 8, vel totam sufficientiam

suam esse a solo Deo, I Cor. XV, 10; II Cor. III, 5, XII, 9; Ephes. II, 7 sq., vel se ideo tandem electum, ut sit in exemplum misericordiae divinae, I Tim. I, 12-17.

Nullibi in propriam gloriam loquitur, nisi ubi urget necessitas vindicandae missionis et auctoritatis suae, I Cor. IX, 1 sq.; II Cor. XVIII, 8 sq.; XI, 5 sq., 16 sq.; XII, 1 sq., 11 sq., Phil. III, 4 sq.

Maxime, sive de re alia, sive de se loquatur, manifeste *nihil non ordinat in gloriam solius Christi* et in utilitatem electorum, II Tim. II, 10.

258. — Prob. III. B[i] Pauli sinceritas ex praecipuis ejus conceptibus.

1° (Ex conceptu fidei). — Summe verax est habendus testis cui fides est : *a.* obedientia *formalis,* praestita scl. propter praeceptum veri nominis; — *b.* obedientia *stricta,* scl. quae excludat quamlibet commissae doctrinae immutationem ; — *c.* obedienta *caeca,* quatenus saltem plane accessoria est credendorum sublimior intelligentia ; a. ita Paulus ; e...

Ad M. : etenim in genere intimi hominis conceptus ultima causa sunt totius ejus conversationis (sive agendo, sive loquendo) ; rationem ergo hic tangimus quae p. I et II *penitus* explicare debet aut *radicitus* evertere ; in specie *a.* praerequirit persuasionem de facto revelationis (formalis); *b.* et *c.* removent causas alterationis tum voluntarias, tum inconscias; e...

Ad m. : *a.* fides est *obedientia,* Rom. I, 5 ; VI, 16, 17 ; X, 14 ; XVI, 17-20, 25, 26 ; II Cor. X, 5, 6 ; II Thess. I, 8 ; cf. Act. XXVI, 19... — *b.* est obedientia *stricta,* Rom. XVI, 17-20 ; Gal. I, 9, 10 ; I Cor. III, 11 ; II Thess. II, 15 ; cf. epist. pastorales de « custodiendo deposito », I Tim. VI, 3, 30 ; II Tim. I, 13, 14; II, 14 sq.; III, 14 sq... — *c.* obedientia *caeca,* nam licet distinguat inter « lac » et « solidum cibum », « doctrinam elementarem » et « sapientiam », nullibi ostendit sublimiorem doctrinam esse necessariam, I Cor. II, 6 ; III, 1 sq. ; cf. ad Hebr. V, 11 sq. ; VI, 1 sq.; immo fideles aestimari vult virtute, δυνάμει, non sermonis sublimitate, λόγῳ, I Cor. IV, 20, 21, charitate non subtilitate, I Tim. I, 5.

2° (Ex conceptu praedicationis). — Summe verax est habendus praedicator cui praedicatio : *a. praerequirit missionem specialem ; — b. constituit hominem servum tantum,* ministrum, testem, cooperatorem legantis ; — *c. debet esse impersonalis ; — d. manet Dei judicio subjecta ;* atqui ita in mente Pauli ; e....

Ad M.: Removentur enim causae cur decipiat aut decipiatur, cf. n. 258, 1°.

Ad m. : *a. missio praerequisita :* Rom. X, 15-17 ; I Cor. IX, 16 sq. ; cf. II Cor. XI, 4, 13 ; — *b. mera servitus* : δοῦλος, Rom. I, 1 ; Tit. I, 1 ; Gal. I, 10 ; II Cor. IV, 5 ; ὑπηρέτης, οἰκονόμος, I Cor. IV, 1 ; διάκονος, Col. I, 23 ; I Cor. III, 5 ; cf. I Tim. I, 12, IV, 6 ; II Tim. IV, 5 ; συνεργός, I Cor. III, 9 ; ἀπόστολος, I Tim. I, 1, II, 7 ; II Tim. I, 1, 11 ; Tit. I, 1 ; μάρτυς, I Cor. I, 6, II, 1; II Tim. I, 8, ; II, 2 ; cf. Act. XXII, 15-18 ; XXVI, 16, 22, 26 ; unde transmittit tantum quod accepit, I Cor. XV, 3 ; cf. II Tim. II, 2. — *c. doctrina impersonalis,* I Cor. III, 4 sq., XV, 3... — *d. doctrina Dei judicio subjecta,* I Cor. III, 11 sq. ; cf. Hebr. VI, 1, 2. Inde est quod distinguit Paulus quid ipse, quis Dominus praecipiat, I Cor. VII, 12, 25.

IV. Crisis veritatis.

Thes. XXVII. — B[i] Pauli de re christiana testimonium, I. tum propter miram hominis conversionem, II. tum propter ejus cum primis testibus consensum, III. tum maxime prout receptum ab Ecclesia primaeva, habendum est substantialiter saltem historicum.

Littleton, (anglicanus), M, Dém. évang.,IX, 645 sq ; Wallon, Croyance due aux évang.[2], p. II, c. II, p. 82 sq. ; Le Camus, L'œuvre des apôtres, Parisiis, 1891, p. 131 sq., 172 sq. ; Batiffol, Orpheus et l'évang., p. 83 sq. ; O. Moe, (protest.), Paulus u. die evang.Geschichte, Lipsiae, 1912.

259. — Praenot. : I. *De Paulini testimonii tenore :*

1° *De materiali : A. orationes ad gentiles :* ad Lystrenses, Act. XIV, 14 sq , ad Areopagitas, Act. XVII, 22 sq., I Thess. I, 9, 10, (Prat, I, 81). — Paulus nititur eos convertere ab idolis ad verum Deum, inde ad Filium.

B. orationes ad Judaeos vel auditores mixtos : Antiochiae Pisidiae, Act. XIII, 14 sq., Thessalonicae, XVII, 1 sq., Beroeae, XVII, 11, apud Agrippam, XXVI, 1 sq., 26 sq., Romae XXVIII, 23 sq.—Paulus non invocat visionem suam Damascenam,(exc. Hierosolymis, Act. XXII, 3 sq.), sed prophetias prout nuperrime in Christo adimpletas. Quae agendi ratio gravissima est, propter recursum ad historiam *quem supponit*, licet propter narrationis indolem pauca hujus argumentationis puncta (ac proinde vitae Christi facta) *explicite* referantur :

de ministerio et testimonio Joannis, Act. XIII, 24 sq.

de passione Christi, XIII, 28 sq., XVII, 3 sq., XXVI, 23.

de resurr. et apparitionibus, XIII, 29 sq., 33 sq. ; XVII, 3, 18, 31 ; XXVI, 23 ;

de verificatione prophetiarum, XIII, 27 sq. ; XVII, 2 sq., 11 ; XXVI, 22 ; XXVIII, 23...

C. epistolae ad neophytos, cf. RB, 1902, XI, 321 sq. ; 1903, XII, 340 sq. ; RCF, 1907, L, 589 sq. Paulus alludit tantum ad ea quae prolixius praesens docuit. Sunt autem :

α. *Christi gesta* : est filius David, Rom. I, 3, IX, 5 ; Gal. III, 16 ; II Tim. II, 8.
pauper fuit et humilis, II Cor. VIII, 9 ; Phil. II, 7.
de miraculis Christi directe non agit, sed de suis ut signis praedicationis legitimae, II Cor. XII, 12 ; Gal. III, 5 ; proinde ut perficientibus signa ipsius Christi, immo ut ab ipso Christo patratis, Rom. XV, 18 sq.
Christus impie traditus, I Cor. XI, 23 : cf. Rom. IV, 25.
eucharistiam instituit, I Cor. XI, 23.
condemnatus, Rom. VIII, 32, 34 ; Gal. II, 20 ; I Cor. V, 7 ; I Tim. VI, 13.
crucifixus, Gal. III, 13 ; Rom. VI, 5, 6 ; I Cor. I, 17, 23, II, 2, 8 ; II Cor. XIII, 4 ; Col. II, 14 ; Phil. III, 18 ;
mortuus, Rom. V, 6-11, VI, 3, sq. VIII, 34, XIV, 9...
sepultus, I Cor. XV, 4 ; Rom. VI, 4.
redivivus, I Cor.XV, 4 sq.; Rom. IV, 24, VIII, 34, XIV,9 ; Ephes. I, 20 ; II Tim.II, 8.
apparuit, I Cor. XV, 5 sq.

β. *Christi dicta* : totam suam doctrinam (exc. I Cor. VII, 12, 15) dat ut a Christo traditam, ut « depositum » custodiendum.

γ. *Christi indoles :* solus nobis servat Christi dictum : « beatius est magis dare quam accipere », Act.XX, 35.—solus *sejunctim* describit Christi indolem : « mansuetudinem et modestiam, πραΰτητα καὶ ἐπιεικείαν », II Cor. X, 1, « benignitatem et humanitatem, χρηστότητα καὶ φιλανθρωπίαν », Tit. III, 4.

2° *De formali* : Ne totam Pauli theologiam recenseamus (cf. brevissime Vigouroux[12], IV, 587 sq.) sufficit advertere Christum a Paulo profecto agnitum saltem ut legatum Dei, nam:
exhibet illum ut Messiam praenuntiatum, cf. supra 1°, *B*;
loquitur de ejus confessione coram Pilato, I Tim. VI, 13 ;
praedicat illum tanquam ipsam Veritatem et ipsum Evangelium, Rom. I, 3 ; I Cor. I, 24 ; Col. I, 26 sq., II, 2 sq. ; Ephes. IV, 20-25 ;

exhibet apostolos tanquam ejus legatos, Tit. I, 3 ; Col. I, 25...
habet evangelium tanquam « depositum » Christi, I Tim. VI, 3, 20, II Tim. I, 13, 14.

260. — II. *Status quaestionis.* — *a.* B[i] Pauli testimonium spectatur secundum auctoritatem non *dogmaticam* sed mere *criticam*. Non inquirimus quid senserit de Christo ut idem sentiamus, sed quid ex ejus assertis sive de realitate factorum (qua sensibilium), sive de eorum sensu constare possit.

Idem dicito de testimonio primorum testium et Ecclesiae.

b. Quo magis pateat Paulini testimonii efficacia conabimur argumentari ex eo non independenter sane a reliquis *testibus*, sed independenter a reliquis *textibus*. Inde specialis difficultas, non tamen e rei natura, sed e methodo adhibita.

c. Quoniam *substantiam hujus testimonii* (non tantum sed saltem) defendimus, pressius definiendum est quid sit.

Substantiale est, critice rem spectando, « quod tum propter rerum momentum, tum propter asserendi modum, quoad Christi vitam, indolem, doctrinam, opera, apparet ut praecipuum *in mente scriptoris* », vel aliis verbis « ea praecipua puncta circa Christi sive vitam, sive indolem, sive doctrinam, sive opera, propter quae scriptor credidisse se testatur et credendum omnibus praedicat ».

In individuo pertinere ad substantiam censenda sunt :

α. *circam vitam* : quod fuit Christus filius David, conditione humilis, praedicator, thaumaturgus, morte damnatus, redivivus ;

β. *circa indolem :* quod misericors et beneficus, mitis et humilis ;

γ. *circa doctrinam :* quod docuit monotheismum, Trinitatem (subobscure tamen in quibusdam), regnum messianicum, cultum in spiritu et veritate, legem charitatis, beatitudines evangelicas, adoptionem divinam...

δ. *circa opus :* quod instituerit ecclesiam hierarchicam, infallibilem.

261. — III. *Principia critica.* Cavendum est omnino ab errore duplici :

α. *de divergentiis (seu antilogiis).* Prorsus erronea est opinio juxta quam testimonia eo magis probarent, quo magis ad apicem concordarent. E contra eo magis probant, quo magis discordant, manente tamen substantiali concordia, S. Thom. II, II, q. 70, a. 2, 2[m].

« La tendance naturelle est de regarder la concordance comme une confirmation d'autant plus probante qu'elle est plus complète ; il faut au contraire adopter la règle paradoxale, que la concordance prouve davantage, quand elle est limitée à un petit nombre de points. Ce sont les points de concordance de ces affirmations divergentes qui constituent les faits historiques scientifiquement établis » ; Langlois et Seignobos, Introd. aux études histor.[2], p. 173 sq. ; F. H. Chase, Cambridge theological essays, Londini, 1905, p. 394.

β. *de erroribus admixtis.* — Item erronea est opinio juxta quam documenta quasi indivisibilem massam constituerent, quae tota esset aut admittenda aut rejicienda, cum e contra tot sint elementa plus minusve separabilia quot asserta, Langlois, op. cit., 134 B, 168 A, 173 A.

262. — IV. *Thesis nota : a. dogmatice, de fide,* immo quoad historicitatem quorundam punctorum, *de fid. defin.* ; nihil adesse erronei, *theologice certum ; b. critice, certissima* quoad substantiam ; *vix non certa* quoad reliqua.

263. — **Prob. I. ex mira Pauli conversione**, i. e. praescindendo omnino a miraculi charactere (de quo infra), ex mutatione sententiae in homine ceteroquin sensato ac probo.

Verum est, saltem substantialiter, testimonium hominis quem sola rei veritas adducere potuit *a.* ad mutandam sententiam priorem, *b.* ad perseverandum in nova sententia; a. ita Paulus; e...

Ad m. : nam haec mutatio et perseverantia esset α. vel ex veritate β. vel ex errore conscio (seu simulatione), γ. vel ex errore inconscio (seu deceptione); a. non β, nec γ; e...

Ad m'. : non β. ex thes. XXVI ; n. 256 sq. — nec γ. nam deceptio qualiscumque dicatur nequit explicare : talem *durationem* scl. ultra 30 annos, non obstantibus talibus contradictionibus sive internarum passionum, sive externarum persecutionum ; — talem *modum praedicandi*, n. **259**, scl. non propter subjectivam experientiam, in via Damascena, sed propter historicam prophetiarum adimpletionem, cum invocatione testium superstitum I Cor. XV, 3 sq. ; Act. XXVI, 26 ; — talem *praedicationis successum* sive apud Iudaeos, sive apud gentiles.

264. — Prob. II. ex consensu cum primis testibus.

Testis verax qui consentit cum immediatis vel primis testibus verum substantialiter referre censendus est ; a. ita Paulus tum de esse materiali factorum, tum de eorundem interpretatione formali ; e...

Ad M. : ita enim in omni inquisitione juridica vel historica, saltem ex eo quod omnes de materiali verificatione deceptos fuisse impossibile est, praesertim oppositos inter se indole, studiis seu passionibus, immo interpretatione, maxime immediate post eventum.

Ad m. : (ex approbatione primaevae praedicationis a Paulo, sive explicita, sive implicita, quod gravius est, quia magis spontaneum).

a. Commendatio *explicita* :

α. sive *communem dicat fidem* vel ab aliis vel a se jam ubique disseminatam, v. g. : (c. 56-57) Rom. I, 12 : « desidero enim... simul consolari in vobis per eam quae invicem est fidem vestram atque meam » ; (c. 61-62) Col. I, 5 sq. : « in verbo evangelii quod pervenit ad vos sicut et in universo mundo est et fructificat et crescit sicut in vobis » ; (c. 66) Tit. I, 4 : « secundum communem fidem », (Lutherus : nach unser beider Glauben) ;

β. sive *approbet fidem ab aliis*, forte non apostolis, praedicatam, v.g. : Romanorum, (c. 56-57) Rom. I,8 sq.: « primum quidem gratias ago Deo meo... quia fides vestra annuntiatur in universo mundo... », ita ut hortetur ad perseverandum in ea immutabiliter ; Rom. XVI, 17 sq. : « rogo ut observetis eos qui dissensiones... faciunt et declinate ab illis » ; ita ut catechesim illis traditam agnoscat ut typum ac normam praedicationis : εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς, Rom. VI, 17 sq. ;

γ. sive explicitius *dicat se nil aliud tradere nisi quod ab aliis traditur*, (c. 56-57) I Cor. XV, 1-12 : « sive enim ego, sive illi [apostoli], sic praedicamus et sic credidistis ».

b. Commendatio *implicita* :

α. non vult *Paulus in alieno agro seminare*, Rom. XV, 20 ; II Cor. X, 16 ; ergo semen bonum ;

β. adversarios suos personales *arguit legalismi, non heterodoxiae,* quod praedicant evangelium aliter, ἕτερον, non aliud, οὐκ ἄλλο, Gal. I, 6, (Prat, I, 224, nota), ita ut laetetur etiam ab eis evangelium annuntiari, Phil. I, 15;

γ. ad ecclesias dum scribit non suas, *praesupponit doctrinam elementarem* tanquam *commune* fundamentum, v. g. ad Rom., cf. Lemonnyer, Epîtres⁴, I, 244....

265. — Prob. III. ex receptione Pauli ab Ecclesia universali.

Verus est saltem substantialiter qui approbatus est qua testis a testibus immediatis; a. ita Paulus; e....

Ad m.: *a. ex declaratione explicita* Pauli (cf. n. 260 *b*) vindicantis sibi hanc approbationem « majorum apostolorum », Gal. II, 1-20: « Mihi enim qui videbantur esse aliquid (οἱ δοκοῦντες) nihil contulerunt, sed cum vidissent quod creditum est mihi evangelium praeputii... dextras dederunt... ut nos in gentes, ipsi autem in circumcisionem... » Prat, I, 227, nota.

N. B. Supposita sinceritate Pauli, n. 252 sq., hoc argumentum habet suam vim; si conjungatur cum testimonio Actuum, IX, 10 sq.; 26 sq.; XV, 4 sq.; XXVIII, 15; est efficax; si cum reliquis, v.g. II Petr. III, 15 sq... est invictum.

b. ex approbatione implicita et indirecta (efficaciori), nimirum; α. *ex impugnationibus adversariorum Pauli:* ille approbatur qui nullo modo se defendit; atqui licet in quibusdam impugnatus, Paulus nullo modo se defendit vel circa historiam Christi, vel circa interpretationem Christi; e... — β. *ex receptione omnium epistolarum:* ille miro modo approbatus est cujus epistolae receptae sunt ab omnibus ecclesiis etiam ab eo non fundatis, licet ab ea receptione avertere debuisset et hominis fama (olim persecutoris, apostoli recentis) et diversitas (relativa) doctrinae, quae manifesta est inter has epistolas et synoptica evangelia; atqui omnia Pauli scripta ab universa Ecclesia recepta sunt; nec sine critica (epist. ad Hebr. in dubium revocata); e...

266.— Schol. I. *De sensu vocis « evangelii mei » apud Paulum;* Prat, I 53 sq·

Non significat α. *Evangelium Lucae,* nec β. *evangelium proprie diversum a communi,* sed γ.: « *la forme spéciale que prenait le message du salut en passant du Judaïsme à la gentilité,* le ton qui caractérise sa prédication dans les milieux païens. Ce serait donc en première ligne l'égalité des hommes dans le plan rédempteur, l'admission des gentils dans l'Église sur le même pied que les juifs, l'abolition de la loi mosaïque, la liberté qui en résulte pour tous, spécialement pour les chrétiens sortis du paganisme, la justification des hommes par la foi indépendamment des œuvres de la loi... L'apôtre ne rapporterait donc à la révélation immédiate de J.-C., que les points particuliers de sa prédication qui l'ont fait accuser par les Judaïsants de prêcher un évangile différent de celui des Douze. »

267. — II. *De fontibus theologiae paulinae:*

a non est *experientia interna,* sensu fideistico, Prat I, 56 sq.;

b. sed multum adscribendum est *revelationi,* sive una dicatur, Mangenot, Les évang. synopt., 1911, p.36, sive multo probabilius diversis temporibus diversae, Prat, I, 51 sq.;

c. nec tamen excludendum est *testimonium humanum*, Prat, I, 227, nota.

268. — III. *De symbolo primaevo.* — Arbitrantur nonnulli illud referri I Cor. XV, 3 sq. (cf. Mangenot, La résurr. de Jésus, p. 23 sq., not.) Sed rationes non plus evincunt quam probabilitatem, nec prudens quisquam talibus hypothesibus nitetur.

E contra fundamentum praebet firmissimum evangelium orale seu catechesis primaeva communis, Jacquier, Hist. des livres du N. T⁴., II, 20 sq. ; Prat, S. Paul II, 60 sq., quam invocamus, n. 264.

Ad difficultates.

269. — Prat, S. Paul, II, 1 sq. ; Mangenot, Évang. synopt., Parisiis, 1911, p. 390 sq.

Conclusio thesium inde a XX[a].

270. — *a. Fundamentum argumentationis* fuit *factum Paulinum*, quod duplici velut aenigmate constat : α.mutatione singulari persecutoris cujusdam in proselytum, immo in apostolum, β. mutatione haud minus mira Ecclesiae, quae persecutorem accipit in membrum, immo in magistrum praecipuum, non obstantibus rationibus in contrarium, n. 265 *b*.

Vis probationis est in hoc, quod factum illud *concrete sumptum* unica solutione explicari potest : α. per intimam ac deliberatam Pauli persuasionem, cujus characteres immo et causam ex ejus conceptibus de fide et praedicatione facile dignosci possunt, n. 258, per certitudinem qua perspexit Ecclesia consensum substantialem inter catechesim Pauli et suam, ita ut unum atque idem sint « cor Pauli, cor Christi, cor Ecclesiae ».

b. Ratio argumentandi : α. quo magis pateret vis textus Paulini, argumentati sumus perinde ac si *nullum aliud scriptum documentum* haberemus, β. sed quoniam nullus textus vim habet, nisi quatenus indicium ac vestigium activitatis individuae vel socialis, sedulo cavimus ne Pauli textum spectaremus sejunctim a vita primaevae Ecclesiae, a qua originem accipit ac vadimonium. Primum est artificiale, pro lubitu aut occasione mutandum ; alterum critice prorsus necessarium.

c. Efficacia argumentationis : ex solo Paulo ita sumpto (a fortiori secus) : α. *substantia saltem* historiae evangelicae apparet *critice certa*, saltem negative quoad omnia puncta superius enumerata, n. 260, positive quoad pleraque, β. *reliqua* gaudent saltem historicitatis *praesumptione maxima* ac plerumque certa fient adductis argumentis vel ex synopticis, vel ex Joanne, vel ex praxi primaevae Ecclesiae.

C. II. DE HISTORIA EVANGELICA JUXTA TESTIMONIUM SYNOPTICORUM.

I. Crisis genuinitatis.

Thes. XXVIII. — Nostra quatuor evangelia, I. ex testimonio antiquitatis christianae ea collective approbantis, II. apocrypha autem respuentis, III. habenda sunt genuina.

Zahn, Geschichte des n. t. Kanons, I[a], 150 sq. ; Jacquier, Le N. T. dans l'égl. chrét., I, 176 sq. ; Cornely[2], Vigouroux[12]...

271. — **Praenot.** : I. *De voce « evangelii »*, P, n. 77.

272. — II. *Status quaestionis.* — Jam aggredimur de Synopticorum testimonio eandem quadruplicem crisim, n. 227 sq., ac de testimonio S. Pauli ; hinc primum de genuinitate.— *a.* Asseritur thesis de *nostris* evangeliis, i. e. tum de Joa., tum de Synopticis, scl. de evangeliis Mc., Lc., et de Mt., quale ad nos pervenit et quale adhibitum est a scriptoribus infra citandis, quidquid sit de ejus forma priori. — *b.* Asseritur *genuinitas tantum*, i. e. scriptos esse libros aetate apostolica, praescindendo a quaestione tum historicitatis, tum litterariae compositionis, tum etiam auctoris. — *c.* Probatur hic *tantum ex testimoniis de quatuor evangeliis collective*, (non distributive), quae quidem ut sunt graviora, quia supponunt librorum canonem jam plus minusve constitutum, ita necessario serius prodierunt. — *d.* Scriptores ecclesiastici non invocantur nisi ut testes humani, eodem modo ac haeretici, sed advertendo ad hoc, quod *hi suam* opinionem proferunt ut propriam suae sectae, *priores vero ut communem Ecclesiae catholicae.*

273. — III. *Thesis ordo :* p. I, affirmativa, colligit secundum ordinem ascendentem ecclesiarum testimonia — p. II, negativa, mere historica uti prior, ex ratione agendi contraria circa apocrypha plenius illustrat Ecclesiae mentem in recipiendis canonicis — p. III conclusionem criticam eruit.

274. — IV. *Nota theseos : a. dogmatice, communis et certa,* immo eadem nota dari potest ac de thesi quae revelationem christianam post tempus apostolicum clausam seu absolutam definit, scl. *theologice certa* ; cf. Decreta Comm. bibl. 9 Junii 1911 et 26 Junii 1912, Acta S. Sed., III, 294, IV, 463 sq. — *b. critice*, ex solis testimoniis collectivis, thes. XXVIII, n. 275 sq., saltem *probabilissima* ; adductis testimoniis distributivis, thes. XXIX, n. 000 sq., *certissima.* 296

Pars I : perpenduntur testimonia de evangeliis collective sumptis.

Ecclesia Palestinensis.

275. — Eusebius Caesariensis : Inquisitionem incepturus de libris canonicis mentem suam et agendi rationem prodit, Hist. Eccl. III, 3, M, 20, 217 A. — *a.* Quo ordine ac qua de causa evangelia singula scripta sint fuse enarrat, HE, III, 24, M, 20, 264 sq. — *b.* Concludit tandem omnes libros distinguendo in ὁμολογουμένους, ab omnibus agnitos, ἀντιλεγομένους, de quibus dubitatur, νόθους, spurios, HE, III, 25, M, 20, 268 sq. ; cf. de his verbis M, 20, 269, not. 30. De tetramorpho evangelio ita scribit : « Primo igitur collocanda est sacra Evangeliorum quadriga, quam deinde conse-

quuntur Actus Apost. Post hos numerandae sunt Pauli epistolae... Et haec quidem communi omnium consensu recepta sunt, καὶ ταῦτα μὲν ἐν ὁμολογουμένοις », 268 D.

Ecclesia alexandrina.

276. — S. Athanasius recenset (an. 367) omnes libros canonicos, in primis evangelia quatuor, Epist. heort. 39, M, 26, 1437 B ; cf. Preuschen, Analecta ², II, 44 sq.

277. — Origenes : *a.* « Sicut ex traditione accepi de quatuor evangeliis, quae sola in universa Dei Ecclesia quae sub caelo est citra controversiam admittuntur : primum scilicet evangelium scriptum esse a Matthaeo, qui illud Hebraïco sermone conscriptum Judaeis ad fidem conversis publicavit. Secundum fuisse accepimus evangelium Marci, qui prout Petrus ipsi exposuerat, in litteras retulit... Tertium evangelium Lucae, quod a Paulo commendatur in gratiam gentilium conscriptum ; postremum vero evangelium Joannis » ; In Mat. I, M, 13, 829 A ; qui locus ab Eusebio exscriptus est, HE, VI, 25, M, 20, 581 B.

b. « Ut sciatis non solum quatuor evangelia sed plurima esse conscripta, e quibus haec quae habemus electa sunt et tradita Ecclesiis, ex ipso prooemio Lucae... cognoscamus : « quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem ». Hoc quod ait : « conati sunt » latentem habet accusationem eorum qui absque gratia Spiritus Sancti ad scribenda evangelia prosiluerunt. Matthaeus quippe et Marcus et Joannes et Lucas non sunt conati scribere, sed Spiritu Sancto pleni scripserunt evangelia... Ecclesia quatuor habet evangelia ; haeresis plurima » ; In Luc. hom. I, M, 13, 1802 A, cf. not. 96 ; M, 17, 312 B.

c. Idem evangelia cum sacerdotalibus tubis confert quibus subruta est Jericho : « Veniens ergo D. N. J.-C... mittit sacerdotes apostolos suos portantes tubas ductiles, praedicationis magnificam caelestemque doctrinam. Sacerdotali tuba primus in evangelio suo Matthaeus increpuit, Marcus quoque, Lucas et Joannes suis singulis tubis sacerdotalibus cecinerunt. Petrus etiam... Jacobus quoque et Judas... Novissime autem [Paulus]... et in quatuordecim epistolarum suarum fulminans tubis muros Jericho et omnes idololatriae machinas et philosophorum dogmata usque ad fundamenta dejecit » ; In libr. Jesu Nave, hom. VII, 1, M, 12, 857 B.

d. Idem : « Arbitror ego, etiamsi quatuor sint evangelia veluti elementa fidei Ecclesiae, ex quibus elementis totus constat hic mundus Deo per Christum reconciliatus... evangeliorum primitias evangelium esse Joannis... Nam Matthaeus... Marcus... Lucas... majores perfectioresque de Jesu sermones [reservant] ei qui supra pectus Jesu recubuit. Nullus enim illorum adeo pure manifestavit illius divinitatem, ut Joannes... cujus sensum percipere nemo potest, nisi qui supra pectus Jesu recubuerit vel acceperit a Jesu Mariam, quae etiam ipsius mater fiat, adeo talem tantumque esse necesse est qui Joannes alius sit futurus... » In Joa. t. I, n. 6, M, 14, 29 B sq.

e. Idem Celso philosopho exprobranti christianis quod Scripturas suas pro lubitu mutent sic respondet : « Equidem non alios novi qui evangelii

contextum immutaverint quam Marcionis, Valentini, fortasse et Lucani sectatores » ; Contra Cels. II, 27, M, 11, 848 A.

278. — Clemens Alex. *a.* Julio Cassiano, haeretico, spurium textum adducenti, respondet : « Primum quidem in nobis traditis quatuor evangeliis non habemus hoc dictum, sed in eo quod est secundum Aegyptios » ; Strom. III, 13, M, 8, 1193 A. Responsio sane, critice spectata, non est apodictica, sed assertio de canonicitate evangelii tetramorphi gravissima est. — *b.* Idem omnium N. T. librorum brevem analysim confecerat, Eusebio teste, HE, VI, 14, M, 20, 549 B, ac juxta « traditionem quandam quam a vetustioribus presbyteris acceperat » quo ordine quatuor evangelia scripta sint in libro Hypotyposeon accurate retulerat, HE, VI, 14, M, 20, 552 A. Haec sane traditio, ut infra dicetur, merito suspecta est ; verum aliud est firma traditio de canonicitate, aliud autem explicatio ad justificandam canonicitatem inducta. — *c.* Juvat tandem advertere nos per Clementem antiquarum ecclesiarum origines attingere. Librum emim Stromatum scripsit, ut veterum magistrorum suorum traditiones consignaret : « Eorum unus quidem in Graecia, Ionicus, alius vero in magna Graecia ; quorum alter erat ex Coelesyria, alter ex Aegypto oriundus. Alii quidem ex Oriente... alter quidem Assyrius, alter vero in Palaestina Hebraeus... Cum autem in ultimum incidissem [Pantaenum], erat autem hic primus potestate, conquievi, cum ipsum in Aegypto latentem indagassem, Sicula revera apis, *prophetici* et *apostolici* prati flores decerpens... Sed hi veram quidem beatae doctrinae servantes traditionem, statim a Petro et Jacobo et Joanne et Paulo... ad nos pervenerunt... » Strom. I, 1, M, 8, 700 ; cf. Euseb, HE, V, 11, M, 20, 457 A.

Ecclesia Africana.

279. — S. Cyprianus quatuor evangeliis utitur, sed nil expresse habet de tetramorpho.

280. — Tertullianus quatuor evangelia testatur antiquitus tradita, apostolica autoritate sancita, exclusive fide digna : « Constituimus in primis evangelicum Instrumentum Apostolos auctores habere, quibus hoc munus... ab ipso Dño sit impositum ; si et apostolicos non tamen solos sed cum apostolis et post apostolos. Quoniam praedicatio discipulorum suspecta fieri posset de gloriae studio, si non assistat illi auctoritas magistrorum, immo Christi .. Denique nobis fidem ex apostolis Joannes et Matthaeus insinuant, ex apostolicis Lucas et Marcus insinuant... » Adv. Marcionem, IV, 2, M, 2, 363 B. Locus est accurate pensandus, ut vis traditionis ejusque mens perspiciatur ; cf. ibid. c. 4 et 5, M, 2, 365 sq. — Vide eandem mentem expressam, De praescr., 36, 38, M, 2. 49 sq., scl. argumentationem contra haereticos « quos sine scripturis probamus ad scripturas non pertinere », c. 37, 51 A, ejusque assertionem de Marcione textum quidem, de Valentino autem sensum Scripturae immutante, c. 38, 52.

Cum questione canonis Africani connexa est quaestio originis versionis latinae, de qua infra, n. 290, 4°.

ECCLESIA LUGDUNENSIS.

281. — S. Irenaeus, natus juxta Zahn 115, Batiffol 125, Harnack 142, Bardenhewer 135-142, defunctus post an. 190. — Vide de ejus testimonio Zahn, p. 150 sq. ; Jacquier, p. 178 sq.

a. Egregie de tetramorpho : « Neque autem plura numero quam haec sunt, neque rursus pauciora capit esse evangelia. Quoniam enim quatuor regiones mundi sunt et quatuor principales spiritus [cf. infra Hermam, n. 285]... consequens est quatuor habere [Ecclesiam] columnas, undique flantes incorruptibilitatem et vivificantes homines. Ex quibus manifestum est, quoniam... Verbum .. dedit nobis τετράμορφον τὸ Εὐαγγέλιον, quod uno spiritu continetur, ἑνὶ δὲ πνεύματι συνεχόμενον [cf. infra Muratorianum, n. 283] » ; Adv. haer., III, 11, 8, M, 7, 885 sq.

b. Postquam fusius egit de symbolismo numeri quatuor ac de indole singulorum evangeliorum, concludit his verbis : « His igitur sic se habentibus, vani omnes et indocti et insuper audaces qui frustrantur speciem Evangelii, τὴν ἰδέαν, et vel plures quam dictae sunt, vel rursus pauciores inferunt personas Evangelii, πρόσωπα... » ibid., n. 9, 890 A.

c. Item quo ordine evangelia sint scripta his verbis exponit : Ὁ μὲν δὴ Ματθαῖος ἐν τοῖς Ἑβραίοις τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ αὐτῶν καὶ γραφὴν ἐξήνεγκεν Εὐαγγελίου, τοῦ Πέτρου καὶ τοῦ Παύλου ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελιζομένων καὶ θεμελιούντων τὴν Ἐκκλησίαν. Μετὰ δὲ τὴν τούτων ἔξοδον, Μάρκος, ὁ μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου καὶ αὐτὸς τὰ ὑπὸ Πέτρου κηρυσσόμενα ἐγγράφως ἡμῖν παραδέδωκε. Καὶ Λουκᾶς δὲ ὁ ἀκόλουθος Παύλου τὸ ὑπ' ἐκείνου κηρυσσόμενον Εὐαγγέλιον ἐν βιβλίῳ κατέθετο. Ἔπειτα Ἰωάννης, ὁ μαθητὴς τοῦ Κυρίου, ὁ καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ ἀναπεσών, καὶ αὐτὸς ἐξέδωκεν τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας διατρίβων.

Matthaeus in Hebraeis ipsorum lingua scripturam edidit Evangelii, cum Petrus et Paulus Romae evangelizarent et fundarent Ecclesiam. Post vero horum excessum (ἔξοδον), Marcus, discipulus et interpres Petri, et ipse quae a Petro annuntiata erant per scripta nobis tradidit. Et Lucas autem, sectator Pauli, quod ab illo praedicabatur evangelium in libro condidit. Postea et Joannes, discipulus Dñi, qui et supra pectus ejus recumbebat, et ipse edidit evangelium, Ephesi Asiae commorans ; Adv. haer., III, 1, 1, M, 7, 844 B ; locus ab Eusebio exscriptus est, HE, V, 8, M, 20, 449 A.

ECCLESIA ROMANA.

282. — S. Hippolytus, Irenaei discipulus, defunctus 236-7.

a. In authenticis suis libris utitur omnibus libris canonicis N. T., exceptis ad Phil. et I Joa. ; cf. Westcott, Canon[7], p. 387 ; contra Gaium, Romanum, etiam IV evangelii apostolicitatem et joannicitatem vindicat, M, 10, 756, 786 sq. Hinc tetramorphum evang. certo agnovit. *b.* Ejus autem auctoritatem et antiquitatem luculenter contra haereticos testatur, dum ex perpetua Scripturarum receptione doctrinae catholicae unitatem ac perpetuitatem probat, apud Euseb., HE, V, 28, M, 20, 512 B sq. ; e contra ex discrepantia textuum haereticorum adulteram eorundem originem ; ibid. 516 sq.

283. — Fragmentum Muratorianum, editum c. 180, vel antea, certo

probat quatuor evangelia Romae tunc temporis recepta, immo mentem coaevorum explicat, unde fit ut mixtim adhibeant evangelia vel harmonias evangelicas conscribant. Sic enim habet v. 16 sq. : « et ideo licet varia singulis evangeliorum libris principia doceantur, nihil tamen differt credentium fidei, cum uno ac principali spiritu declarata sint in omnibus omnia »...

284. — S. Justinus, c. 100-166, nullibi in superstitibus operibus evangelia quatuor esse dicit, sed — *a.* saepe ea citat, licet plus minusve libere et quasi mixtim, P, n. 88 sq ; — *b.* saepe loquitur de « commentariis apostolorum... quae evangelia vocantur », neque unquam eo nomine alios textus allegat ac canonicos : Apol. I, 66, 67, M, 6, 429 A, B ; Dial. 100, 101, 102, 103, 105, 106, 107, M, 6, 709 C, 712 C, 713 C, 717 C, 721 A, 724 A, C ; — *c.* distinguit evangelia scripta ab apostolis ab iis quae ab eorum sociis scripta sunt : « Nam in commentariis quos ab ejus apostolis eorumque discipulis scriptos dico proditum est sudorem veluti guttas sanguinis ex eo defluxisse [Lc. XXII, 44], cum precaretur et diceret : Si fieri potest, transeat a me calix iste, [Mt. XXVI, 39] » ; Dial. 103, M, 6, 717. Eodem modo distinguunt Tertull., Adv. Marc., IV, 2, M, 2, 363 B; Irenaeus, Adv. haer., III, 1, M, 7, 844 B ; fragm. Murator., v. 1 sq. Merito ergo dices Justinum pro eadem traditione testari.

285.— Hermas, in libro cui titulus Pastor, editus probabiliter c. 140-155, juxtas alios, etiam rationalistas, antiquius, Jacquier, Le N. T., I, 75, quatuor evangelia adhibere saepissime videtur, sed mixtim et potius alludendo quam citando. Duabus allegoriis tetramorphum significari probabilissimum est : Vis. III, 13 ; Sim. IX, 15 ; quibus evangelia quatuor exhibentur ut Ecclesiae genuinae fundamentum.

Ecclesiae Asiae minoris.

286.— Testimonium jam indirectum habemus tum per Irenaeum, qui in Asia junior conversatus de rebus Asiaticis semper sollicitus fuit, tum per Justinum, Ephesi ad fidem conversus.

Papias, eps Hierapolitanus, scripserat, c. 120-150, Λογίων κυριακῶν ἐξηγήσεις. Nonnulla refert de origine evangelii Marci, Euseb., HE, III, 39, M, 20, 300 C, et Matthaei, ibid.; quae quidem, de *nostris* evangelis dici certum est ; cf. Loisy, Évang. synopt., 1, 27; Jacquier, Le N. T., I, 87 sq. Hujus testimonii auctoritas inde potissimum venit, quod Papias ab ipsis Dñi discipulis aut apostolicis viris diligentissime de traditione inquisivit, M, 20, 297. Proinde per eum immediatos testes attingimus, potius tamen de evangeliorum existentia ac dignitate, quam de tetramorphi canonicitate exclusiva, cf. 272 *c*.

Ecclesia Syra.

287. — Tatianus, S. Justini discipulus, haereticus c. 172, concordiam Evangeliorum confecerat in Syria usitatissimam, cui nomen Diatessaron ; quae agendi ratio supponit auctoritatis paritatem prorsus agnitam. Cf. infra n. 290, 4.

288.— S. Theophilus, eps Antiochenus (169-177), pariter « quatuor evan-

gelistarum in unum corpus dicta compegerat » ; S. Hieronymus, Ep. 121, M, 22, 1020 B.

289. —Hegesippus, post Eleutheri pontificatum (c. 174-189), scripsit Commentarios, ut unitatem doctrinae in catholica ecclesia, quam perlustraverat, demonstraret, Euseb., HE, IV, 22, M, 20, 377 C. Eorum librorum orthodoxiam laudat Eusebius, ibid., IV, 21, M, 20, 377 B. Proinde licet nullum ejus explicitum de tetramorpho testimonium exscripserit, certo tamen Hegesippum quatuor evangelia admisisse concludes, eo magis quod in suis libris quaedam accurate retulerat de quorundam apocryphorum origine, ibid., IV, 23, M, 20, 384 A. Secus enim nos monuisset Eusebius.

Mediante Hegesippi testimonio multas ac perantiquas ecclesias attingimus, earumque doctrinam, sin minus de tetramorphi canonicitate exclusiva, cf. n. 272 *c*, saltem de quatuor evangeliorum existentia atque auctoritate.

RECAPITULATIO.

290. — His testimoniis prae oculis habitis, advertatur :

1. qualem consensum haec supponant inter diversas ecclesias ;

2. quid probabiliter his testimoniis addi possit ex inventione operum hodie deperditorum sive Papiae, a quo tamen Eusebius non pauca jam transcripsit, HE, III, 39, M, 20, 300, — sive Valentini gnostici, qui libros omnes canonicos recipiebat, Tertull., De praescr., 38, M, 2, 52 B, — sive Justini, cujus Syntagma et librum adv. Marcionem (si diversus est a praeced.) Eusebius non novit, HE, IV, 18, M, 20, 373 sq., sed tantum juxta Irenaeum citavit ; Iren., Adv. haer., IV, 6, 2, M, 7, 987 B ; Euseb., HE, IV, 18, M, 20, 376 — sive Hippolyti, in suo Syntagmate deperdito, — sive Pantaeni cujus scripta Eusebius non recensuit, HE, V, 10, M, 20, 456 B — sive reliquorum haereseologorum : Agrippae Castoris, Rhodonis, Philippi, Modesti, Musani, qui contra Marcionitas scripserunt, Miltiadis qui contra Valentinianos, Melitonis etc... — sive veterum magistrorum a Clemente laudatorum, apud Eusebium, HE, V, 11, M, 20, 457 A ; supra n. 278 *c* ;

3. quanta sit Eusebiani testimonii vis, qui hos ferme libros omnes scrutatus nullum asserit de tetramorpho non consentire ; (ne videatur ejus silentium de quibusdam DD. contra thesim facere, diligenter perpende HE, III, 3, M, 20, 217 A) ;

4. quid tandem his testimoniis accedere possit ex melius cognita veterum versionum historia, nimirum « *Veteris italae* », cf. Vigouroux[12], IV, 13 ; von Soden, Das lateinische N. T. in Afrika zur Zeit Cyprians, Lipsiae, (T. u. U., XXXIII) ; Nestle, N. T. graec. et lat., Stuttgart, 1911, p. XII sq... — ac praesertim *versionis Syriacae* ejusque cum Tatiani Diatessaro relationis, Cornely, Hagen, Introd. comp[e]., p. 111 ; adde hypotheses D[ae] Levvis, RB, 1911, p. 146 : « l'ancienne version syriaque est antérieure au Diatessason de Tatien. De plus le mss trouvé au Sinaï n'en est pas originaire, mais vient de la région d'Antioche, lieu d'origine probable de la version elle-même ».

Prob. II : apocrypha ab eadem Ecclesia sunt repudiata.

291ª. — I. Dissertationes criticae : Lepin, Évang. canon. et évang. apocr., Parisiis, 1907 ; Nau, art.Apocryphes, AA, I,173 sq.; Batiffol, Orpheus et l'évang., p.58 sq.; Jacquier, Le N. T., I, 132 sq. — II. Textus : Fabricius, Tischendorf, Kautsch, Hennecke...

N. B. Apocrypha dupliciter invocari possunt : *a. ratione contenti,* ut ex indole rerum narratarum pateat tetramorphi sobrietas, sinceritas, credibilitas... ; cf. infra, n. 380 ; *b. ratione diffusionis,* ut ex hujus diffusionis aetate, amplitudine, auctoritate, melius aestimari possit tetramorphi genuinitas ; ita in praesenti thesi.

291ᵇ. — Ratio agendi societatis christianae erga apocrypha ex eo patet, quod : *a.* sero sunt edita, *b.* parce adhibita, *c.* numquam pari titulo ac tetramorphum.

a. Sero edita : α. *Sex* prodierunt circa s. III aut IV, de quibus proinde nil dicendum, nisi quod forte, juxta Harnack, quaedam partes *Protoevangelii Jacobi* pertinent ad s. II.

β. *Quatuordecim* edita sunt s. II, e quibus decem perierunt, AA, I, 182; e reliquis *Evang. Marcionis,* c. 125-140, Lucam manifeste adulteravit, (Tertull., Adv. Marc., IV, 2, N, 2, 364 A ; textus evangelii apud Epiphan., Haeres., XLII, M, 41, 712 sq.) ; — *Evang. duodecim apost.* miscet evang. canonicum Matthaei ebionitis doctrinis ; — *Evang. secundum Philippum* gnosticismo Aegyptiorum favet ; — *Evangelium Petri* docetismo indulget ; constat fragmentis tetramorphi libere dispositis.

γ. *Duo* tantum ad antiquitatem tetramorphi accedunt : *Evang. secundum Aegyptios* (Harnack, ante 130 ; Zahn, c. 140-150) ; — *Evang. secundum Hebraeos.* Quia citatum ab Origene, Clemente Alex., Papia, hoc antiquius videtur (Harnack 65-100) ; sed nonnulli arbitrantur nil aliud esse quam primaevum Matthaei evangelium aliquatenus interpolatum, n. 327.

b. Parce adhibita : liquet enim ex eo α. quod fere omnia perierunt ; — β. quod rarissime citantur a scriptoribus ecclesiasticis ; — γ. vel, quod gravius est, rarissime extra sectas unde sunt orta ; cf. Hippolytum, apud Euseb., HE, V, 28, M, 20, 516 sq. ; — δ. immo quod expresse damnata, v.g. de Actis Pauli, Tertull., De baptismo,17, M, 1, 1219 ; de Evang. Petri, cf. Epiphan., Haer., XXVI, 13, M, 41, 352 ; Euseb., HE, III, 25, M, 20, 268 sq. ; IV, 12, 546 sq. ; de apocr. in genere, Origenes, In Luc. I, M, 17, 312 B ; hom. I, M, 13, 1803 A ; August., De consensu evang.,I, 1, 2, M, 34, 1043 B ; Hieronym., Prolog. in Mt., M, 26, 15 sq...

c. Nunquam pari titulo ac canonica, nam illi etiam qui apocryphis utuntur nullo modo ea dant ut ubique recepta, quemadmodum tetramorphum, nec computant ea inter canonica. Ea adhibent ad complementum eruditionis in quibusdam, sed repudiant ut authenticae fidei documenta.

Inde explicatur Ecclesiae disciplina, primis quidem saeculis strictior, postea vero benignior, quia fidei jamdudum excultae minus nociva erant. « Nam caeteras [Scripturas] securius leget fide veritatis instructus, ne praeoccupent imbecillem animum et periculosis mendaciis atque phantasmatibus eludentes praejudicent aliquid contra sanam intelligentiam » ; August., De doctr. chr., II, 8, M, 34, 40 c.

Prob. III. Proinde canonica evangelia habenda sunt genuina.

Tria sunt praestanda : A. testimonii praecedentis (positivi in p. I, nega-

tivi quodammodo in p. II) valor perpendendus ; B. argumentum syntheticum conficiendum ; C. conclusio confirmanda collatione aliorum librorum sacrorum.

292. — A. *Testimonii praecedentis analysis ;* cf. Stanton, The gospels as historical documents, I, 270 sq. — Sufficit considerare attestationis : *a. tempus, b. firmitatem, c. titulum.*

a. Quoad *tempus attestatio* posterior est, ut esse debet, quia sola testimonia collectiva (de 4 scl. evangeliis conjunctim) respeximus, n. 272 *c.* — coaeva est tamen tum priorum scriptarum controversiarum, tum in singulis regionibus priorum scholarum theologicarum...

b. Firmitas attestationis α. tanta est, ut nullam paritatem habeat cum attestatione aprocryphorum in quibusdam ecclesiis a quibusdam doctoribus, n. 291[b], immo nec cum attestatione quorundam librorum canonicorum, v. g. Apocal., Ad hebr., Ad Phil., II Petr..., unde, licet difficultas quaedam adsit quoad hos textus, certitudo critica quoad evangelia eo major est, quo magis patet aliquam discretionem praefuisse librorum attestationi ; — β. spectata praeterea sive relate ad indolem scriptorum, sive relate ad characterem non privatum sed solemnem ac publicum attestationis, haec firmitas tanta est, ut impossibile sit testes ita locutos esse, si affuissent in vicinis regionibus ecclesiae aut viri primarii de evangeliorum genuinitate dubitantes aut dissentientes.

c. Quoad *titulum attestationis,* notatu dignum est hunc consensum ortum esse : α. neque ex decreto ullius concilii generalis vel supremi ullius judicis, sed eo tempore quo ecclesiae erant quasi independentes, adeo ut concilia evangeliorum canonicitatem jam agnitam consecrarent, non agnoscendam definirent ; — β. neque exclusive aut praecipue ex criterio orthodoxiae, quia apud fideles diversitas doctrinae in quibusdam (v. g. Joa. erga Synopt , aut Synopt. erga Epist. Pauli) rationes dubitandi suppeditabat ; contra haereticos autem, cum de ipsa doctrina disceptaretur, alia ratio invocanda erat, seu aliunde « praescribendum » ; — γ. neque ex instinctu quodam mystico, vel, ut vult Loisy, Évang. synopt., I, 200 A, 202, ex naturali conservationis instinctu, quia alii aliter sensissent, nec respuissent quae naturaliter magis placebant, nec soli catholici ita sensissent ; ceterum talis « instinctus specialis » principium obscurius manet, quam id ad quod explicandum inducitur ; — δ. neque pacto plus minusve conscio cum mediocribus opinionibus, « par accord avec les opinions moyennes », S. Reinach, Orpheus, p. 317, secus plures textus pari de causa pariter admissi fuissent, v. g. II Petr., II et III Joa.,et alii potius rejecti, v. g. Ad Ephes., Ad Col., Ad Phil... ; praeterea non explicatur cur soli catholici hanc moderationem sectati essent, dum tot gnosticorum sectae aliter sentiebant...— ε. sed propter factum apostolicitatis manifestae, vel directe, in ecclesiis ab apostolis vel apostolicis viris certo constitutis, vel indirecte, ex antiquitate usus et receptionis, ut volunt Justinus, Irenaeus, Tertull., Hippolytus, quibus consentit agendi ratio Papiae, Hegesippi, Clementis Alex. — Proinde genuinus titulus propter quem tetramorphum

receptum ubique est, cultus est ubique inveteratus in ecclesia catholica primaevae traditionis ; cf. Batiffol, Orpheus et l'évang., p. 61, 78 sq.

293. — B. *Inde argumentum.* Potest proponi dupliciter :

a. vel *prudentialiter*, cf. n. 142 ;

b. vel *dialectice*, in hunc modum : Consensus de re maximi momenti, juxta testium mentem, firmus et exclusivus, inter regiones maxime dissitas, non auctoritate unius procuratus, sed ubique antiquae traditionis nomine inductus, signum est authenticae traditionis vel certum vel saltem probabilissimum ; atqui inter annos 150-210 viget in ecclesia catholica hujusmodi consensus de apostolica tetramorphi origine ; ergo...

Ad M. : nam universalis hujus opinionis, in adjunctis adeo diversis, ratio sufficiens afferri nequit, praesertim in societate traditionis zelo insignis, quam evidens cognitio veritatis...

Ad m. : cf. supra n. 275 sq., 292.

294. — C. *Confirmatur conclusio* ex comparatione cum aliis libris sacris, quorum auctoritas apud criticos multum valet : v.g. de parsismo, cf. Lagrange, RB, 1904, p. 31 sq., 32 A, 204 sq., — de mahumetismo, cf. Durand, RPA, 1908, VI, 763 sq. ; Lammens, Rech, 1910, I, 26-52.

Ad difficultates.

295. — P, n. 86 sq. ; Lahousse, p. 326 sq.

Thes. XXIX. — I. Ex testimonio priorum scriptorum ecclesiasticorum de singulis evangeliis, vel ex modo quo singula ab iis citantur, II. synopticorum evangeliorum genuinitas comprobatur.

E maximistis, Funk, Patres apost.[2], I, 640 sq. ; Cornely, Introd. spec.[2], III, 20 sq. ; e minimistis, The N. T. in the apostolic Fathers, Oxonii, 1905 ; sat moderate, Jacquier, Hist. des livres du N. T.[4], II ; Le N. T. dans l'Eglise chrét., Parisiis, 1911, I, 39 sq.

296. — **Praenot.** I. *Stat. quaest.* : *a.* sola quaestio *temporis* hic agitur, non *auctoris*, quae licet connexa et utilis, non est identica neque essentialis ; *b.* praecisive, i. e. spectata librorum existentia seu *genuinitate*, cui non officit aliorum librorum forte spuriorum coexistentia ; praescindendo ergo a *canonicitate ; c.* etiam quoad textum graecum I evangelii nostri, quem defendimus aetate apostolica editum, quanquam putamus I evangelium prius aramaïce prodiisse, cf. n. 310 sq. ; *d.* omisso IV evangelio.

297. — II. *Inquisitionis difficultas.* — Oritur hic :

a. ex antiquitate testium, nam prima tempora cujuscumque institutionis pertinent ad actionem, non ad scriptionem vel speculationem, maxime ubi praecipui fautores sunt homines illitterati ; cf. Eusebium, HE, III, 24, M, 20, 264 sq. ; Irenaeum, Adv. haer., III, 1, 1, M, 7, 844 sq. ;

b. ex citandi modo, nam olim nemo citabat ad verbum, ut hodie, sed ad sensum. Hinc ubi synoptici simillimas sententias habent, aegerrime dices ad quem alludatur ; sed certo errant qui, propter quamlibet a textu canonico discrepantiam, vel alia evangelia ac nostra adhibita esse sentiunt,

vel evangelia primitiva fuisse postea adulterata ; P, n. 88 ; Kenyon, Handbook of textual criticism, Londini, 1901, p. 205 sq.

c. ex fontium multitudine ; sunt enim : α. *oralis traditio*, quae perbelle potuit servare proverbia moralia seu practica ; nam, ut erant magis necessaria, Christus debuit ea proponere sub forma gnomica, magis facili, fueruntque saepius usurpata ; — β. *scripta traditio*, quae, propter librorum paucitatem, multas ac varias collectiones confecit sententiarum vel ex traditione orali, vel ex notis privatis seu λογίοις, vel ex libris canonicis excerptarum. Vide Wessely, apud Graffin, Patrol. orient., IV, 170, n. 181 ; Rendel-Harris, Expositor, 1909, p. 63 sq. ; Jacquier, Hist. des livres du N. T., II, 273 sq.

298. — III. *Ordo probationis.* — P. I testimonia recenset ac perpendit ; p. II critice concludit.

299. — IV. *Nota theseos.* — Thesis ponitur tantum ut complementum praecedentis nec sejunctim ab ea pensanda est, cf. n. 274.

Probatur p. I, ordine ascendente.

300. — Papias, Hierap. eps ; cf. n. 286 ; de I et de II evangelio refert :

a. Καὶ τοῦτο ὁ πρεσβύτερος ἔλεγε· Μάρκος μὲν ἑρμηνευτὴς Πέτρου γενόμενος, ὅσα ἐμνημόνευσεν, ἀκριβῶς ἔγραψεν, οὐ μέντοι τάξει τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἢ λεχθέντα ἢ πραχθέντα· οὔτε γὰρ ἤκουσε τοῦ Κυρίου, οὔτε παρηκολούθησεν αὐτῷ, ὕστερον δέ, ὡς ἔφην, Πέτρῳ, ὃς πρὸς τὰς χρείας ἐποιεῖτο τὰς διδασκαλίας, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ σύνταξιν τῶν κυριακῶν ποιούμενος λόγων [*al.* λογίων]· ὥστε οὐδὲν ἥμαρτε Μάρκος, οὕτως ἔνια γράψας ὡς ἀπεμνημόνευσεν. Ἑνὸς γὰρ ἐποιήσατο πρόνοιαν, τοῦ μηδὲν ὧν ἤκουσε παραλιπεῖν, ἢ ψεύσασθαί τι ἐν αὐτοῖς.

« Aiebat etiam presbyter ille Marcum, Petri interpretem, quaecumque memoriae mandaverat diligenter perscripsisse, non tamen ordine pertexuisse quae a Dño aut dicta aut gesta fuerant. Neque enim ipse Dñ audiverat aut sectatus fuerat unquam, sed cum Petro, ut dixi, postea versatus est, qui pro audientium utilitate, non vero ut sermonum Dñi historiam contexeret, Evangelium praedicabat. Quocirca nihil peccavit Marcus, qui nonnulla ita scripsit, prout ipse memoria repetebat. Id quippe unum studebat, ut ne quid eorum quae audierat praetermitteret, aut ne quid falsi eis affingeret ». — Apud Euseb., HE, III, 39, M, 20, 300 B ; Funk, Patres apost[2]., I, 358 ;. Jacquier, Le N. T., I, 89 sq.

b. — Ταῦτα μὲν οὖν ἱστόρηται τῷ Παπίᾳ περὶ τοῦ Μάρκου. Περὶ δὲ τοῦ Ματθαίου ταῦτ' εἴρηται· Ματθαῖος μὲν οὖν Ἑβραΐδι διαλέκτῳ τὰ λόγια συνεγράψατο [*al.* συνετάξατο]. Ἡρμήνευσε δ'αὐτὰ ὡς ἠδύνατο ἕκαστος.

« Haec de Marco Papias narrat. De Matthaeo vero sic habet : Matthaeus quidem, inquit, Hebraïco sermone divina scripsit oracula : interpretatus est autem unusquisque illa prout potuit ». — Euseb., Funk, Jacquier, ibid. ; Cornely[2], III, 23. Westcott, On the canon[7], p. 74 sq.

301. — S. Polycarpus, † 155, scripsit epist. c. 110-117, apud Funk, Patr. apost[2]., I, 297 sq. — Ex sermone Dñi in monte quaedam citat II, 3, quae mixtim accepit a Mt. et Lc. : Μνημονεύοντος δὲ ὧν εἶπεν ὁ Κύριος διδάσκων· μὴ κρίνετε ἵνα μὴ κριθῆτε, Mt. VII, 1 ; Lc. VI, 36 ; ἀφίετε καὶ ἀφεθήσεται ὑμῖν, ἐλεᾶτε ἵνα ἐλεηθῆτε, I Clem. XIII, 1 ; ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν, Mt. VII, 1, Lc. VI, 38 ; καὶ ὅτι μακάριοι οἱ

πτωχοί, Mt. V, 3 ; Lc. V, 20 ; καὶ οἱ διωκόμενοι ἕνεκεν δικαιοσύνης ὅτι αὐτῶν ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, Mt. V, 10.

Quamquam Clemens Rom. eosdem textus Mt. et Lc. mixtim adhibuit, additis verbis quibusdam utrique ignotis, existimari nequit Polycarpum illos a Clemente accepisse : addidit enim verba quae ille omisit, omisit sententias singulares quas retulit. Proinde ex eodem fonte hauserunt, Jacquier, I, 55.

Sermonis montani sententias alias refert XII, 3 : Προσεύχεσθε καὶ ὑπὲρ τῶν διωκόντων καὶ μισούντων ὑμᾶς ; cf. Mt. V, 44 ; Lc. VI, 27. — Μὴ εἰσενεγκεῖν ἡμᾶς εἰς πειρασμόν, Pol. VII, 2 ; Mt. VI, 13. — Εἰ οὖν δεόμεθα τοῦ Κυρίου ἵνα ἡμῖν ἀφῇ, ὀφείλομεν καὶ ἡμεῖς ἀφιέναι, Pol. VI, 2 ; Mt. VI, 15 ; Lc. XI, 4. — Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής, Pol. VII, 2 ; Mt. XXVI, 41 ; Mc. XIV, 38. Difficile tamen dixeris utrum Polycarpus a scripto quodam evangelio haec acceperit, an ab orali traditione.

302.— S. Ignatius, Antiochenus eps, martyrio functus c. 114-117, scripsit c. 95-117.

Decem locos habet primo evangelio valde similes, non tamen stricte identicos : ad Pol. II, 2, Mt. X,16; ad Smyrn. VI, 1,Mt. XIX, 12 ; ad Ephes. XIV, 2, Mt. XII, 33, Lc. VI, 44 ; ad Trall. XI, 1, Philad. III, 1, Mt. XV, 13... — Magis notatu digna sunt quae probabiliorem dependentiam suadent, v. g. quod baptismum Christi necessarium dicit, « ἵνα πληρωθῇ πᾶσα δικαιοσύνη ὑπ' αὐτοῦ », Smyrn. I, 1, quemadmodum solus Mt. III, 15 ; item, sed minus manifeste, (quia id ex traditione audisse potuit), quod loquitur de magorum stella, ad Ephes, I, 2, Mt. II, 2, 9, de conceptu virginali, ad Ephes. VII, 2, XVIII, 2, XIX. 1, Mt. I, 18 sq...— Minus movent analogiae inter Polyc., Mc. et Lc., Jacquier, I, 49 sq.

303. — Clemens Rn., papa, scribebat c. 95. — Saepissime ad N. T. alludere videtur, immo ferme ad verbum citare ; quae res eo magis mira est, quod nullum librum adhibet apocryphum aut profanum, excepta tantum una sententia : Γέγραπται γὰρ · Κολλᾶσθε τοῖς ἁγίοις ὅτι οἱ κολλώμενοι αὐτοῖς ἁγιασθήσονται, Clem. XIII, 12. Eam sane ut scripturisticam inducit (γέγραπται), licet in nullo libro canonico reperiatur. Eodem modo a nonnullis invocata est ; Resch, Agrapha, Lipsiae, 1906, p. 89.

Decem circiter Mt. citationes sunt verisimiles, maxime I Cor. XV, 2 : οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσίν με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἄπεστιν ἀπ' ἐμοῦ, Mt. XV, 8, Mc. VII, 6, sed forte immediate ab Isaia accepit ; Is. XXIX, 13.

I Cor. XIII, 1, haec habet :

1. ἐλεᾶτε ἵνα ἐλεηθῆτε	= Mt. V, 7 : μακάριοι οἱ ἐλεήμονες, ὅτι αὐτοὶ ἐλεηθήσονται.
2. ἀφίετε ἵνα ἀφεθῇ ὑμῖν	= Lc. VI, 37 : ἀπολύετε καὶ ἀπολυθήσεσθε.
3. ὡς ποιεῖτε, οὕτω ποιηθήσεται ὑμῖν.	= Lc. VI, 31 : καθὼς Θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, ποιεῖτε αὐτοῖς ὁμοίως ; cf. Mt. VII, 12.
4. ὡς δίδοτε, οὕτως δοθήσεται ὑμῖν	= Lc. VI, 38 : δίδοτε καὶ δοθήσεται ὑμῖν.
5. ὡς κρίνετε, οὕτως κριθήσεσθε	= Mt. VII, 1 : ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε κριθήσεσθε.

6. ὡς χρηστεύεσθε, οὕτως χρηστευθήσεται ὑμῖν.
7. ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἐν αὐτῷ μετρηθήσεται ὑμῖν = Mt. VII, 1 : ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε μετρηθήσεται ὑμῖν ; cf. Lc. VI, 38.

Illud magis mirum quod eadem ferme habent eodemque ordine Clemens Alex., Strom. II, 18 ; Polycarpus II, 3 ; Didascal. II, 21, 42. Probabilius ergo haec desumpta sunt ex aliqua λογίων collectione ; cf. The N. T. in the apost. Fathers, p. 58 sq. ; Jacquier, Le N. T., I, 41 sq. Alterum exemplum ejusmodi habes, Clem. XLVI, 7, 8 ; Mt. XXVI, 24, XVIII, 6 sq. ; Mc. XIV, 21 ; Lc. XVII, 1, 2 ; The N. T., p. 60 ; Jacquier, I, 43.

304. — Doctrina duodecim apostolorum seu Didache, edita c. 90 ; *a.* Matthaei evangelium certo adhibuit, tum quia saepissime similia exhibet (circiter 66, sed magis manifeste circiter 15 aut 20), tum maxime quia quaedam refert quae solus Mt. habet ; denique quia loci similes nimis affines sunt textui nostro Graeco, quam ut a Matthaeo Aramaeo vel a collectione quadam λογίων Hebraïca transcripti censeantur. Cf. v. g. D. I, 2, Mt. XXII, 37 ; D. I, 2, Mt. VII, 12 ; D. I, 5, Mt. V, 26 ; D. III, 7, Mt. V, 5 ; D. VII, 1, Mt. XXVIII, 19 ; D. VIII, 1, Mt. VI, 16 ; D. X, 5, Mt. XXIV, 31, XXV, 34 ; D. XI, 7, Mt. XII, 31 ; D. XI, 10, Mt. XXIII, 3 ; D. XIII, 1, 2, Mt. X, 10 ; D. XIV, 2, Mt. V, 23, 24 ; D. XVI, 1, Mt. XXIV, 42, 44 ; D. XVI, 3, 4, Mt. XXIV, 10, 11, VII, 15 ; D. XVI, 5, Mt. XXIV, 10, 13 ; D. XVI, 6, Mt. XXIV, 30, 31. — Advertendum est ad locum D. VIII, 1, Mt. VI, 16, 5, 9-13, ubi eadem sententiarum consecutio (de jejunio, de oratione in genere, de oratione dñica), eadem fere orationis dñicae forma, Matthaeo magis affinis quam Lucae, ac specialis monitio : ὡς ἐκέλευσεν ὁ Κύριος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ αὐτοῦ. Quaedam textuum series, uti D. I. 3-5, probabilius a quadam sententiarum collectione derivatae sunt, cf. Jacquier, Le N. T., I, 59. — *b.* Lucae evangelium probabilissime cognovit, Jacquier, Hist. du N. T., II,370 sq — *c.* Marci evangelium potius ignoravit.

305. — Epistola Barnabae, edita c. 72, cf. d'Herbigny, Rech, 1910, I, 566, juxta alios multo serius, Jacquier, Le N. T., I, 71, septem circiter locos a primo evangelio probabilius derivatos exhibet. Cf. Barn. VI, 13 : Λέγει δὲ Κύριος · Ἰδού, ποιῶ τὰ ἔσχατα ὡς τὰ πρῶτα ; cf. Mt. XIX, 30, XX, 16 ; cf. Barn. VII,3, 9, Mt. XXVII, 34, 48, 50 ; Barn. V, 9 : οὐκ ἦλθεν καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλούς, cf. Mt. IX, 13, Lc. II, 16 ; Barn. IV, 14 : προσέχωμεν μήποτε, ὡς γέγραπται, πολλοὶ κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοὶ εὑρεθῶμεν, cf. Mt. XX, 16, XXII, 4. Sane hujusmodi proverbia facile per oralem traditionem servari potuerunt : singulariter tamen advertendum est verbis ὡς γέγραπται. Nec minuitur hujus vocis vis ad probandam existentiam et auctoritatem evangelii scripti ex eo quod eadem fere adhibetur de libro Henoch : « λέγει γὰρ ἡ γραφή » ; Barn. XVI, 5.

Prob. II : haec facta synopticorum apostolicitatem comprobant.

306. — 1° (Exclusione aliarum hypothesium). — Facta in thes. XXVIII et XXIX recensita nequeunt explicari nisi *a.* vel traditione orali, *b.* vel traditione scripta distincta a synopticis, *c.* vel traditione scripta ipsorum synopticorum ; atqui non *a*, nec *b*, ; ergo *c*.

Ad. M. : Facta ad tria capita revocari possunt : α. intra an. 150-210, evang. synoptica recepta sunt *universaliter, indubie, exclusive* — β. intra periodum praecedentem, apparent mire affinia stylo communiter in ecclesia catholica recepto — γ. item, sola fere exhibent omnia et sola Christi dicta aut gesta tanquam supremam normam in eadem ecclesia adhibita. — Sane alii sunt hujus traditionis characteres, v. g. interna librorum indoles, n. 334 sq., vel explicita designatio apostolorum aut discipulorum, tanquam auctorum, n. 351 sq.; sed sejunctim haec consideramus, quo magis pateat traditionis vis.

Ad m. : Haec tria non explicant *a.* neque traditio oralis, *b.* neque traditio scripta privata (scl. collectiones privatae λογίων, etc.) ; nam non explicant: neque α. *talem tetramorphi* auctoritatem, aetate immediate subsequenti, cf. n. 275 sq. ; — neque β. *conformationem styli* ecclesiastici solis parabolis, aut doctrinis, aut factis in synopticis consignatis ; traditio enim primaeva genuina (sive oralis, sive scripta) longe ditior fuit (testes enim multi incredibilisque praedicandi zelus, ut patet ex celeri evangelii diffusione) ; longe ditior etiam traditio spuria, uti a priori fieri debuit,et liquet a posteriori, v. g. ex fabulis Papiae, ex terminologia prorsus diversa gnosticorum, ex indole apocryphorum... — neque γ. *auctoritatem indubiam citationum,* ac praesertim *allusionum* talium, tanquam rerum de quarum historitate *omnibus* jam constat.

2° (Ex commodis solutionis catholicae). — Nam quo maturius oralis traditio scripto consignata est, et quidem a viris auctoritate conspicuis, eo magis intelligitur traditionis synopticae diffusio, uniformitas, exclusivismus. Nempe ut consecrabant tanti viri quod scribebant, ita etiam praeter voluntatem causa fiebant, cur proscriberetur quod omittebant.

307. — **Coroll. I.** *De stylo evangelico.* — Quamvis citationes evangelicae indubiae paucae assignari possint, vides qua ratione uniformitas styli praesumptionem creare possit in beneficium historicitatis synopticae.

308. — **II.** *De respectiva synopticorum diffusione ejusque causis.* Cornely², III, 88.

Ad difficultates.

309. — Cf. n. 295.

Thes. XXX. — Primum autem evangelium probabilius I. originitus aramaïce scriptum est, II. ita tamen ut quoad substantiam cum versione Graeca nostra conveniret, III. et cum evangelio ad Hebraeos, mox ab haereticis adulterato.

Testimonia de Evang. ad Hebr. : Harnack, Altchr. Liter., I, 6 sq. ; Schmidtke, Neue Fragmente u. Untersuch. zu den judenchristl. Evangelien, Lipsiae, 1911, (Texte u. Unt. 37, 1), p. 32 sq.; de quo Lagrange, RB, 1912, 587 sq. — Fragmenta Evangelii ad Hebr. vide apud Nicholson, The gospel according to the Hebrews, Londini, 1879. — Dissertationes criticae : Zahn, Gesch. des Kanons, II^b, 642 sq. ; Vigouroux^{12}, III, 55 sq. ; Jacquier, Hist. des livres du N. T.^{4}, II, 356 sq. ; Cornely², III, 20 sq...

310. — **Praenot. I.** *Opiniones de lingua I evangelii primitiva : a.* Hebraï-

cam censent, seu potius Aramaïcam (vel ut dicitur cum de christianis agitur Syrochaldaïcam) sed litteris Hebraïcis expressam, auctoritate praesertim traditionis moti, protestantes Westcott, Zahn... catholici Cornely, Fillion, Schanz... ; *b.* Graecam putant e protestantibus recentioribus Holtzmann, Weiss, Jülicher, Schmidtke... ; e catholicis Cajetanus, Erasmus, Hug, Batiffol... praesertim quia traditio illis videtur solius Papiae testimonio nixa, stylus autem evangelii nimis fluens, quam ut mera translatio habeatur, Jacquier, II, 361.

311. — II. *Opiniones de materia evangelii Aramaïci : a.* Protestantes et rationalistae multi arbitrantur evangelium Aramaïcum ex solis Christi sermonibus constitisse ; arguunt ex textu Papiae apud Euseb., HE, III, 39, M, 20, 300 B : τὰ λόγια συνεγράψατο. — *b.* Pauci concedunt haec λόγια fontem esse communem tum evangelii I^i graeci, tum III^i ; dicitur Q *(Quelle).*— *c.* Catholici qui evangelium aramaïce prius editum existimant illud sentiunt substantialiter identicum cum evangelio nostro Graeco ; α. rigidiores non admittunt nisi differentias modales ; β. mitiores admittunt etiam differentias quantitativas.

312. — III. *Opiniones de aetate utriusque textus : a.* Fontem Q, quidquid sit de ejus ad Matthaei evangelium relatione, omnes antiquissimum arbitrantur, A. Harnack, c. 50 « oder früher », Neue Untersuch., 1911, p. 87, n. 1. — *b.* Matthaei textum dicunt scriptum non multo post excidium Hierosolymitanum, Harnack, Chronologie, I, 654, n. 1 ; Neue Unters., p. 94 ; Mangenot, Évang. synopt., 1911, p. 61 ; ante excidium, perpauci protestantes, v. g. W. C. Allen, Exp. Times, 1910, p. 439 sq. (c. 50 etiam graece), catholici bene multi, Funk, Cornely...

313. — IV. *Finis theseos.* — Ex dictis, p. I et II valent ad determinandos evangelii I^i nostri et III^i *fontes* ac consequenter *aetatem*, de qua pressius in thes. seq. ; p. III, minoris sane momenti, praecedentes confirmabit, traditionis christianae evolutionem illustrabit, rationem agendi quorundam Patrum explicabit.

314. — V. *Nota : a. dogmatice :* p. I, *communior, vix non certa :* cf. Decret. Comm. bibl. 19 Jun. 1911, Acta S. S., III, 294 ; p. II, *item,* sensu mitiori, *probabilius ;* p. III, *probabilius ;* — *b. critice,* eaedem notae.

Prob. I : primum evangelium aramaïce originitus conscriptum est.

315ª. — 1° *(Ex critica externa).* — Plurimi rem affirmant :

Papias, apud Euseb., HE, III, 39, M, 20, 300 C ; Irenaeus, Adv. haer., III, 1, 1, M, 7, 845 A, exscriptus ab Euseb., V, 8, M, 20, 449 A ; Pantaenus, apud Euseb., V, 10, M, 20, 456 A ; Origenes, In Mt., 1, M., 13, 829 A, exscriptus ab Euseb., VI, 25, M, 20, 581, B ; Eusebius, HE, III, 24, M, 20, 265 A ; Gregor. Naz., Ad Seleuc., v. 291, M, 37, 1596 ; De veris Script. libr., v. 31, M, 37, 474 ; Cyrill. Hierosol., Catech. XIV, 15, M, 33, 844 C ; Epiphan., Haer. XXX, 3, M, 41, 409 B ; Haer. LI, 5, M, 41, 896 A ; Hieron., cf. n. 321 ; August., De cons. evang., I, 2, M, 34, 1044 A ; II, 66, 1139 A ; Niceph. Call., HE, II, 45, M, 45, 881 A. .

Ex dictis, n. 310, probatio eo tendere debet, ut ostendat traditionem niti non solo Papia, sed testibus pluribus, idoneis, independentibus, n. 30. Eos solum recensemus qui vel ex primaeva traditione erudiri potuerunt

(Papias, Irenaeus), vel ipsius libri textum prae oculis habere. Textus transcribimus ; crisim dabit oralis praelectio.

315[b]. — Papias ; vide textum n. 300 *b* ; Euseb , III, 39, M, 20, 300 D addit : « Aliam quoque exponit historiam de muliere, quae multorum criminum coram Dño accusata est. Quae quidem historia in Evang. sec. Hebr. scripta habetur ».

316. — Irenaeus, *a* : « Matthaeus, in Hebraeis, ipsorum lingua scripturam edidit evangelii, cum Petrus et Paulus Romae evangelizarent » ; Adv. haer., III, 1, 1 ; cf. supra n. 281 *c*. — *b*. « Ebionei enim eo evangelio quod est sec. Mt. solo utentes ex illo ipso convincuntur non recte praesumentes de Dño » ; III, 11, 7, M, 7, 884 B.

317. — Pantaenus : « Ad Indos usque penetrasse dicitur ibique ev. Matthaei, quod adventum ipsius jam praevenerat, apud quosdam Christi notitia imbutos reperisse, quibus scl. Bartholomaeus... olim, ut fama est, praedicaverat et ev. Matthaei Hebraïcis conscriptum litteris reliquerat, quod quidem ad praedicta usque tempora servatum esse memoratur » ; Euseb.,V, 10, M, 20, 456 A. — Idem refert Hieronymus, additque librum a Pantaeno Alexandriam delatum esse, De viris ill., 36, M, 23, 652 A.

318. — Origenis textum habes n. 277 *a*. — Hieronymus asserit eum evangelio secundum Hebraeos saepissime uti, De vir. ill., 2, M, 23, 611 B. — Aliunde mirum est illud evangelium non esse recensitum ab Origene inter apocrypha indubia, Hom.in Lc. I, M, 13, 1803 A ; M, 17, 312 A, neque inter canonica, In Joa. II, 6, M, 14, 132 ; In Jerem. XV, 4, M, 13, 433 B ; In Mt. XV, 14, M, 17, 1293 D.

319. — Eusebius : « Matthaeus cum Hebraeis primum fidem praedicasset, inde ad alias quoque gentes profecturus, evangelium suum patrio sermone conscribens, id quod praesentiae suae adhuc superesse videbatur, scripto illis quos relinquebat supplevit » ; HE, III, 24, M, 20, 265 A. — Evangelium ad Hebraeos solum ab Ebionitis receptum dicit, III, 27, M, 20, 273 B. — Illud citavit (dubie), Quaest ad Marin., II, 1,M, 22, 941 A ; (certo), Theophania, fr. 22, M, 24, 685 D ; cf. ed. Gressmann, p. 183[28] ; Zahn, Einleitung[2], II, 268.

320. — Epiphanius de Ebionitis scribit : « Evangelium illi quidem sec. Matth. admittunt, quo solo Cerinthianorum vel Merinthianorum instar utuntur, idque ipsum sec. Hebraeos appellant. Etenim vere illud affirmare possumus, unum ex omnibus N. T. scriptoribus Matthaeum Hebraïce ac litteris Hebraïcis evangelicam historiam texuisse. Nec defuere qui de Joannis evangelio confirmarent illud Hebraïce translatum Tiberiade... asservari. Immo et Apost. Actus in Hebraïcum sermonem conversos... multorum sermone percrebuit » ; Haer. XXX, 3, M, 41, 409 B ; haer. LI, 5, 896 A. — Rem didicit ab Ebionitis ; textum ipsum vidit abbreviatumque dicit, rescissis genealogiis, Haer. XXX, 13, 14, M, 41, 428 C, 429 B ; nescit autem utrum Nazaraei genealogias retinuerint ; Haer. XXIX, 9,M,41,405 A.

321. — Hieronymus *a*. an. 383 : « Matthaeus, qui evangelium Hebraïco sermone conscripsit, posuit *Osanna*... » ; Ad Damas., Ep. 20, M, 22, 379 B.

— *b.* an. 392-393 : « Evang. quod appellatur sec. Hebr. et a me nuper in Graec. Latinumque sermonem translatum est, quo et Origenes saepe utitur, post resurrectionem Salvatoris refert [apparuisse eum Jacobo] » ; De vir., 2, M, 23, 611 B ; « Mattheus... primus in Judaea... Evangelium Christi Hebraeis litteris verbisque composuit, quod quis postea in Graecum transtulerit non satis certum est. Porro ipsum Hebraïcum habetur usque hodie in Caesariensi bibliotheca... Mihi quoque a Nazaraeis, qui in Beroea... hoc volumine utuntur, describendi facultas fuit » ; ibid. 3, 613 B. — *c.* an. 398 : « In evang. quo utuntur Nazaraei et Ebionitae, quod nuper in Graecum de Hebraeo sermone transtulimus et quod vocatur a plerisque Matthaei authenticum [habetur...] » ; In ev. Matth., II, 12, 13, M, 26, 78 A. — *d.* an. 415 : « In evang. juxta Hebr., quod Chaldaïco quidem Syroque sermone Hebraïcis litteris scriptum est, quo utuntur usque hodie Nazaraei, secundum Apostolos, sive ut plerique autumant juxta Matth., quod et in Caesariensi habetur bibliotheca, narrat historia... » ; Contra Pelag., III, 2, M, 23, 570 B.

322. — Eadem traditio viguit apud Syros, Assemani, Bibl. orient., III^a, 8, n. 2 ; Cornely^2, III, 43, n. 6.

323. — 2° *Ex critica interna.* — Omnes fere critici admittunt manifestam dependentiam, in partibus Mt. et Lc. communibus, a λογίοις Aramaïcis ; atqui idem est I^i evangelii stylus sive in partibus communibus, sive in aliis. Ad explicandam autem indolem velut genuinam I. evangelii Graeci sufficit ut idem auctor totum librum Graece reddiderit, non ad verbum, quaedam ex propriis fontibus adjiciendo, quaedam reddendo iisdem verbis quibus Marcus usus erat ; cf. Jacquier, Histoire des livres du N. T.^{4}, II, 361 sq.

Prob. II : evang. Aramaïcum quoad substantiam conveniebat cum versione Graeca.

Restitutionem fontis Q tentavit, solos locos Mt et Lc communes colligendo, A. Harnack, Sprüche u. Reden, 1907, p. 88 sq. Hanc methodum reprehendit J. Weiss, Die Schriften des N. T., I, 37. Conatur discernere partes quas solus Lc. excerpsit, B. Weiss, Die Quellen der synop. Überlieferung, 1908, p. 1-74 ; immo fontem Q Hebraïce reddidit Resch, Die λόγια Jesu, 1908, sed paucos persuasit. B. H. Streeter, The original extent of Q, apud W. Sanday, Studies in the synop. problem, 1911, p. 185 sq. nititur distinguere locos Mt. aut Lc. proprios derivatos ex Q ; conclusionem suam fatetur « highly speculative », p. 186.

324. — 1° — *Non aderant soli sermones Christi,* nam : ليس 300

a. (ex crit. externa) — auctoritas Papiae, n. 300 *b*, rem non probat, immo contrarium suadet, Cornely^2, III, 23 ; Jacquier, Le N. T., I, 93 sq. ; Loisy, Év. syn., I, 27 sq ;

b. (ex crit. interna) — (si λόγια Matthaei identificantur cum fonte Q) concedunt jam critici : α. hunc fontem quaedam facta narrasse, — β. pluraque retulisse quam quae Lucas excerpsit.

325. — 2° — *Non aderat identitas omnimoda,* nam :

a. (argum. negativ.) — α. nullus testis textum Aramaïcum indubie authenticum vidit, neque ullus qui textum probabiliter authenticum vidit (ev. ad Hebr.) identitatem adeo strictam asserit ; — β. testimonia non plus exigunt quam ***substantialem*** identitatem ;

b. (argum. positiv.) — si affuissent in textu Hebraïco quae nunc adsunt in Graeco, probabiliter Lucas plura excerpsisset...

326. — 3° — *Aderat identitas saltem substantialis,* nam :

a. secus traditio non esset adeo firma de identitate — hoc argumentum praecipuum est ;

b. (si admittitur identitas inter ev. Aramaïcum et ev. sec. Hebr.)—secus — α. Ebionitae et Nazaraei non potuissent verisimiliter invocare auctoritatem Matthaei — β. nec Patres habere traditionem hanc ut fundatam.

Prob. III. : evang. ad Hebraeos est evang. Matthaei adulteratum.

Zahn, Gesch. des n. t. Kanons, II[b], p. 642-724, contra Harnack, Dogmengesch., I, 625 sq. (ev. ad Hebr. derivatum a fonte parallelo fonti Q) et eos qui illud a Mt. Graeco (originali) derivatum sentiunt, de quibus Zahn, Einleitung[2], II, 269, 8. — Cf. Cornely[2], III, 47 sq. ; Rose, Étud. sur les évang., p. 18 sq.

327. — Argumenta eadem sunt ac supra, n. 326. Historia harum sectarum commode explicat, quare evangelium Syrochaldaïcum exclusive receperint ac sensim suis opinionibus accommodarint, Zahn, Gesch., 721 sq.

328. Scholion. *De Graecae versionis auctore.*—Plane incerta res est,Zahn, Einleit.[2], II, 267, 6 ; Cornely[2], III, 42 ; RB, 1911, p. 619. — Ceterum res eo minus mira est, quo minor discrepantia inter textum Aramaïcum et Graecum.

Ad difficultates.

329. — Cornely[2], III, 44 sq. ; Jacquier, Hist. du N. T., II, 356 sq.

Thes. XXXI. — I. Evangelia Synoptica tria scripta sunt ante Hierosolymitanum excidium, II. immo probabilius tertium prodiit ante alteram Pauli captivitatem, III. secundum ante Petri mortem, IV. primum autem etiam aliquandiu antea.

330. — Praenot. : I. — *Finis theseos.* — Theses praecedentes de synopticorum genuinitate confirmare intendit, tum exhibendo, p. I, archaïcam rerum narratarum indolem, tum pressius aetatem singulorum determinando, p. II, III, IV,sive ex mutua eorum dependentia, sive ex testimonio traditionis.

331. — II. *De Synopticorum inter se relationibus.* Hujus dependentiae determinatio plurimum valet : *a.* quoad criticam *originis,* ad definiendam singulorum aetatem, *b.* quoad criticam *sinceritatis* ad dignoscendum utrum et cur adhibita documenta immutent: *c.* quoad criticam *veritatis,* ad discernendum qualibus fontibus utantur, qua approximatione seu libertate, vel e contra qua severitate seu acribeia.

Accurata rei tractatio ad scholam exegeseos remittitur. Brevi, admittimus ut probabiliorem solutionem: *a.* Matthaeum aramaïce primo prodiisse, substantialiter identicum Λογίοις de quibus agit Papias et fonti Q et Mt. Graeco nostro et Evang. sec.Hebraeos; cf. thes.XXX ; *b.* Marcum successisse, traditiones Petri conscribentem ; Lucam adhibuisse ut fontes pri-

mam Matthaei editionem, Marcum et traditionem Judaeas ; *d.* Graecum Matthaei translatorem nonnihil dependere, sive quoad ordinem, sive quoad narrationes quasdam a Marco.

Rejicimus ergo hypothesim « Proto-Marci » et hypothesim « duorum fontium », quam substantialiter emendamus,admissa substantiali identitate Mt. aram. = Λόγια = Mt. graec.

Hypothesis duplicis fontis damnata est, Decr. Comm. bibl., 26 Jun. 1912, Acta S.S., IV, 465 — De variis quaestionis synopticae solutionibus, cf. Vigouroux[12], IV, 105 sq., 113 sq. ; Jacquier, Hist. des livres du N. T., II, p. 283 sq. ; Batiffol, Orpheus et l'évang. p. 153 sq.

332.— III. *Criticorum opiniones de synopticorum aetate ;* Lepin, Jésus Messie[5], p. XXXI, n. 1.

	Matth.	Marc.	Luc.	Joan.
Baur (1847)	130-134	150	150	160-170
Renan (1877)	84	c. 76	94	c. 125
Holtzmann (1892)	c. 67	68	70-100	100-133
Harnack (1897)	70-75	65-70	78-93	80-110
» (1911)	70-75 ; Q. c. 50.	60-70 (2 edit.)	60-67	80-110
Loisy (1907)	c. 100 ; Q. 60-70	c. 75	90-100	(1903) 100-110
Cornely (1897)	Aram. 40-50	52-62	59-63	96-98

333. — **IV.** *Nota : a. dogmatice, communior* et *practice sequenda*, cf. Decret. Comm. bibl., 26 jun. 1912, Acta S.S., IV, 464 ; cf. n. 274. — *b. critice, longe probabilior* vel *certa*.

Prob. I : Synoptica ante excidium Hierosolymitanum scripta sunt.

334. — 1° *(Ex critica externa).* — Cf. argumenta in p. II, III, IV afferenda.

2° *(Ex critica interna,* i. e. ex archaïsmo synopticorum A. in genere, B. in specie, in descriptione excidii Hierosolymitani). — Si quis archeologiae tum profanae tum ecclesiasticae sat peritus ea evangelia diligenter considerat eaque confert cum scriptis Paulinis (quoad linguam, institutiones, doctrinam, affectus sive christianorum sive adversariorum) animadvertet ea statum tum politicum, tum ecclesiasticum describere ac supponere antiquissimum, immo antiquiorem statu quem describunt ac supponunt epistolae Pauli ; cf. fusius n. 406. Unde sic :

335. — A. — Narratio historica statum rerum Judaïcarum ante Hierosolymitanum excidium exacte referens, licet post urbis ruinam fuerit penitus immutatus, censenda est scripta — *a.* vel ante hunc eventum — *b.* vel haud multo post, ab hominibus maxime sinceris —*c.* vel diu post, juxta fontes scriptos ante eventum, ~~vel eo saltem tempore quo recens erat pristini status memoria~~ ; atqui non *b*, nec *c ;* ergo *a*...

Ad M. : Triplex tantum hypothesis fingi potest, quia omnis restauratio archaelogica difficillima est, praesertim hominibus de colore historico non sollicitis, uti saec. XIX facti sumus, (patet, v.g. ex anachronismis apocryphorum), maxime rudibus, ac post tantam rerum immutationem qualis intercessit post Titi victoriam, an. 70.

Ad m. : non *b*, nec *c*, nam : usus fontium historicorum talis, ut prodat

scriptorum psychologiam seu affectus non quales post eventum exstiterunt, sed quales ante,aperte declarat librum ante eventum illum conscriptum esse ; a. evangelia synopt. produnt affectus... e.

Ad M'.: Ita fit necessario, non ex defectu sinceritatis,sed ex lege psychologica (nemo enim scribit sine ratione sufficienti), maxime apud illiteratos et in operibus apologeticis vel polemicis.

Ad m'. : Probatur α. *in genere* ex eo quod non alludunt neque ad majores persecutiones Romanas, neque ad primas haereses sive judaïzantium, sive gnosticorum, neque ad statum Ecclesiae jam adultae, sub finem saec. I[i]... cf. n. 406. — β. *in specie* ex prophetia de urbis excidio, quam fusius explicandam statim aggredimur.

336. — B. — Ex prophetia Parousiae, Mt. XXIV, Mc. XIII, Lc. XXI.

De hac prophetia quadruplex quaestio moveri potest : α. *exegetica*, quoad sensum textus ; β. *critica*, quoad aetatem textus ejusque valorem historicum ; γ. *philosophica*, quoad valorem facti ad probandam Christi messianicitatem, vide infra ; δ. *dogmatica*, quoad conciliationem conclusionis cum dogmate institutionis Ecclesiae immediate a Christo (cf. De Eccles.),inspirationis biblicae, (cf. De Script.), scientiae Christi, (cf. De Verbo incarn.) — Ad praesentem thesim faciunt tantum α et β. Hinc tria nobis praestanda : *a.* ostendemus *distinctionem duorum adventuum* in textu, *b.* explicabimus *apparentem* λογίων *confusionem*, *c.* probabimus *conscriptionem ante eventum*. — Cf. Batiffol, L'enseignement de Jésus, 1905, p. 274 sq. ; Lagrange, RB, 1906, p. 382 sq. ; 561 sq. : S. Marc, 1911, p. 310 sq. ; Hugueny, RCF, 1907, XLIX, 366 sq. ; Vigouroux[12], 1907, III, 439 sq. ; Durand, RPA, 1908, VI, 862 sq.

Idearum seriem sic *probabilius* distinguendam censemus :

Sermonis occasio :	Mt. XXIV,	Mc. XIII,	Lc. XXI,
A — de excidio *urbis* proximo	4-14	5-10, 11-14	8-20
A' — de fine *orbis* remoto	14-15	10-11	
B — de signis *urbis* diruendae	15-23	14-21	20-25
B' — de signis *orbis* dissolvendi	23-32	21-28	25-28
C — de tempore *urbis* proximo	32-36	28-32	28-34
C' — de tempore *orbis* incerto	36-42	32-33	
Conclusio de vigilantia	42 sq.	33 sq.	34 sq.

337. — *a.* Probatur duorum adventuum distinctio :

α. — *ex distinctione interrogationum*, dubia Mc. v. 4, nitida, Mt. v. 3.

β. — *ex distinctione responsionum* — quoad urbem : dicitur tempus proximum (generatio haec), Mt. v. 34, Mc. v. 30, Lc. v. 32 ; dantur signa a discipulis cognoscibilia (vos... vobis), localia Mt. v. 15 sq., Mc. v. 14 sq., Lc. v. 20 sq. ; suadetur fuga, ibid. ; optatur ne hieme fiat, Mt. v. 20, Mc. v. 18, quod ridiculum esset de mundi fine, — quoad orbem : nullum definitum tempus indicatur, sed futurum dicitur post praedicationem in toto orbe, Mt. v. 14, Mc. v. 10, dilucidius Lc. v. 24 ; post ruinam urbis, Mt. v. 23 sq., Mc. v. 21 sq.,Lc. v. 23 sq. ; neque dantur signa proprie dicta, sed describitur inopinatus adventus ut fulguris, ibidem ; praeterea distinguuntur tempus urbis et tempus orbis tum oppositione pronominum (ταῦτα... περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης), Mt. v. 36, Mc. v. 32 ; tum scientia Filii de tempore prioris adventus et ignoratione de tempore alterius, ibid.

γ. — *ex divergentiis redactionum* — nam synoptici concorditer referunt quae pertinent ad excidium urbis, e contra alius alio loco referunt quae

spectant ad finem orbis. Proinde existebant aliae traditiones vel alia λόγια quae duas quaestiones distinguebant, ita ut potuerint quaedam λόγια systematice conjungi diversimode. Res patet : ex parabolis de zizania, Mt. XIII, 24 sq., 36 sq., de virginibus, Mt. XXV, 1-13, ex promissione Spiritus usque in consummationem saeculi, Mt. XXVIII, 19, 20 ; ex doctrina Pauli (c. an 51), quae supponit easdem traditiones ac Synoptici, II Thess. II, 1-13, negat autem possibilitatem posterioris adventus praevidendi, I Thess. V, 1 sq.

338. — *b.* Explicatur apparens confusio :

α. — ex *identitate partiali objecti* : judicium urbis et judicium orbis sunt duo actus Christi judicis, duo ejus adventus, ita quidem ut prior sit alterius praefiguratio ;

β. — ex *identitate probabili circumstantiae* : nam verisimile est Christum, propter hunc nexum, locutum esse de ultimo adventu occasione prioris ;

γ. — ex *opinione coaeva de instantia parousiae*, II Thess. II, 2, quae incitavit ad interrogandum de duobus adventibus eodem tempore, Mt. XXIV, 1-4, fecitque ut fontes atque evangelistae magis adverterent intimae adventuum connexioni illustrandae, quam temporibus discernendis ; cf. Maldonat, In Mt. XXIV, 35.

339.— *c.* Probatur scriptio ante eventum ex collectione indiciorum :

α. — ex *obscuritate prophetiae de urbis fine*, praesertim apud Mt. v. 14 sq., Mc. v. 15 sq. : enuntiatur stylo biblico (Dan. IX, 26 sq., XII, 11), ethnicis inintelligibili, sed Judaeis sat claro ; ergo forma probabilius primitiva ;

β. — ex *commendatione fugae*, post eventum inutili, praesertim prolixa, Mt. v. 20, Mc. v. 18 ;

γ. — ex *absentia monitionis de prophetiae adimpletione*, — licet synoptici accurate fecerint de trina Petri negatione, Mt. XXVI, 34, 69 sq. ; Mc. XIV, 30, 66 sq. ; Lc. XXII, 34, 55 sq.; de passione, de resurrectione, de fuga apostolorum... item Joannes de Petri martyrio, Joa. XXI, 18 sq. ; Lucas de prophetia Agabi, Act. XI, 28 ; — licet *modus* quo adimpleta est prophetia de urbe, argumentum praeberet egregium vel ad probandam vim propheticam Christi, vel ad confirmandam vocationem gentium, vel ad humiliandos Judaeos...

δ. — *ex confusione relativa textuum* de urbe et de orbe, praesertim apud Mt. et Mc., quam confusionem post eventum naturaliter vitassent, intellecta melius praedictione...

ε. — *ex falsitate materiali* seu apparenti quorundam assertorum, quam post eventum potius vitassent, v. g. Mt. v.2, Mc. v.2, Lc. v.6 : (destrui pro comburi — non relinquetur lapis super lapidem).

N. B. : Argumenta non valent *eodem gradu* de Luca, infra n. 340.

Prob. II : tertium evangelium prodiit ante alteram Pauli captivitatem (an. 65-67).

Cornely², III, 167 sq. ; Vigouroux¹², III, 98 sq. ; Jacquier, Hist. des livres du N.T., II, 479 sq. ; Harnack, Neue Unters., p. 81 sq. ; Hugueny, Critique et cathol., I p. 345 sq.

340. — A. — *Prodiit ante 70.* — Probatur ex sermone eschatologico : *a.* eadem enim argumenta substantialiter valent de eo, n. 339 ;

b. differentia gradus facile explicatur : α. quod clarius loquitur de exercitibus et de urbis obsidione, XXI, 20 sq. ex eo factum est quod Graecus ad ethnicos scribens necessitatem intellexit interpretandae locutionis biblicae obscurae et gentilibus odiosae : « abominatio desolationis » ; sed sensum dabat Dan. IX, 26 sq. — β. quod diligentius distinguit quaestiones, explicatur vel ex eo quod melius intellexit alia λόγια de dilatione posterioris adventus, v.g. parabolas Matthaei — vel ex eo quod proprios fontes habuit, ut patet ex propria prophetia XIX, 42-45, ex narratione speciali XVII, 20-37... — vel ex eo quod a Paulo edoctus est, post exemplum Thessalonicensium (c. 51) caute in hac re esse loquendum, II Thess. II, 1-13.

341. — B. — *Prodiit ante 66-67.* — Probatur ex clausula Actuum, XXVIII, 30-31, scripta post III evang. et ante Pauli mortem, nam : α. silet de altera captivitate, de morte Petri et Pauli... — β. silet de persecutionibus hujus temporis, quas si novisset, nequisset extollere libertatem Pauli in praedicando evangelio ut signum vocationis gentium.

342. — C. — Proinde *a.* III evangelium *non potuit prodire ante 52,* quia antea Lucas Pauli socius non fuit ; *b.* sed sat diu ante Pauli mortem editum est, ut potuerit Lucas, etiam post evangelium, clausulam Actuum spei plenam conscribere. *Probabilius ergo c. 60-65.*

Prob. III : secundum evangelium scriptum est paulo ante Petri mortem (67, 64 ?)

Cornely[2], III, 117 sq. ; Vigouroux[12], III, 81 sq. ; Jacquier, Hist., II, 439 sq. ; Harnack, Neue Unt., p. 88 sq. E contra Lagrange, S. Marc, p. xxi sq. ; xxvii sq. ; RB, 1911, 617.

343. *a. (Ex critica externa).*— Papias, cf. n. 300. *a ;* Jacquier, Le N.T., I, 89 sq. ; Cornely[2], III 85 sq., 23 sq.

344. — Irenaeus, cf. n. 281 *c* ; Bouvier, Rech., 1911, p. 274, n. 2.

345. — Clemens Alex., *a.* apud Euseb., HE, II, 14, M, 20, 172 A, dicit Petrum tempore Claudii, c. 42, Romam venisse ; II, 15, 172 C, ibi Marcum scripsisse, Petrum autem, re per revelationem cognita,librum approbasse, additque Papiam idem asserere ; — *b.* ap. Euseb.,VI, 14, 552 A refert,juxta presbyterorum traditionem, prius scripta esse evangelia quae genealogias continent, Petrum autem Marci scriptum neque approbasse neque prohibuisse, μήτε κωλῦσαι μήτε προτρέψασθαι, 552 B ; — *c.* in I Petr., M, 9, 732 C, asserit Marcum, vivente Petro, scripsisse. — Haec sane non sine difficultate conciliari possunt.

346.— Eusebius, Epiphanius, Hieronymus, Nicephorus... praecedentes exscribunt ; non sunt ergo pluris faciendi.

Unde quidam critici concludunt Marcum scripsisse post Petri mortem ac reliqua asserta habent ut spuria traditionis augmenta ; ita Lagrange.Reliqui sentiunt conciliandos esse textus, quia concordes eos censuit Eusebius, II, 15. Sed alius alio modo.

347. — *b. (Ex critica interna).* — Quia Lucas probabilius eo usus est, II

evangelium debuit prodire antea ; hinc si III c. 60-65, II probabilius c. 59-64 editum est.

Prob. IV : **primum evang., quoad subst., etiam antea scriptum est.**

Cornely², III, 76 sq. ; Vigouroux¹², III, 61 sq. ; Jacquier, Hist., II, 401 sq.

348. — *a. (Ex critica interna).* — α. Ex dependentia III evangelii a fonte Q, quem probavimus identicum quoad subst. cum I evang. Graeco, n. 324 sq.; — β. ex archaïsmo fontis Q, quem agnoscunt omnes critici ; « um das Jahr 50 oder noch früher », Harnack, Neue Unt., p. 87.

349. — *b. (Ex critica externa).* — Consentiunt Patres *de prioritate* : Irenaeus n. 281 *c*, 344, Clemens Alex., n. 278 *b*, Origenes, n. 277 *a*, Eusebius, n. 275 *a*... et omnes scriptores subsequentes.

Dissentiunt *de anno*. Eorum opiniones ad duas possunt reduci : α. opinio solius Irenaei, n. 281 : dicit evang. I scriptum eo tempore quo Petrus et Paulus ecclesiam Romanam constituebant ; proinde, quia etiamsi Petrus Romam venisset c. 42-44 (quae opinio parum secura habetur), Paulus eo non venit ante 61, 62, evangelium scriptum esset c. 60-62, vel intra 60-67; — β. opinio Eusebii, n. 275 *a* : asserit librum scriptum eo tempore quo dispersi sunt apostoli, i. e. probabilius 12 annis post Passionem Dñi, an. 41-42 ; sed in Chronico dicit 8 annis post Ascensionem, i. e., quia censet Dñ passum an 33, anno 41 ; cf. Hieronym., Chronic., M, 27, 578 A ; Theophyl., In Mt, M, 123, 145 C ; Euthymium, In Mt., M, 129, 116 B ; Nicephorum, HE, II, 45, M, 145, 881 A.

Pro Eusebii opinione militant : α. hominis eruditio, β. archaïsmus textus, γ. exegesis saltem probabilis Irenaei, n. 281 *c*.

Inde Decret. Comm. bibl. : « Irenaei textum *non cogere* ut rejiciatur sententia eorum qui congruentius traditioni censent eandem redactionem etiam ante Pauli in Urbem adventum fuisse confectam » ; Acta S.S., 1911, III. 294.

Ad difficultates.

350. — Auctores in decursu theseos citati adversariorum objectiones referunt.

Thes. XXXII. — Evangelia synoptica jure attribuuntur respective, I. Levi publicano, II. Joanni Marco, Petri interpreti, III. Lucae medico.

351. — **Praenot.** I. *Finis theseos* : Complet inquisitionem de librorum apostolicitate. Quaestio enim auctoris, licet distincta, n. 296, quaestioni temporis solvendae plurimum juvat, quemadmodum sinceritati et historicitati aestimandae.

352. — II. *Nota : a. dogmatice, communis et practice sequenda,* cf. Decret. Comm. bibl., Acta S.S., 1911, III, 294 ; 1912, IV, 463 ; — *b. critice, certa.*

Prob. I. : **primum evangelium a Levi conscriptum est.**

353. — *a. (Ex critica externa).* — Argumenta praecipua (citationes explicitae et assertiones de compositione) jam sunt recitata, n. 275-290, 300 *b*, 315-323, 349. — Addendus est usus liturgicus uniformis ac consensus versionum ac manuscriptorum unanimis.

354.—*b. (Ex critica interna).*—Vigour.[12], III, 51 sq.; Corn.[2], III, 15 sq., 31 sq.

Prob. II. : **secundum evangelium a Marco editum est.**

355. — *a. (Ex critica externa).* — Testimonia Patrum cf. n. 275-290, 300 *a*, 343 sq. Idem dicito de versionibus et manuscriptis.

356. — *b. (Ex critica interna).* — Vigouroux[12], III, 71 sq.; Cornely[2], III, 89 sq.; Lagrange, S. Marc, p. XXI sq., C sq.

Prob. III. : **tertium evangelium a Luca concinnatum est.**

357. — Jam supra probatum est, n. 233.

Ad difficultates.

358. — De Mt, Cornely, III, 32 sq.

Thes. XXXIII. — Antiquitas synopticorum confirmatur ex veterum haereticorum agendi modo.

359. — P, n. 106 sq.; Jacquier, Le N. T., I, 143 sq.; cf. supra n. 216 sq.

Thes. XXXIV. — Confirmatur etiam ex ethnicorum impugnatione.

360. — P, n. 101 sq.; Wallon, Croyance due aux évang[2], p. 44 sq.

Thes. XXXV. — Item ex discordia recentiorum impugnationum.

361. — P, n. 110 sq.; Fillion, Les étapes du rationalisme, Parisiis, 1911.

Thes. XXXVI. — I. Proinde, spectata critica tum externa tum interna, genuinitas synopticorum, maxime si cum libris profanis conferantur, indubia est habenda.

362. — **Praenot.** : *Stat. quaest.* — Thesis est mera recapitulatio praecedentium XXVIII-XXXV, quo melius ex argumentorum convergentia rei certitudo, ac valor notarum, n. 274, aestimari possit.

363. — **Prob. I : synoptica evang., in se spectata, indubie genuina.** Sufficit commemorare argumenta superius invocata.

a. (Ex critica externa). — Testimonia de 3 collective, th. XXVIII; de 3 singillatim, th. XXIX; de singulorum compositione th. XXX, XXXII.

b. (Ex critica interna).—Archaïsmus th. XXXI, n. 334 sq. — interdependentia singulorum, th. XXXI, n. 340 sq. — indoles interna indoli Matthaei, Marci, Lucae congruens, th. XXXII, n. 354 sq.

364.—**Prob. II : synoptica evang., relative spectata, indubie genuina.** Sufficit advertere quantum praestent testimonia invocata : α. *antiquitate :* « Herodoti mentio prima fit ab Aristotele, i. e. centum annis post illius obitum, secunda a Cicerone, i. e. post quadringentos annos. Thucydides allegatur primum a Cicerone, i. e. post annos amplius trecentos. Idem valet de aliis scriptoribus » ; P, n. 129 ; — β. *auctoritate :* sive testium qui loquuntur pro ecclesiis suis, vel pro universa ecclesia, sive testimonii, quatenus prolatum nomine traditionis antiquae ; — γ. *multiplicitate,* nam consonant de librorum existentia atque auctoritate orthodoxi, th. XXVIII sq., heterodoxi, th. XXXIII, ethnici, th. XXXIV.

365. — **Scholion.** — I. *Explicatur conditio critica singularis synopticorum.*— Mira haec diffusio explicatur : *a.* per proselytismum singularem novae sectae ; cf.Euseb., HE, III, 37, M, 20, 292 D ; V, 10, 456 A ; Batiffol, Église naissante ; Harnack, Die Lehre der 12 Apostel, 1893, p. 93-137... — *b.* per doctrinam Ecclesiae propriam de custodiendo deposito ; cf.tract.De Tradit.

366. — II. *Explicatur discordia criticae acatholicae.* — *a.* per difficultatem objectivam criticae historicae, cf. n. 225 ; — *b.* per influxum extracriticum singularem in re singularis momenti, cf. Strauss apud Pesch, p. 77, n. 1.

II. Crisis integritatis.

Thes. XXXVII. — I. Libri Novi Testamenti censendi sunt substantialiter integri, II. potiori quidem jure ac ulli profani libri.

Cornely², I, 307-332 ; Durand, Ét, 1911,CXXVI, 289 sq.; bibliogr. ampliorem apud Vigouroux¹², III, 9 sq. ; Lahousse, p. 332 sq. ; Wallon, Croyance due aux évang.², p. 228 sq.

367. — **Praenot.** : I. *Stat. quaest.* — Omnis inquisitio critica eo prius spectare debet, ut immediatorum testium testimonium exhibeat, quale prolatum est. Hinc postquam probavimus evang. synoptica esse aetatis apostolicae (seu genuina), inquirimus utrum manserint qualia sunt edita (seu integra). Brevitatis causa, quia argumenta ceteroquin omnibus communia sunt, de omnibus N. T. libris simul agimus.

368. — II. *Notiones.* — 1° Integritas discerni potest : *a. substantialis*, quae narrationis essentiam illaesam servat, n. 260, et *accidentalis*, quae etiam ad res minoris momenti extenditur ; — *b. quantitativa*, per respectum sive ad ablationes (textus mutilus), sive ad additiones (textus interpolatus), aut *qualitativa*, per respectum ad immutationes sensus, sive inconscias, sive intentionales *(dogmaticas*, si ad vitandam difficultatem dogmaticam, *exegeticas*, si ad explicandum loci sensum).

2° Ad restituendum textum primigenium (critique textuelle) juvant manuscripta (mss), versiones, citationes... Qua in re caute distinguendum est : *a.* inter *antiquitatem* alicujus textus ejusque *valorem ; b.* inter *aetatem alicujus mss vel versionis* et aetatem *textus transcripti vel translati.*

369. — III. — *Loci controversi praecipui : a. interpolatos dicunt* adversarii : Mt. I, II, (l'évangile de l'enfance), XXVII, 3-10 (Judae interitus), XXVII, 52-53 (resurrectiones), XXVIII, 19 (Trinitatis formula)... — Mc. XVI, 9-20 (clausula)... — Lc. IX, 55-56 (nescitis cujus spiritus..), XXII, 43-44 (angelus agoniae, sudor sanguineus)... — Joa. V, 3[4] (angelus probaticae piscinae), VIII, 1-12 (mulier adultera), XXI, 24-25 (clausula) vel etiam c. XXI integrum... — *b. adulteratos dicunt* sat multos, v. g. Mt. XXVII, 9 (sec. Jeremiam), I, 16 (ἐγέννησεν), Joa. I, 3 (quod factum est in ipso vita erat...), I, 13, 18 ; VII, 8...

370. — IV. *Nota : a. dogmatice :* omnes « partes » N. T. esse « canonicas », *de fid. def.*, E, 1787 (1636), 1809 (1656) ; i. e. non tantum partes

dogmaticas, *certum*, sed quaecumque prudenter vocari possunt « partes », *probabilius* — omnes partes canonicas esse *aetatis apostolicae, theologice certum*, cf. n. 274, immo *auctorum quibus tribuuntur*, (quoad Mc. XVI, 9-20, Lc. I, II, XXII, 43-44), Acta S.S., 1912, IV, 463, *communis et practice sequenda ;* (quoad reliquas partes controversas, *respective). — b. critice :* quoad substantiam, *certissimum ;* quoad partes controversas, *respective.*

Prob. I. : libri N^{i}. T^{i}. sunt substantialiter integri.

371. — (Ex ipsa impugnatione). — Liber qui nec multos locos *interpolatos* exhibet, nec multos graviter *adulteratos* dicendus est substantialiter integer tum *quantitative*, tum *qualitative* ; a.; e...

Ad m.: quoad quantitatem patet ex n. 369 *a* ; quoad qualitatem ex n. 369 *b* ; adde has corruptiones esse minoris momenti, cum possint compensari locis parallelis vel aequivalentibus, v. g. narratione aliorum miraculorum indubie genuina, vel assertionibus paribus de conceptu virginali etc.

Prob. II. : melior est conditio N^{i}. T^{i}. quam ullius profani libri.

372. — (Ex subsidiis criticae textualis). — Critice melior est conditio eorum librorum pro quibus suppetunt, *ut nullibi, a.* argumenta seu indicia integritatis, *b.* media restituendi textus primigenii ; a. ; e...

Ad m. : *a.* Indicia ad probandam integritatem sunt α. multiplicitas codicum, β. antiquitas mss.. γ. citationes...

α. *Multiplicitas codicum* juvat quidem, nam impossibile est omnes codices regionum tam dissitarum eodem modo adulteratos fuisse et valde improbabile est e tot diversorum temporum codicibus nullos primaevi vel saltem perantiqui textus testes superesse ; atqui sub hoc respectu praestat N. T. libris omnibus, Vigouroux^{12}, III, 10, n. 2 ; juxta Scrivener, Introd. to the criticism of the N. T.^{4}, 1894, I, p. VIII, adsunt 3791 mss. Cujus rei causa est, quod nullus liber ita adhibitus est ad usum sive liturgicum sive privatum.

β. *Antiquitas mss* juvat ad probandam integritatem, nam procedente tempore crescere solent alterationes sive voluntariae, sive involuntariae, n. 368 ; atqui sub hoc respectu praestat N. T. libris profanis omnibus : « In nullo alio casu temporis spatium intercedit inter libri compositionem atque antiquissimi exstantis mss aetatem aeque breve, atque in casu N^{i}. T^{i}... Solus Virgilius attestationis antiquitate ad N. T. accedit... Nihilominus centum circiter desunt anni, quominus ejus textus aeque bonae sit conditionis ac N. T.» ; Kenyon, Handbook, p. 3 sq. Adde papyros Oxyrhynchi, ibid., p. 18, quorum textum vide apud Graffin, Patrol. orient., IV, 142 sq. : « Mediantibus papyris, diplomatica ac palaeographica N. T. historia fere ad saec. II ascendit, i.e. ultra annum a conscriptis originitus libris 150^{m} » ; p. 209.

γ. *Citationes* multum quidem prosunt, nam valent ut testes aetatis qua factae sunt ; atqui sub hoc respectu praestant iterum N. T. libri ; multi enim Patres eos citant saec. II, multi etiam I, dum Herodoti mentio prima fit ab Aristotele (120 an. post), secunda a Cicerone (400 an. post) ; Thucydides primum allegatur a Cicerone (amplius 300 an. post), n. 364. Adverte tamen singularem hujus inquisitionis difficultatem, tum propter rationem

citandi Patribus consuetam, n. 297 *b*, tum propter alterationes quas eorum textus passus est, Kenyon, p. 205 sq. ; Scrivener, I, 167 sq.

b. Media restituendi textus suppetunt ut nullibi, quia ex multiplicitate lectionum (les variantes) oritur possibilitas dignoscendi adulterationes conscias aut inconscias, n. 368, alterutra methodo sive *genealogiae* (ex codicum mutua dependentia) sive *examinis individualis* (ex computatione optimorum testium). — Hinc cave a puerili admiratione. Quando Mill, N. T. Graec. cum lectionibus variantibus, Oxonii, 1707, edidit 30 000 lect. variantes, res multis scandalo fuit. Hodie vero, editis supra 150 000, Westcott et Hort asserunt 7/8 N. T. partes jam ut authentice restitutas haberi ; Kenyon, p. 6 sq. ; Durand, p. 289 sq.

373. — Scholion. — *De usu Novi Testamenti.*— 1° Ergo, ut *historici*, in praesenti saltem tractatu, possumus ultro dare (non concedere) adversariis locos controversos, iis non usuri, nisi prius eorum genuinitatem probaverimus ; — 2° ut *apologetae*, quemadmodum non debemus dissimulare difficultates criticas ullas, ita nec debemus tolerare ut, propter eas, historia evangelica minoris fiat, *cum melior sit ejus critica conditio quam ullius profanae historiae*.

Ad difficultates.

374. — Lahousse, p. 339 sq.

III. Crisis sinceritatis.

Thes. XXXVIII. — I. Veracitas synopticorum summa est, II. manifestior autem cum apocryphis collata.

P, n. 133 sq. ; Lepin, AA, I, 1684 sq. ; Lahousse, 349 sq.— De apocryphis, cf. n. 291, 480.

375. — Praenot. : I. *Stat. quaest.* — Postquam diximus de evangeliorum *genuinitate*, th. XXVIII sq. et *integritate*, th. XXXVII, aggredimur inquisitionem de eorum *veritate*. Duplex in ea stadium : α. de veracitate, i. e. de objectivitate in intentione scribentis (critique de sincérité), β. de historicitate, i. e. de objectivitate in exsecutione (critique d'exactitude). Veracitas tantum hic respicitur : *a*. non tantum ut *absolute* magna, sed ut *relative* summa ; *b*. ut excludens saltem gravia et *substantialia mendacia*, non autem alterationes leves.

376. — II. *Nota* : *a. dogmatice :* nulla deceptio voluntaria, *theolog. certum* (ex dogmate inspirationis) ; — *b. critice, certum* etiam sensu relativo.

Prob. I : veracitas synopticorum summa fuit.

377. — A. (Ex absentia causarum adulterationi favorabilium). — Cf. Langlois, Introd[3]., p. 140 sq.

a. Neque utilitas humana — sive communitatis nam libri sunt scripti ad usum privatum, non ut apologiae publicae Quadrati, Aristidis, Justini... (ceteroquin plus communitati sperandum non est, quam quod individuis promittitur) — sive individui, quia evangelistae nec sibi,nec sociis, ullum temporale commodum promittunt neque optandum docent, sed tantum persecutiones, Mt. V, 10 sq. ; X, 16 sq. ; XXIV,9 sq, ; Mc. X, 28 sq.;XIII,

9 sq. ; Lc. VI, 20 sq. ; XII, 4 sq., 51 sq. ; XIII, 9 sq. ; XXI, 12 sq... ; quam persuasionem viguisse confirmant tum scripta Pauli, n. 256, tum reliquae epist. catholicae, v. g. I Petr. II, 19 sq. ; III, 17 sq. ; IV, 12 sq. ; V, 9 sq..., tum martyrum constantia.

Egregie Origenes : si non credidissent inutile fuisset mendacium ; si credebant, sufficiebat sinceritas ; Cont. Cels., II, 26, M, 11, 845 c.

Hac in re plurimum evangelistae a Mahumeti sectatoribus differunt, qui terrena commoda ambibant, Durand, RPA, 1908, VI, 765 B.

b. Nec speculationis cura — quia rudes erant (ideoque a Deo electi, Origenes, ibid., III, 39, 972 A) — quia de facto perexigua apparet eorum speculatio, si conferantur cum theologia Pauli (antiquioris) et Joannis (recentioris) et optime consonant cum testimoniis a quibus abest omnis speculatio, ut sunt orationes Act. Apostolorum, n. 259 A.

c. Neque accommodatio litteraria, nam si voluissent, non potuissent: erant enim illiterati, nec praeter V. T. ullum prototypum in promptu habebant (in quo Messias ante eventum perobscure descriptus erat)... — nec de facto artem dicendi, sed simplicitatem sectati sunt, Arnob., Adv. Gentes, I, 58, M, 5, 596 B.

N. B. — Characteres β et γ diversimode singulis evangelistis competunt, praesertim Lucae, qui doctior est,et Joanni,qui formam rythmicam nonnunquam adhibuit et allegorismo indulsit. Hoc tamen sinceritati non nocuisse probabitur ex substantiali omnium concordia.

378. — B. (Ex praesentia causarum sinceritati faventium) :

a. Ex conceptu novae religionis ut nixae in facto recenti. — Provocatio α. ad factum historicum, β. recens, γ. eo loco quo prodiit, vel apud eos qui facilius cuncta verificare poterant, vel saltem apud homines ejusdem generationis, δ. nulla urgente necessitate, est signum ac causa sinceritatis singularis ; a. ita evangelistae ; e....

Ad M. : Signum est, nam nemo mendax, nulla urgente necessitate, conditiones eligit mendacio propagando maxime oppositas. Causa est, nam ipse sibi liberae fictionis facultatem adimit aut saltem restringit.

Ad m. — α. Ad factum provocant, nam *testes* esse volunt : Mt, X, 18 ; XXIV, 14 ; XXVIII, 19, 20 ; Mc. XIII, 9 ; XVI, 15, 16 ; Lc. I, 1-5 ; XXI, 13 ; XXIV, 48 ; Joa. XV, 27; XIX, 35 ; XXI, 24... Pariter, eodem tempore, Act. I, 8, 22 ; II, 32 ; III, 15 ; V, 32 ; X, 39-41 ; XIII, 31 ; XXII, 15 ; XXVI, 16... — β. provocant ad factum *recens,* nam ante an. 70, n. 334 sq. — γ. eo loco quo prodiit, nam Hierosolymis primum, mox in tota Judaea,inde prius in synagogis Diasporae... — δ. absque necessitate, nam nulla religio, neque ante, neque post, ausa est ita recentem historiam invocare, sed tantum occultam traditionem (mystagogi, gnostici) vel supernaturales illuminationes easque secretas (divini, haeretici uti Simon magus,Montanus.. theurgi neoplatonici... Mahumetus) vel ad speculationem...

b. Ex conceptu novae religionis ut traditionis. — Singularis sinceritatis signum est atque causa persuasio qua scriptor nil aliud sibi praestandum opinatur, quam α. custodiendum esse *depositum* traditionis non esotericae

seu secretae, sed publicae, β. a *Redemptore* receptum, γ. de Redemptore *patiente* ; a. ; e...

Ad M. : Sinceritatis signum est nam munus est humile. Veracitatis causa est, α. quia hoc alligat eum publicae rerum famae, (cf. supra, *a*). β. quia cum non putet esse « in ullo alio salutem », propria utilitas eum impellit ne quid in traditione immutet, γ. quia cum redemptoris sui « livore » sanatum se putet, non minus ejus opprobriis atque infirmitatibus, quam ejus portentis, delectatur.

Ad m. : cf. supra : conceptum « testimonii », 377 *a*, infra : conceptum « obedientiae », 378 *c*, cf. 258 *a* ; et tract. de Trad. -- Cetera liquent.

Iterum adverte hunc triplicem characterem esse religioni christianae exclusive proprium.

c. Ex conceptu amoris ut obedientiae. — Singularis sinceritatis signum est atque causa conceptus amoris summi erga proprium heroem ut obedientiae erga eum perfectae ; a. ; e...

Ad M. : Signum est quatenus praesupponit persuasionem illam, nil heroi deesse aut heroem nulla alia re indigere. Causa est, quatenus ille amor *specifice* sumptus contradicit tendentiae amoris *generice* sumpti, scl. alterandae historiae seu herois pro subjectivo lubitu colendi...

Ad m. : Iterum hic conceptus religioni christianae omnino proprius est, neque uno modo et explicite, sed multipliciter inculcatus.

Mt. V. 19 : qui solverit unum de mandatis istis minimis... VII, 21-28 : non ois qui dicit mihi : Dñe, Dñe... ; cf. Lc. VI, 46 sq. — Mt. XXIV, 45 : quis putas est fidelis servus et prudens... cf. Lc. XII, 36 sq., 41 sq. — Mt. XXVIII, 19, 20 : euntes docete... servare oia quaecumque mandavi vobis. — Mt. XVI, 16 : qui non crediderit condemnabitur...— Luculentius expressum : Mt. XII, 46 sq., Mc. III. 31 sq., Lc. VIII, 19 sq. : quicumque fecerit voluntatem Patris... ipse meus frater et soror et mater — vel Lc. XI, 28 : quinimmo beati qui audiunt verbum Dei et custodiunt illud. — In ipso Christi exemplo propositum : Lc. II, 49. : in his quae Patris mei sunt oportet me esse... 51, et erat subditus.. — Pariter ap. Joa. VIII, 31 sq., XIV, 15, 21 sq., XV, 10, 14 : vos amici mei estis,si feceritis quae ego praecipio vobis... — Vividius in exemplo Christi : IV, 34 : meus cibus est... VIII, 26 sq. : quae placita sunt ei facio semper... XIV, 31 : ut cognoscat mundus.., surgite, eamus..

379. — *C.* — (Ex indole rerum quas descripserunt).

a. Nil aut ferme nihil de rebus secretioribus, idealizationi maxime aptis, sed quarum nullus testis exstitit, v. g. de conceptu ac de partu virginali, de intimis cum Deo relationibus, de mysticis donis ac visionibus (exc. Mt. IV, 1 sq , Mc. I, 12 sq., Lc.IV,1 sq. : de tentatione in deserto; Lc. XXII, 43 sq.: de angelo agoniae), de resurgendi modo (exc. Mt. XXVIII, 2 : angelus revolvit lapidem), de dotibus corporis rescuscitati, de ingressu in caelos....

b. Plurima referunt apostolorum aut Christi famae adversantia, v. g. *circa apostolos* in genere : timent, non intelligunt, ambitiosi sunt, fugiunt... ; in specie Marcus est severius erga Petrum, Matthaeus erga Matthaeum, Lucas (seu Paulus) benignior erga Petrum... — *circa Christum :* fugit, occultat se, multa patitur indigna ; convicia plurima contra eum absque apologia narrantur, ita ut videantur evangelistae multa mirabilia reticuisse, nulla odiosa praetermisisse; Chrysost., In Joa. hom. XVII, 3, M, 59, 112 A. Christus oppositas saltem dotes retinet, infirmitatis et potentiae.

Hanc autem complexitatem vel contradictionem mendaces scriptores vel caute vel sponte vitassent.

c. Res christianas et judaïcas ita implexas describunt ut debuerunt esse, eo tempore quo nova oeconomia veterem nondum deleverat, utrasque pariter reverendo, v. g. Legem Moysis, Mt. V, 17 ; auctoritatem sacerdotum, Mt. XXIII, 2 ; zelum Christi erga ritus et festa... paritatem fere omnimodam apostolorum...

Prob. II : synopticorum veracitas ex apocryphis manifestior fit.

380. — Liquet ex characteribus oppositis.

Cf. Tholuck, (trad. de Valroger), Crédib. de l'hist. évang., Parisiis, 1847 ; J. Variot, Les évang. apocryphes, Parisiis, 1878 ; Mgr. Freppel, Pères apost[4]., c. II, III, p. 32 sq. ; Fillion, Les SS. évang., Introd., 1899, p. 107 sq., 120 sq.

381. — Scholion. — *De nexu inter veracitatem et amorem.* — Nullo modo diffitendum est amorem *generice* sumptum favere idealizationi, sed negandum est, saltem quoad substantialem mutationem, de amore Christi, propter rationes allatas, n. 378 *c.* Immo, si bene advertas ; *a.* videbis amorem Christi historici diversum in diversis sectis causam esse diversae agendi rationis sive in scribendis libris, sive in servandis libris canonicis ; *b.* intelliges Christi consilium sive in eligendis, sive in informandis, sive in edocendis apostolis suis : magis quippe curavit de speciali amoris forma inculcanda, quam de multiplicandis legibus, ritibus aut libris.

Ad difficultates.

382. — Lahousse, De vera relig. p. 357 sq.

IV. Crisis Veritatis.

Thes. XXXIX. — Moralis certitudo de synopticorum evangeliorum historicitate inde jam oritur, quod ab hominibus maxime sinceris eo tempore in eisque adjunctis scripta sunt, quae facilem faciebant debitam de factis admodum recentibus eruditionem.

383. — Praenot. : I. *Status quaest.* : *a.* Intendimus jam probare evangelistas quod *veraciter* referre volebant (critique de sincérité, n. 375 sq.) *feliciter* expressisse (critique d'exactitude), *saltem quoad rei substantiam* ; *b.* verum cum in re historica certitudo perfecta vix eruatur nisi ex convergentia indiciorum, non intendimus probationem *evidentem* facere, n. 225, nisi ex thesium seq. XXXVIII-XLI convergentia ; *c.* hic autem praevie ac sejunctim argumentum proponimus gravissimum ex adjunctis redactionis.

Juxta dicta superius, n. 260, narrationis synopticae *substantialem* historicitatem intelligimus : *ea saltem praecipua asserta circa Christi sive vitam, sive indolem, sive doctrinam, sive opera, propter quae credidisse se evangelistae testantur et credendum omnibus praedicant, agnoscenda esse, qua facta sensibilia, critice seu historice certa.* — Ea vide ibidem recensita. Quae omnia narrata defendimus *prout originitus fuerunt, non prout sub finem aevi apostolici evolvi coepta sunt, licet pro diversitate fontium ac scopi alius aliter ea narranda susceperint.*

384. — II. *De fontibus synopticorum.* — Habebant nimirum in promptu :

a. traditiones locales (seu communitatum) e prioribus catechesibus ortas sive Christi, v. g. in Galilaea..., sive apostolorum, v. g. Antiochiae...

b. traditiones scriptas, i. e. vel prima narrationis evangelicae tentamina, Lc. I, 1. 2, (Jacquier, Hist., II, 8 ; Knabenbauer, In Lc., p. 30-39), vel collectiones λογίων seu sententiarum ex his evangeliis, vel ex traditione orali excerptarum, n. 297 *c.*

c. traditiones individuales praecipuorum testium praeter apostolos, v. g. septuaginta discipulorum, sanctarum mulierum, Mariae ejusque cognationis...

d. traditiones duodecim apostolis proprias...

Haec series prae oculis est habenda, ut intelligatur : α. possibilitas quae affuit evangelistis, sive apostoli fuerint, sive apostolorum socii, emendandi et complendi fontes a quibus tamen manifeste pendent, β. problematis litterarii (de respectivo horum fontium usu) complexitas. Ita v. g. Marcus potest consentire in multis cum Q, quin id documentum noverit ; Lagrange, S. Marc, p. XIX ; cf. n. 331.

385. — III. *Nota theseos :* valor hujus argumenti *critice certus* ; historicitas synopticorum, cf. n. 392.

386. — **Probatur synopticorum historicitas ex adjunctis redactionis.** Testis verax, qui potuit recte informari, censendus est, saltem quoad rei substantiam, veritatem expressisse ; a.; e...

Ad m. : Synoptici *a.* veraces erant, n. 375 sq., ut qui maxime. — *b.* recte erudiri potuerunt : probatur α. *ex natura factorum :* facta enim praecipua publica erant, facile cognoscibilia (qua sensibilia), ut fit in omni verificatione elementari, Langlois, Introd. aux étud. hist.[2], p. 156 ; item praecipua puncta doctrinae elementaris debuerunt praesertim apud rudes auditores saepe iterari ; potuerunt ergo facile edisci... — β. *ex copia fontium*, n. 384, — γ. *ex persona scribentium*, qui aut immediati testes fuerunt, aut immediatorum testium socii, n. 351 sq. — δ *ex tempore scriptionis*, quia intra an. 35-70, n. 330 sq., non affuit tempus ad substantialem traditionis corruptionem.

387. — **Coroll.** : I. *De historicitatis certitudine.* — Allatis argumentis thesis praecedentis (evangelistas voluisse vera narrare) et praesentis (eos potuisse id efficere), quae sunt sensui communi magis obvia et ex se validiora, vides quantopere prudentia exigat, ut ea moralis certitudo non deseratur, nisi propter rationes validas et aequales, neve per dialecticas aut exegeticas subtilitates obnubiletur, n. 39.

388. — II. *De heterodoxis systematibus.* — Immo ex supradictis corruunt jam fundamenta systematum rationalistarum, quae ad « legendarum » evangelicarum elaborationem tempus sat longum exigebant.

Audi v. g. D. Strauss : « Res esset profecto, ait, quoad biblicae historiae credibilitatem determinantis ponderis, *von entscheidendem Gewichte,* si scripta probaretur ab oculatis testibus, aut etiam ab hominibus cum his eventibus proxime tempore conjunctis. Licet enim etiam apud immediatos testes errores ac proinde falsae relationes irrepere possint, iis tamen inconsciorum errorum campus (conscium enim mendacium non ita difficile agnoscendum se praebet) longe angustior patet, quam cum narrator ab eventibus longo temporis intervallo remotus est suasque relationes ab ore aliorum accipere cogitur » ; Das Leben Jesu[5], I, 73. — Relicto fundamento adeo aprioristico, conclusionem retinere satagit A. Harnack, quia de legendarum elaboratione regulae nullae determinari possunt ; Neue Unters. zur Apostelges., 1911, p. 80 sq.

Thes. XL. — Ex critica traditionis orthodoxae externa, constat saltem de synopticorum historicitate substantiali.

Lagrange, Jésus et la critique des évang , Bull. de litt. ecclés., 1904, p. 1-25 ; F.-H. Chase, The gospels in the light of historical criticism, Cambridge theol. essays, 1905, p. 371 sq. ; Lepin, Jésus, Messie et Fils de Dieu², p. xxxix sq. ; Batiffol, Orpheus et l'évang., p. 205-279 ; Mangenot, Évang. syn., p. 1-89.

De rationalistarum placitis : Vigouroux, Les livres saints et la critiq. rational., I et II ; Cornely², I, 742 sq. ; Fillion, Les étapes du rationalisme, Parisiis, 1911.

389. — **Praenot.** I. *Status quaest.* : cf. n. 383.

390. — II. *Rationalistarum placita* : P, n. 110. — Recenseri possunt :

α. systema *accommodationis dogmaticae* (Semler) : Christus falsa docuit, ut se Judaeorum mentibus accommodaret ; quae sunt jam emendanda.

β. syst. *mythismi biblici*, seu inconsciae idealizationis (Schola Tubingensis, duce Strauss, Vigouroux, II, 442 sq. ; Chassay, apud Migne, Dém. évang., XVIII, 581 sq. ; Jéhan, Dict. apolog., I, 221 sq.). Ita Renan ejusque asseclae.

γ. syst. *tendentiarum*, seu voluntariae deformationis juxta oppositas « tendentias » Petrinismi et Paulinismi (schola neotubingensis, duce Baur, Vigouroux, II, 464 sq — recentius et moderatius, Holtzmann, Loisy, Nicolardot).

δ. *schola Ritschliana*, admittens admixtionem fabularum et subsequentem « hellenizationem » (Harnack).

ε. *schola syncretica* (religionsgeschichtliche), quae N. T. explicari vult ex antiquis religionibus ethnicis (Bousset, Gunkel... Reinach).

391. — III. *De ordine criticae.* — Quoties de libris sacris agitur, cujuscumque sint religionis, qui doctrinam revelatam tradere volunt, prudentia exigit:

a. ut ordiatur critica a crisi *non doctrinae sed factorum*, saltem ubi doctrina non evidenter repugnat ; quia mysteria extrinsece tantum verificari possunt

b. ut ordiatur *a factis praecipuis*, quae velut clavis sunt reliquorum ; etenim : α. certa portentorum species potest concedi in *praemium* fidei, alia in fidei *probationem* ; proinde cum utriusque character longe diversus esse possit, a posteriori serie incipiendum est ; — β. fieri potest ut ex unione principiorum diversorum in propheta, v. g. virium humanarum et doni miraculorum, vel naturae humanae et divinae, characteres oppositi appareant; haec ergo facta prius examinanda sunt quae hujus oppositionis causam illustrare possunt ; secus alterutram seriem critica rejiciet ut fictitiam.

Quapropter in evangeliis dijudicandis incipiendum est a verificatione assertorum graviorum, imprimis de Christi resurrectione, de ejus miraculis et de reliquis punctis supra enumeratis, n. 260. Hic probabimus omnia haec asserta collective (quatenus impossibile est errorem vel de uno gravissimo puncto in nostros textus irrepsisse), sed propter rei momentum probabimus postea sejunctim tum resurrectionem, tum potestatem thaumaturgicam.

392. — IV. *Nota : a. dogmatice* : nullum adesse errorem formalem, *theol. certum* ; substantiam esse historicam, *de fide*, immo quaedam puncta *de fid. defin.* ; *b. critice*, saltem ex convergentia thes. XXXIX-XLII, *certissimum*.

A. **Probatur historicitas ex consensu cum traditione scripta.**

393. — Recte narrasse censendi sunt, saltem quoad substantiam, testes qui *a.* vera referre voluerunt, *b.* recte edoceri potuerunt, *c.* independentes

exstiterunt, *d.* substantialiter tamen inter se concordant ; a. synoptici. . ; e...

Ad M. : recole principia jam exposita, n. 261.

Ad m. : *a.* eos *veraces* fuisse probatum est n. 375. sq.,

b. eos recte *eruditos* esse probatum est n. 383 sq.,

c. eorum *independentia* non est quidem omnimoda, cum iisdem partim fontibus usi sint, n.331, sed manifesta tamen ac sufficiens ; ut patet : α. *ex fontibus unicuique propriis*, nam constat Matthaeum usum esse fonte Q (vel rectius ejus evang. esse fontem Q, cf. n. 324 sq.), Marcum adhibuisse traditiones Petri, Pauli, Barnabae et probabiliter traditiones affines fonti Q, Lucam usum esse traditionibus Pauli, Marci, Philippi, Barnabae, mulierum quarundam (forte Mariae, matris Christi) atque eorum « qui ab initio ipsi viderunt ac ministri fuerunt sermonis » ; I, 2 ; Vigouroux[12], III, 93 sq.; Batiffol, Orpheus, p. 153 sq. — β. *ex fine diverso*, nam Matthaeus scribit ad Judaeos de messianicitate ac de doctrina morali, Marcus ad ethnicos de vita Christi ejusque miraculis, Lucas de misericordia Christi ac de universalitate salutis, quemadmodum Paulus ad varios de lege mosaïca ac de tota oeconomia salutis, Joannes ad Asiaticos de Christi divinitate ; quem ad finem singuli suam narrationem ordinant. — γ. *ex libero usu fontium ;* nam libere addunt fontibus suis ac libere omittunt quod eis non placet, sive quia non facit ad proprium scopum, sive quia minus recte dictum eis videtur, Luc. I, 1-5, sive quia meliora dicturos se putant ; quae libertas tanta est, ut non vereantur dissentire ab assertionibus auctoritate jam magna confirmatis, uti Matthaei Graecus interpres erga Mc., uti Lucas erga Mt. et Mc., v. g., de titulo crucis, de trina Petri negatione, de ultimis verbis Christi, de apparitionibus...

d. eorum tandem *concordia* evidens est, saltem quoad puncta quae habent manifeste ut praecipua, cf. n. 260.

394. N. B. : Ut pateat vis hujus argumenti, argui potest ex concordia inter solos synopticos, cf. n. 260 *b* ; verum augeri multum potest, si consideratur eorum concordia cum substantia testimonii Paulini aut Joannei. « Haben wir Johannes einen verklärten Matthäus genannt... so kann man ihn ebensowohl auch einen verklärten Markus und Lukas nennen... Die drei Hauptzwecke der Synoptiker finden sich also sämtlich bei Johannes wieder. Dass kann nicht zufällig sein » ; Harnack, Lukas der Arzt, p. 118, n. 3.

B. **Probatur historicitas ex consensu cum traditione orali.**

395. — Recte narrasse censendi sunt, saltem quoad substantiam, testes ceteroquin veraces ac recte eruditi, quorum scripta a testibus idoneis ac independentibus recepta sunt ut canonica ; a. ; e...

Ad m. : Post thes. XXXVIII et XXXIX sufficit ostendamus eos *approbatos* esse a testibus *independentibus* et *idoneis* ; sunt autem duplicis generis :

a. communitates primaevae : α. *probarunt* synoptica evangelia ; liquet ex thes. XXVIII, n. 275 sq. et XXIX, 296 sq. — β. *independentes* erant, tum quatenus a diversis apostolis vel apostolicis viris fundatae diversis singulae traditionibus studiosius inhaerebant, tum quatenus regione, lingua ac moribus diversae ; — γ. *idoneae* erant, sive ad recipienda, sive ad rejicienda evangelia scripta, tum quia evangelii oralis sui naturaliter tenaces

esse debuerunt, tum quia omnis communitas praesertim rudium est difficile mobilis, tum quia Ecclesia quae haec evangelia tamquam canonica exclusive recepit, ea est exclusive quae traditionis zelum ac Christi amorem usque ad martyrium professa est : nempe ab an. 64 ad an. 210, intra quam periodum canon catholicus est constitutus, Ecclesia catholica quinque generales persecutiones superavit (Neronis, Domitiani, Trajani, M. Aurelii, Severi) ; aliis verbis, ecclesia synopticorum est ecclesia martyrum.

b. hierarchia primaeva, i. e. saltem apostoli, testes praecipui primaevi et episcopi quos constat mox ab eis constitutos esse : α. *probarunt* ea evangelia, ut patet ex criterio antiquo canonicitatis, scl. apostolicitatis, n. 292 *c*, et ex traditionibus de approbatione singulorum evangeliorum vel a Petro, vel a Joanne presbytero, vel a Joanne apostolo, quae declarant saltem ecclesiarum mentem... — β. *independentes erant*, quia nulla tunc nec Conciliorum nec Primatus Romani auctoritas uniformitatem inducebat, sed singuli apostolici viri sibi relicti erant et, si Petrum excipias, pari apostolatus titulo gaudebant.. — γ. *idonei erant*, tum primaevae historiae cognitione, tum vigilantia quam testantur epistolae apostolicae ejudem temporis (Pauli, Joannis, Petri...) vel temporis proxime sequentis (Ignatii, Polycarpi, Pseudo-Barnabae...), fortuna longe diversa apocryphorum etiam antiquiorum, n. 291, atque, ut videtur, usus approbandi « apostolos » vel « evangelistas » itinerantes per « litteras communionis »; cf. I Cor. XVI,3 ; II Cor. III, 1 ; Act. XV, 23, 30 ; XVIII, 27 ; XXVIII, 21..., tum fidelitate usque ad effusionem sanguinis, quam testantur ex ecclesia Hierosolymitana, an. 33, Stephanus, an. 43, Jacobus, an. 62-64, Jacobus minor, ex Romana, Petrus et Paulus, c. 64-67, ex Antiochena, c. 107, Ignatius, ex Smyrnensi, c. 155, Polycarpus..., ita ut qui recipiendis synopticis praefuerunt iidem profundendo praefuerint sanguini.

396. — **Scholion.** I. *De valore critico praecedentis argumentationis.* — Lex est ex praecipuis criticae « singula documenta interpretanda esse in suo medio historico », ergo α. graviter errant sive acatholici quamlibet traditionem ecclesiasticam respuentes, sive catholici nimium in hac re timidi : Ecclesia enim, critice non dogmatice spectata, est medium in quo et a quo prodiit evangelium... — β. sub hoc respectu iterum evangelia nostra quibuslibet libris praestant : nullus enim ita ex opinione regnante ortus est, nullus per eam ita verificatus, ut primum prodiit, nullus ita confirmatus per orbis consensum.

Recte quidem — quanquam quoad hujus evangelii substantiam multum a nobis dissentit — D. Harnack traditionem oralem « quintum evangelium » vocat ceteris praestantius : « Ausser den vier geschriebenen Evangelien besitzen wir noch ein fünftes, ungeschriebenes und es spricht in mancher Hinsicht deutlicher und eindrucksvoller als die vier anderen — ich meine das Gesamtzeugnis der christlichen Urgemeinde » ; Das Christent. u. die Geschichte, Reden u. Aufsätze², II, 17 ; cf. von Lehner, Die Marienverehrung, p. 9.

397. — II. *De valore relativo approbationis per communitates et per hierarchiam.* — Approbatio communitatis anonyma nequit probare nisi substantiam, nam ad reformandos errores etiam objectiones quorundam vix

aliquid potuissent. E contra approbatio hierarchiae multo efficacior est, nam constabat hominibus melius edoctis et apta auctoritate instructis. Critice tamen haec ratio non excludit omnem omnino errorem, nam constare nequit hierarchiam omnes errores etiam minimos *naturaliter* detegere aut arcere potuisse.

398. — **Coroll. I.** *De diversa auctoritate critica apocryphorum et canonicornm.* — Ex probatis liquet quam falsa sit theoria inducta a Voltaire, libros nimirum canonicos arbitrario modo electos esse inter apocrypha, Vigouroux, Les livres saints, II, p. 255 sq.,vel theorias huic affines, cf. n. 292 *c.*

399. — II. *De redactione canonicorum anonyma.* — Patet etiam quam erronea sit theoria proposita a Strauss,ap. Vigouroux,II, 442 sq., a Renan, Vie de Jésus[13], p. LIV sq., a Loisy, Évang. synopt., I, 199, scl. evangelia nil aliud esse quam compilationes collectionum privatarum de quibus n. 297 *c.*

Potest nimirum concedi quasdam collectiones λογίων privatas auctas esse libere alibi aliter, sed negandum est omnino compositioni evangeliorum canonicorum nullam affuisse criticam, neque ullam hierarchiae vigilantiam praefuisse.

Hinc jure damnatae prop. 13, 14, 15 decreti « Lamentabili », E, 2013 sq.

400. — III. *De Synopticorum apparentibus contradictionibus seu enantiophaniis.* — Cornely[2], III, p. 189 sq. ; Vigouroux[12], III, 125 sq. ; Tholuck, trad. Valroger, Essai sur la crédibilité de l'hist. évang., c. v. p. 444 sq,

Ad difficultates.

401. Mangenot, Évang. synopt. p. 29 sq. ; Lahousse, p. 357 sq.

Thes. XLI. — I. **Synopticorum historicitas substantialis probatur etiam multipliciter ex critica interna, II. quin contra eam invocari possit sive quaedam evangelistarum in scribendo libertas, III. sive narrationum divergentiae, IV. sive indoles Christi apud singulos aliquatenus diversa.**

De singulorum historica methodo, compendiose Jacquier, Hist[4], II, (Mt) 383 sq., (Mc) 417 sq., (Lc) 459. — De elementis secundariis, Mangenot, RCF, 1908, LIII, 717 sq. ; 1909, LVIII, 129 sq. ; brevius, Évang. syn., p. 65 sq., ; cf. ejus crisim a [Moissonnié], Ami du du clergé, 1909, p. 125 sq, 757 sq.

402. — **Praenot.** : I. *Finis theseos* : eodem tendit ac praecedens, cf. n. 389, eandemque respicit substantiae definitionem, cf. n. 383, sed alia via historicitatis verificationem instituit, nempe inquirendo de conscriptionis processu ac successu. Pars I rem positive probat, ex indiciorum convergentia ; partes II, III, IV praecipuis difficultatibus satisfaciunt.

403. — II. *De fontium alteratione* : *de jure*, quemadmodum critica fontes adhibitos discernere valet, potest etiam in quibusdam adjunctis plus minusve certo distinguere quid in documentis primitivis immutatum et quo jure. Vocabitur ergo *elementum primarium* quod fideliter primaevum factorum characterem retinet, *elementum secundarium* quod signa alterationis prodit,

elementum redactionale quod, salva narrationis substantia, inductum est ordinandae materiae causa, quemadmodum transitiones plusminusve artificiales, designationes temporis indeterminatae...

De facto, rationalistae in his elementis discernendis supra modum subjectivis praejudiciis indulgent ; cf.Loisy, Les évang. synopt., 2 in-8°, Ceffonds, 1907-1908, (cf. crisim RPA, VI, 753 sq., 851 sq.) ; Nicolardot, Les procédés de rédaction des trois premiers évangélistes, Parisiis, 1908.

404. — III. *Nota* : cf. supra, n. 392.

Prob. I : historicitas substantialis ex convergentia indiciorum colligitur. — Quatuor indiciorum series vicissim examinari possunt :

405. — 1° (Ex redactionis methodo). — Substantialiter vera habenda sunt scripta *a.* bonis fontibus nixa, *b.* iisque critice adhibitis ; a. ejusmodi sunt evangelia synoptica ; e...

Ad m. : *a. Bonis fontibus evangelia synoptica niti liquet :* α. *quoad fontem Q*, fatentibus etiam rationalistis, Harnack, Sprüche u. Reden, p. 172 sq ; Lukas der Arzt, p. 115, n.1 ; Loisy, Évang. syn.,I,199. Hic autem fons communis est Matthaeo et Lucae, et Marcus traditionem adeo affinem secutus est, ut difficile sit statuere utrum eundem adhibuerit ; Lagrange, S. Marc, p. CIII sq. — β. *quoad fontes proprios* : ex natura additionum sat facile est advertere scriptores non ad libitum fingere, sed addere quod ex relationibus cum quibusdam primaevis testibus nosse potuerunt. Ita Marcus addit praecipue de rebus Petri, Vigouroux[12], III, 72 ; Lagrange, S. Marc, p. CI sq. Ita Lucas praecipue de rebus quas a mulieribus audire potuit, v. g. a Suzanna, VIII, 1-4 ; a Johanna, uxore Chusae, Herodis procuratoris, a qua accipere potuit res apud Herodem gestas, XXIII, 6-12. Solus eas mulieres nominat ; cf. Batiffol, Orpheus, p. 184 sq. Item Matthaeus, quoad capita I et II, videtur sequi traditiones a Joseph derivatas... Valor autem fontium probatur ex indole additorum (archaïca, sobria...), ex eorum cohaerentia tum cum certis hominis relationibus (v. g. Marci cum Petro), tum inter se (si fingeret scriptor, indifferenter narraret quasi *omnium* secreta novisset, non unius, v. g. Joseph, Petri, mulierum...),tum cum partibus critice magis certis...

b. Critice adhibitos esse fontes (non tamen eadem acribeia qua nunc), constat α. *ex independentia scriptorum* erga eos, cf. n. 393 *c* ; β. *ex natura rerum quas proferunt*, e quibus nulla ridicula est, aut absona (seclusis prejudiciis philosophicis), aut certe ejus generis quo delectantur apocrypha, cf. n. 380.

406. — 2° (Ex charactere archaïco). — Historica habenda sunt scripta, quae sub respectu *a.*linguae, *b.*institutionum, *c.* affectuum, *d.* doctrinarum, fideliter referunt non statum coaevum redactionis, sed statum coaevum eventuum, quos narrandos suscipiunt ; a. ; e...

Ad m. : *a. archaïsmus linguae.* — Evangelia synoptica Aramaïsmis scatere videntur ; ergo has locutiones habent vel ex fontibus perantiquis quos consulunt, vel ex testibus immediatis, nam lingua Aramaïca paucos annos in usu fuit inter fideles.

Res sat manifesta est in fonte *Q* et in primis capitibus Lucae. Ne tamen hic excessu peccetur, media via incedendum est, inter eos qui aramaïsmum dicunt quidquid non est optimae graecitatis et eos qui aramaïsmos adesse negant, ex eo quod papyri et ostraka nuperrime exhibuerunt linguam valde affinem (praesertim post labores DD. Moulton, Deissmann...) Lingua enim horum textuum non parum pendet a Judaeis Alexandrinis et Aegyptiis. Vide, rectius ac P, n. 129, Jacquier, Hist., III, 325 sq.

b. archaïsmus institutionum. — Item α. descriptio Judaeae sive topographica, sive politica, egregie respondet statui rerum ante an. 70, licet postea valde fuerit immutatus. Quae res eo magis fidem facere debet, quod nullibi evangelistae archaïcas institutiones propter se ipsas describere videntur, ut mos est eruditis aut pseudepigraphis, ostentationis gratia; β. e contra nil fere habetur in evangeliis quod alludat statui Ecclesiae aut nascentis, aut adultae, v. g. de hierarchia ejusque juribus, de communitatibus ut a synagogis distinctis, de persecutionibus ut jam desaevientibus...

De archaïsmo in genere, Lepin, Jésus Messie[5], p. XXII sq. — *De consensu cum historia profana*, Paley, Evidences of Christianity, p. II, c. VI, Works, Londini, 1825, I, 266 sq., apud Migne, Dém. évang., XIV, 848 sq.; Wallon, Croyance due aux évang[2]., p. II, c. I, p. 253 sq. — Neque probatur ullo modo synopticos, ne Lucam quidem, usos esse aliis libris, v. g. Flavii Josephi; Zahn, Einleitung in das N. T.[2], II, 396 sq., 416 sq.; Harnack, Neue Unters. zur Apostelgeschichte, p. 80, n. 1.

c. archaïsmus affectuum. — Pariter α. egregie depicti sunt affectus pristini, v. g. pharisaeorum et sadducaeorum contra invalescentem Messiam..., vel messianicae ideae omnino primaevae, i. e. regis Israelitici potentis..., item formalismus Judaeorum et legalismus fidelium a Synagoga nondum sejunctorum... β. e contra nil expressum est de affectibus christianorum aevi posterioris, v. g. de antinomismo, gnosticismo, haeresi judaïzante... Quae mox evolvi debent adhuc velut in germine latent, v. g. universalismus, exspectatio parousiae...

Lepin, Jésus Messie[5], p. LXII sq.; Rose, RB, 1899, p. 224 sq.; Lagrange, Messianisme, Parisiis, 1909, p. 66 sq. et passim.

d. archaïsmus doctrinae. — Patet ex forma concreta omnium doctrinarum, ex absentia speculationis de punctis quae (systematice seu philosophice spectata) majores difficultates creant (praeexistentia Filii, ejus divinitas, consubstantialitas...), ex absentia praeceptorum de doctrina evangelica tanquam sejunctim constituta (ut « deposito » vel « traditione »)...

407. — N. B.: Uti supra fecimus quoad scripta B. Pauli, n. 260 *b*, evangelia synoptica prius consideranda censemus perinde ac si nullos alios textus haberemus. Juvat vero considerare quantum roboris accedat argumentis supra expositis ex collatione synopticorum cum epistolis Pauli, quae, licet antea scriptae, omnia multo magis evoluta describunt: α. *quoad linguam*, — stylus longe liberior est a formis aramaïcis; e contra scatet verbis ecclesiasticis, quae absunt aut vix adsunt in evangeliis: πρεσβύτερος, ἐπίσκοπος, ἐκκλησία, παράδοσις, εὐαγγέλιον, οἰκονομία, μυστήριον,... β. *quoad institutiones*, — supponit Paulus communitates jam a synagogis distinctas, hierarchice ordinatas... γ. *quoad affectus*, — dum synoptici toti sunt in refellendis pharisaeis, scribis ceterisque sectae nascentis adversariis, Paulus totus est in refellendis Judaeochristianis ac gnosticismi fautoribus; idem dicito de messianismo ... δ. *quoad doctrinam*, — idem patebit, si contuleris christologiam, soteriologiam, pneumatologiam, ecclesiologiam Pauli ejusque ἐπίγνωσιν cum synopticorum assertis, Vigouroux[12], IV, 555 sq.

Brevi, tres praecipui characteres diversitatem signant ac simul aetatem posteriorem denuntiant : *deductio* multarum doctrinarum in synopticis tanquam in germine latentium, *systematizatio* seu synthesis theoretica, v. g. de « oeconomia », de « mysterio », *impugnatio* adversariorum recentiorum.

408. — 3° (Ex intrinseca librorum cohaerentia). — In quolibet opere magna praesumptio habetur substantialis saltem historicitatis, ubi omnes partes inter se logice cohaerent et partes in se minus certae apparent moraliter connexae cum partibus magis certis ; a. concessa, ut fit a plurimis hodie criticis, historicitate fontis *Q*, reliquae partes apparent aut congruentes aut necessariae ; e...

Ad m. : nam praedicatio qualis describitur in fonte *Q* : α. *supponit eam miraculorum abundantiam* quam synoptici libri asserunt. Ecquis enim crediderit miracula ibi promissa ut signa messianica nullibi esse narrata ? Vide Mt. XI, 2-6, Lc. VII, 18-23 ; Mt. XII, 22 sq., Lc. XI, 14 sq. ; Mt. X, 7, 8, Lc. X, 9... Fusius infra, n. 548 *d* ; — β. *exigit hanc partium divisionem* erga Christum (sive scribarum et pharisaeorum, sive rudium) easque machinationes, immo forte solutionem violentam Passionis... — γ. *requirit*, mutata mox animorum dispositione, *modum praedicandi diversum* (per parabolas)... — δ. *supponit jam in Christo eas animi dotes* quas synoptici fusius sed non alias descripserunt.

409. — 4° (Ex synopticorum transcendentia). — Causae transcendentes non sunt absque necessitate multiplicandae ; a. si singulorum synopticorum narratio non est substantialiter vera, non tantum quoad partes communes, sed quoad partes singulis proprias, causae transcendentes essent contra omnem verisimilitudinem multiplicandae ; e...

Ad M. : miracula moralia etiam sensu lato casus singularis, v. g. heroicae virtutis aut sublimioris ingenii non sunt admittenda nisi justis de causis...

Ad m. : etenim nisi Christus fons sit unicus doctrinae adeo sublimis, adeo universalis quoad tempora et loca, adeo efficacis sive quoad substantiam suam, sive quoad propositionis modum, expressae quidem sive in sermonibus, sive (quod difficilius fingitur) in actibus ei attributis, revera in illo medio historico, unde ortae sunt naeniae apocryphorum et rabbinorum, tria stupenda ingenia nata essent, *majora quidem Christo*, si quae addiderunt historiae e proprio penu desumpserunt. Vide v. g. quae Lucas addidit, n. 412 α.

Quid si idem miraculum admittas in Paulo et in Joanne !

Quid si in turba anonyma, quam rationalistae tanquam λογίων auctorem designant, n. 399 !

Prob. II : historicitati non nocet synopticorum in scribendo libertas.

410. — *Exponuntur prius facta.* Libertas synopticorum in hoc est : α. *quod ordinem logicum praeferunt chronologico ;* hinc saepe approximative tantum tempora ac loca designant, immo quandoque formulis omnino indeterminatis ; integras periodos omittunt ; congerunt quandoque utilitatis gratia quae de eadem materia diversis temporibus sunt dicta... — β. *quandoque par-*

ticularitates asserunt pingendi causa, ex conjectura probabili, praesertim Marcus, qui internos Christi vel apostolorum sensus libenter describit, vel narrat quid Christus fecerit, dum solus versaretur... — γ. *leviter immutant claritatis causa,* v. g. Mc. II, 4, ἀπεστέγασαν τὴν στέγην... Lc. V, 19, διὰ τῶν κεράμων...

Unde sic : historicitati substantiali non nocet α.quod in mente scriptorum ad eandem inculcandam substantiam adhibitum est, β. quod judici critico, relate ad substantiam illam, revera accidentale est habendum ; a. ; e...

Prob. III : historicitati non nocent divergentiae.

411. - Sunt enim hae divergentiae α. *vel in rebus minoris momenti,* tunc apte explicantur ex libertate supradicta, quae possibilitatem nobis aliquando tollere potest singulas narrationes *ad verbum* conciliandi ; cf. n. 410. — β. *vel in rebus majoribus,* v. g. quod Lucas universalismo inculcando magis studet, Matthaeus e contra doctrinae morum, Marcus thaumaturgicae potentiae describendae... Verum haec *diversitas* non est realis *oppositio* : unusquisque diverso gradu certa puncta illustrat, sed apud omnes vestigia saltem earundem doctrinarum, vel indicia eorundem factorum haud obscure apparent. Ceterum hanc diversitatem accuratius explicabit n.412.

Prob. IV : nec nocet indoles Christi apud singulos diversa.

412. — 1° *Exponuntur facta* : α. Nullomodo diffitendum est apud Mt. magis elucere characterem messiae promissi, apud Mc. thaumaturgi, apud Lc. redemptoris universalis ejusque erga peccatores clementiae,quemadmodum apud Joa. divinam transcendentiam.

Sufficit v. g. commemorare quaedam *a solo Luca* enarrata : VII, 11 sq. (filius viduae) : et dedit illum matri suae ... ; XI, 27, 28 : quinimmo beati qui audiunt... ; VII, 37 sq. (Magdalenae poenitentia) ; VII, 40 sq (duo debitores) ; X, 30 sq (de bono Samaritano) ; X, 38 sq. (Martha et Maria) : optimam partem elegit...; XIV, 7-12 : recumbe in novissimo loco...; XV, 3-8 (ovis amissa — brevissime Mt. XVIII, 12-14) ; XV, 8 (amissum drachma) ; XV, 11 sq. (filius prodigus) ; XVII, 11 sq. gratitudo leprosi) ; XIX, 1 sq. (prandium apud Zachaeum) ; XIX, 42 (lacrymae de urbe) ; XVIII, 2 sq. (de judice iniquo ac vidua) ; XVI, 19 sq. (de Lazaro et divite malo) ; XVIII, 10 sq. (de pharisaeo et publicano) ; XXII, 24 sq. : qui major est fiat sicut minor...; XXII, 51 (sanatur Malchus) ; XXIII, 28 : nolite flere super me... ; XXIII, 34 : Pater, dimitte illis... ; XXIII, 39 sq. : hodie mecum eris... ; XXIII, 46 : Pater, in manus tuas...

β. Immo, in his quae communia habent, videntur quae sunt duriora ab uno aut altero emendata. Inde proni sunt nonnulli ad affirmandum magis sincerum esse, qui magis rudis est, nempe Marcum.

Sint in exemplum : Mc. III, 5 : μετ' ὀργῆς ; Lc. VI, 10 (omittit) ; — Mc. X, 14 : ἠγανάκτησεν ; Lc.XVIII, 16 (omittit) ; — Mc. I, 34, ἐθεράπευσεν πολλούς ; Mt. VIII. 16 : πάντας ; Lc. IV, 60 : αὐτούς ; cf. Mc. III, 10 ; Mt. XII, 15 ; Lc. VI, 19 ; — Mc. VI 5 : et non poterat ibi virtutem ullam facere, nisi paucos infirmos... curavit, et mirabatur propter incredulitatem eorum ; Mt. XIII, 58 : et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem eorum ; Lc. IV, 23 sq. (totam rem omittit) ; — Mc. I, 26 : σπαράξαν ; Lc. IV, 35 : μηδὲν βλάψαν ; — Mc. XIII, 32 : de die autem illo... nemo scit, neque angeli, neque Filius ; Mt. XXIV, 36 (item) ; Lc. XXI (omittit) ; — Mc. XV, 34 ; Mt. XXVII, 46 : utquid dereliquisti me ; Lc. XXIII, 46 : Pater, in manus tuas..

2° *Explicantur facta,* illaesa scriptorum veracitate : α. *ex indole propria narrantis vel testis a quo pendet,* sive ex conjectura probabili fingat, vividius

quam sobrius, sive praecipue pingat, quae melius intellexit, v. g. res miras potiusquam profundas, externas potiusquam internas. Ita Marcus a Petro edoctus, non tantum ubi de Christo agit, sed etiam ubi de apostolis, aut de re materiali ; cf. v. g. Mt. VIII, 23 sq., Mc IV, 35 sq., Lc. VIII, 22 sq., de tempestate sedata, — Mt. XIX, 13 sq., Mc. X, 13 sq., Lc. XVIII, 15 sq., de puerorum benedictione. -- Mt. XIV, 22 sq., Mc. VI, 45 sq., Joa. VI, 14 sq., de Christo super aquas ambulante... Si profundiores sunt epistolae Pauli (praesert. epist. captivitatis), quam I Petri, quare profundior non esset qui cum Paulo versatus est (forsan etiam cum Maria), quam Petri interpres ? — β. *ex fine speciali narrantis* : potuit enim Matthaeus, immo debuit Judaeis inculcare prius Christi messianicitatem, Lucas vero ethnicis ejus universalem misericordiam... — γ. *ex legitima evolutione*, tum communitatum, quae mox magis sollicitae fuerunt de intima Christi psychologia, quam de materiali ejus vita ejusque portentis, ut fit erga quemlibet, sed maxime erga redemptorem spiritualem ac doctorem — tum praecipuorum testium, procedente tempore, res penitius intelligentium, ut manifestum est in Paulo et in Joanne, immo uti confitentur de apostolis synoptici. Non enim adverterent eos olim non intellexisse, nisi putarent eos aliquando rectius judicasse.

His de causis naturaliter necesse est, ut adsit aliquis progressus a primo evangelista ad ultimum.

413. — **Scholion** : *De convergentia argumentorum praecedentium.* — Advertas p. I constituere demonstrationem directam positivam, p. II. III, IV, negativam et indirectam. In p. I, arg. 1 respicit redactionis methodum ; arg. 2 redactionis successum, relate ad documenta historica alia (scl. archaeologiam) ; arg. 3 et 4 relate ad internam libri cohaerentiam.

Porro, si alterationes redactionales vel admixtio elementorum secundariorum perexigua est, necesse est ut simul stent archaïsmus, cohaerentia, transcendentia, non tantum in uno alterove loco, sed quasi communes omnibus partibus, ac tandem ut progressus adsit explicitivus non alterativus. Cum haec omnia simul verificentur, omnia indicia historicitatem saltem substantialem suadent.

E contra theses rationalistarum his postulatis nituntur, vel quidquid miraculum sapit esse abjiciendum, vel Christi personam posse *unica* descriptione adaequate reddi seu exprimi, vel non posse finem didacticum intendi, quin mediis illegitimis, nempe fictione seu mendacio, procuretur.

Ad difficultates.

414. — *De singulorum evangelistarum methodo*, Jacquier, Hist. ⁴, II, 383 sq., 417 sq., 459 sq. *De duplicatis narrationibus* (les doublets), Prat, RB, 1898, p. 541 sq. *De elementis secundariis*, Mangenot, RCF, 1908, LIII, 717 sq.; vide bibliographiam hujus theseos.

Et. 1913, 134. p.340 m.1.

C. III. De historia evangelica juxta testimonium Joannis.

415. — Quanquam, probata veritate saltem substantiali historiae evangelicae per Paulum ac Synopticos, alia demonstratione non indigemus, novam hujus historiae verificationem aggredimur per Joannem.

Hujus testimonii momentum in hoc est, quod aetate, indole, materia, a prioribus non parum discrepat ; tanto ergo magis ejus substantialis concordia probabit, quanto plus testis independentia patet. Praeterea, quia posterius prodiit, christianae evolutionis, si qua fuit, novum stadium illustrabit, unde priora illustrentur.

Accurate ergo Joannis testimonium quadruplici etiam crisi subjiciemus, n. 227 sq.

I. Crisis genuinitatis.

Thes. XLII. — Praeter testimonia de quatuor evangeliis collective sumptis, inde ab anno 150 frequentia ac diserta, ratio citandi aut alludendi scriptorum ecclesiasticorum priorum quartum evangelium sub finem aevi apostolici scriptum esse comprobat.

416a. — Camerlynck, De IVi evang. auctore, Lovanii, 1899, cum recensione Di van Hoonacker, RB, 1900, p. 226 sq. ; Cornely², III, 216 sq.; Vigouroux¹², III, 141 sq. ; Jacquier, Hist., IV, 51 sq. ; Le N. T., I, 39 sq. ; Knabenbauer, In Joa²., 9 sq. ; Lepin, L'origine du IV évang., Parisiis, 1907, cum recensione Di Ladeuze, RB, 1907, p. 559, sq. et auctoris responsione, RB, 1908, p. 84 sq. ; The N. T. in the apost. Fathers, Oxonii, 1905...

416b. Praenot. : I. *Stat. quaest.* — *a.* In praesenti thesi *sola quaestio aetatis* respicitur, *non auctoris*. Apostolicam aetatem vocamus periodum intra quam vita sociorum Christi concludi debuit (30-100-110). — *b.* Ex thesi de tetramorpho, n. 275 sq., jam probatum habemus IV evangelium intra annos 150-210 ubique receptum ut aetate apostolica scriptum, immo ut Joanneum, solis reclamantibus Alogis et Marcionitis, de quibus n. 436 sq. Inde jam datur praesumptio haud mediocris librum aliquanto ante prodiisse. Eam nunc *antiquioris temporis examine* (150-50) confirmandam suscipimus.

Testimonia de IVo evangelio sejunctim sumpto, post an. 150, vide v. g. ap. Lepin, p. 19 sq. Juverit tantum hic commemorare Eusebium IVm evangelium dixisse ubique sine ulla dubitatione receptum (etiam ut Joanneum), HE, III, 24, 25, M, 20, 264 B, 268 D. Quod testimonium eo pluris est faciendum, quo accuratius et eruditius ille antiquitatem lustravit, n. 275, atque acrius aliorum scriptorum Joanneorum (Apoc., I. II. Joa.) authenticitatem impugnavit, HE, III, 39, M, 20, 297 B.

416c. — II. *Adversariorum opiniones.* — Eas recenset Jacquier, Hist., IV, 148 :

Baur, Scholten, c. 160-170 ; Volkmar, c. 155 ; Bretschneider, Zeller, Schwegler, c. 150 Lützelberg, Hilgenfeld, Thoma, c. 130-140 ; Keim, c. 130 ; Nicolas, Renan, Schenkel, c. 110-115 ; Loisy, c. 100-125 ac potius c. 100 ; Hug, Maier, Ritschl, Döllinger, Aberle, Weizäcker, Godet, Schegg, Pölz, c. 100 ; Vigouroux, Batiffol, Mangenot, c. 90-100 ; Camerlynck, c. 85-95 ; Weiss, c. 95 ; Harnack, c. 80-110, probabiliter post 90 ; Cornely, c. 95-100 ; Bisping, Ewald, Keil, Le Camus, Zahn, Westcott, c. 80-90 ; Reithmayr, Schulze, Wittichen, c. 70-80.

417. — III. *Nota* : *a. dogmatica,* cf. n. 274 ; *critica*, ante 120, *certum*, c. 95-110, *probabilissimum*.

Probatur apostolicitas IV[i] evangelii ex usu priorum scriptorum.

418. — S. Justinus, c. 150. — *a.* Jam probatum est illum probabilius *praeivisse huic computandi modo*, scl. duo evangelia ab apostolis, duo ab eorum discipulis conscripta fuisse ; ergo praeter evang. Mt. novit evang. alterius apostoli, n. 284 *c.* — *b. Doctrinam de Verbo adeo evolvit*, ut vix credibile sit eum tot speculationes a V. T. eruisse, nisi prae oculis habuisset prologum IV evangelii. Illum sane non citat,quia neque ethnici nec Judaei, quibuscum disputat,ejus auctoritatem admittunt, sed expresse dicit eandem doctrinam de Verbo in N. T. doceri : Μονογενὴς γὰρ ὅτι ἦν τῷ Πατρὶ τῶν ὅλων οὗτος, ἰδίως ἐξ αὐτοῦ Λόγος... ὡς ἀπὸ τῶν ἀπομνημονευμάτων ἐμάθομεν, προεδήλωσα ; Dial. 105, M, 6, 721 A. — *c.* Ceterum *aliquando vel clare alludit* ad IV evang., v. g. : « Dixit enim Christus : Nisi regenerati fueritis, non intrabitis in regnum caelorum. Fieri autem non posse, ut semel nati in uteros matrum ingrediantur omnibus perspicuum est » ; Apol. I, 61, M, 6, 420 C ; cf. Joa. III, 3 sq. ; *vel invocat prophetias quas solus Joa. commemoravit*, v. g. : « et tunc videbunt in quem pupugerunt » ; Apol. I,52, 406 B ; cf. Joa. XIX, 37 ; *vel explicite citat*, v. g. : « Clamabat [J. Bapt.] : veniet enim fortior me cujus non sum dignus ut calceamenta portem » ; Dial., 88, M, 6, 688 B ; cf. Joa. I, 27.

Cf. Zahn, Gesch. des n. t. Kanons, I, 516 sq. ; Camerlynck, I, 36 sq. ; Feder, S. J., Justins Lehre, p. 150 sq. — Ideo critici plerique consentiunt Justinum IV° evangelio usum esse, Lepin, p. 31 sq.

419. — Papias, c. 130-140. — *a.* Quanquam Eusebius nullum Papiae de IV evangelio testimonium excerpsit, non licet inde concludere Papiam librum non adhibuisse. Nam collegit tantum ea quae non solum originem et attributionem indubiam asserebant, sed quae particularitates notatu dignas afferebant ; HE, III, 3, M, 20, 217 A. Ita nil dixit de Apocalypsis usu apud Papiam, quem usum testatur Andreas Caesariensis (Routh, Reliquiae sacrae[2], I, 15, 41) et fere certum reddunt Papiae de millenarismo opiniones. Ceterum videtur sentire Joannem apostolum indubie habitum ut evangelistam a Papia : σαφῶς δηλῶν τὸν εὐαγγελιστήν ; III, 39, M, 20, 297 B. — *b.* Consentiunt jam nonnulli (Routh, Harnack, Lightfoot, Westcott..) fragmentum de millenarismo,in quo citatur Joa. XIV, 2,attributum ab Irenaeo presbyteris Asiaticis in genere, ipsi Papiae attribuendum esse ; cf. Iren., Adv. haer., V, 36, 2, M, 7, 1223 A. — *c.* Tandem prologus codicis Vaticani expresse dicit : « Evangelium Johannis manifestatum et datum est Ecclesiis ab Joa. in corpore constituto, sicut Papias... discipulus Johanni carus, in exotericis, i. e. in extremis quinque libris retulit... » ; cf. Funk, Patr. apost.[2], I, 373. Si assertio Papiae adeo generalis erat, non erat cur Eusebius eam transcriberet. — *d.* Ceterum monet nos Eusebius Papiam usum esse aliquot testimoniis ex I Joa. depromptis ; HE, III, 39, M, 20, 300 C. Consentiunt autem critici plurimi hanc epistolam ab eodem scriptore, eodem ferme tempore, prodiisse ac IV evangelium.

420. Presbyteri ab Irenaeo et Papia citati. — Eos IV evangelium nosse colligi potest ex sequentibus indiciis : *a.* ex traditione de aetate Christi ;

nimirum cum gnostici dicant Christum triginta annos natum unum tantum annum praedicasse, ut inde speculationes suas de triginta aeonibus fulciant, confutat eos Irenaeus evangelio Joannis, in quo tria narrantur itinera ad Jerusalem, occasione Paschatis, et ex traditione Joannea de Christi aetate : « Triginta annorum aetas prima indoles est juvenis et extenditur usque ad quadragesimum annum... a quadragesimo autem et quinquagesimo anno declinat jam in aetatem seniorem, quam habens D. N. docebat, sicut evangelium et omnes seniores testantur, qui in Asia apud Joannem, discipulum Dñi, convenerunt, id ipsum tradidisse eis Joannem. Permansit autem cum eis usque ad Trajani tempora. Quidam autem eorum non solum Joannem sed et alios apostolos viderunt et haec eadem ab ipsis audierunt » ; Adv. haer., II, 22, 5, M, 7, 784 c. Atqui, quemadmodum traditio de triplici Paschate explicite refertur ad IV evang., traditio de aetate 50 manifeste connexa est cum Joa. VIII, 57 : « Quinquaginta annos nondum habes et Abraham vidisti » ; — *b.* ex traditione de diversis gloriae gradibus, nixa Joa. XIV, 2 : « in domo Patris mei mansiones multae sunt » ; cf. Iren., V, 36, 2, M, 7, 1223 A, supra n. 339 *b*.

Jure dixeris inde probari potius *existentiam traditionis* Joanneae in IV° evangelio ceteroquin consignatae, quam *evangelii existentiam*. Adverte tamen traditionem prolixiorem esse evangelio et sat absonam ; quae signa ubique posteriorem evolutionem denuntiant. Hinc valde probabile est praecessisse evangelium, oralem autem traditionem vel ex evangelio ortam vel evangelio parallelam sensim corruptam esse.

Textus vide ap. Funk, Patr. apost.², I, 378 sq.

421. — Polycarpus, eps Smyrnensis, in epist. ad Philipp. scripta c. 110-115. - *a*. Ex usu evangelii probabili. Consentiunt enim quidam loci, v. g. promissio de mortuorum ressurectione quae a Synopticis abest et Joanni propria est ; ad Philipp. V, 2 : καθὼς ὑπέσχετο ἡμῖν ἐγεῖραι ἡμᾶς ἐκ νεκρῶν ; cfr. Joa. V, 21, 25 ; VI, 44 — item provocatio ad exemplum Christi :

ἐν τούτοις οὖν στήκετε καὶ τῷ τοῦ Κυρίου ὑποδείγματι κατακολουθεῖτε, ἑδραῖοι τῇ πίστει καὶ ἀμετακίνητοι, φιλάδελφοι, ἀλλήλους ἀγαπῶντες, ἡνωμένοι ἐν τῇ ἀληθείᾳ, τῇ ἐπιεικείᾳ τοῦ Κυρίου ἀλλήλους προηγουμένοι ; Ad Philipp. X, 1.

ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς ; Joa. XIII, 34 (cf. I Cor. XV, 58 ; Col. I, 23 ; Rom. XII, 10 ; I Petr. II, 21).

Verum ideae adeo generales vel ex orali traditione, vel ex personali cum Joanne commercio (cf. Iren., Epist. ad Florin., M, 7, 1228 A, 1229 B) derivari potuerunt : inde argumentum probabile tantum.

b. Ex usu I Joannis. Confer :

Πᾶς γὰρ ὃς ἂν μὴ ὁμολογῇ Ἰ. Χ. ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι ἀντίχριστός ἐστιν ; Polycarp., Ad Philipp. VII, 1.

Πᾶν πνεῦμα ὃ ὁμολογεῖ Ἰ. Χ. ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστιν καὶ πᾶν πνεῦμα ὃ μὴ ὁμολογεῖ τὸν Χ. ἐκ τοῦ Θεοῦ οὐκ ἔστιν· καὶ τοῦτό ἐστιν τὸ τοῦ ἀντιχρίστου ; I Joa. IV, 2 ; II. Joa. 7.

Dependentia, jam propter verborum similitudinem probabilis, fit probabilior ex eo quod in eadem Polycarpi epistola aliae occurrunt verbo-

rum et sententiarum analogiae : Philipp. III, 3 = I Joa. III, 7-12 ; Philipp. IX, 2 = I Joa. II, 15-18 ; Philipp. V, 3 = I Joa. II, 14-17... Ergo, ut de Papia diximus, quoniam I Joa. et IV^{m} evang. ejusdem sunt auctoris et temporis, ex usu I Joa. concludi debet existentia IV^{i} evangelii.

422. — Ignatius, Antiochenus eps, † c. 110.— *a. Conceptuum* dependentiam inter traditionem Joanneam et epist.Ignatianas jam multi concedunt; v. g. eam sententiarum similitudinem tribuit von der Goltz « diutinae conversationi in communitate Joanneis conceptibus informatae » eique assentitur Harnack. — *b. Textuum* dependentia aliquando sat manifesta videtur, v. g. : Ign., Rom. VII, 2, 3 = Joa. VI,33 ; VII, 42 ; — Philad. VII, 1 = Joa. III, 8 ; — Magn. VIII, 2 = Joa. VII, 29... Multi proinde saltem ex indiciorum collectione eam dependentiam certam habent, v. g. Zahn, Lightfoot, A. Resch... « Ut [Ignatii] doctrina ac mente eo gradu imbueretur quem videmus, debuit sane [IV evangelium] nosse, sat diu antequam epistolas scriberet » ; Loisy, IV^{e} évang., p. 7. Ceterum revocanda sunt in memoriam principia supra exposita, n. 297 *b*, 307 : non quaerendam esse textuum *identitatem*, ubi modus allegandi liberior, nec facile posse explicari constantem *styli* analogiam, ni fundetur in *scripta* quadam traditione : « Si IV^{i} evangelii substantia ante I^{i} saeculi finem existebat, jam inde permagna sane praesumptio oritur evangelium ipsum scriptum exstitisse, aliaeque rationes quae ad hoc admittendum inducunt eatenus confirmantur » ; Sanday, Fourth Gospel, p. 243 sq. ; ap. Lepin, p. 47.

423. — Clemens Romanus, c. 95.— *a*. Quaedam similitudines, v.g. I Cor. XXXIV, 3 = Apoc. XXII, 12 notatu dignae sunt, sed possunt aliunde derivari, v. g. ex Is. XL, 10 ; LXII, 11 ; Prov. XXIV. 12... — *b*. Magis advertendae sunt correlationes quas indicavit Ladeuze, RB, 1907, p. 562, ex quibus vere probabilis fit textualis dependentia :

[Noverat Moyses quorsum praenuntiaret...] εἰς τὸ δοξασθῆναι τὸ ὄνομα τοῦ ἀληθινοῦ καὶ μόνου Θεοῦ ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ; Clem., I Cor. XLIII, 6.

Οἱ ἀπόστολοι ἡμῖν εὐηγγελίσθησαν ἀπὸ τοῦ Κ. Ἰ. Χ... — Ἰησοῦς... ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐξεπέμφθη · Ὁ Χριστὸς οὖν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ οἱ ἀπόστολοι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ; I Cor. XLII, 1, 2.

Αὐτὴ δέ ἐστιν ἡ αἰώνιος ζωή, ἵνα γινώσκωσιν σὲ τὸν μόνον ἀληθινὸν θεὸν καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰ. Χ. · ἐγώ σε ἐδόξασα ἐπὶ τῆς γῆς... καὶ νῦν δόξασόν με σύ, Πάτερ ; Joa. XVII, 3.

Καθὼς ἐμὲ ἀπέστειλας εἰς τὸν κόσμον, κἀγὼ ἀπέστειλα αὐτοὺς εἰς τὸν κόσμον ; Joa. XVII, 18 ; καθὼς ἀπέσταλκέν με ὁ πατήρ, κἀγω πέμπω ὑμᾶς ; Joa. XX, 21.

424. — Didache, c. 80-90. — Occurrunt in hoc libro similitudines singulares, praesertim si conferas preces eucharisticas, Did. IX, X, cum precibus Christi post caenam, Joa. XV, XVII ; vide ed. Hemmer, p. XXXVII ; Ladeuze, RB, 1907, p. 561. Superest tamen eadem difficultas : analogia *conceptuum* dependentiam *textuum* saltem evidentem non facit.

Si adverteris librum Didaches probabilius e Syria prodiise ac B. Ignatii epistolas Joanneum saporem parem referre, concludes exstitisse saltem in his communitatibus traditiones perantiquas, IV evangelio valde affines. Inde ejus libri historicitas non parum commendatur.

Quoad evangelii antiquitatem ratiocinari licet uti supra, n. 422, notando tamen preces eucharisticas facilius potuisse, ante evangelium, ad usum liturgicum, scripto (ac rythmice) consignatas esse.

425. — Epistula Barnabae, c. 69-79 ? — Ex ea nulla vere probabilis allusio assignari potest, quanquam quidam secus senserunt ; ap. Lepin, p. 55, n. 4. Hoc ipsum sat consentit cum inquisitione praesenti. Omnes enim testes hic invocati Asiatici sunt, intra periodum 90-150. Epistula Barnabae e regione Alexandrina prodiise videtur aliquanto ante.

426. — **Conclusio.** — *Inde argumento uno totam thesim concludere licet.* Moralis certitudo jure habetur de libri sub finem saec. I^{i} existentia cui suffragantur : *a. diffusio universalis intra an. 210-150 ; b. existentia certa libri certo coaevi ac cognati intra an.140-110 ; c. collectio uberrima indiciorum* quibus textualis dependentia intra an. 150-95 valde probabilis efficitur ; *d. existentia certa traditionis vividae omnino consonae,* intra an. 150-80 ? ; a. haec omnia existentiae IV^{i} evangelii suffragantur ; e...

Ad M. : *a.* nam universalis diffusio intra paucos annos obtineri nequit, 275 sq. ; *b.* nam ex morali unitate operum datur moralis certitudo paris antiquitatis ; *c.* nam inde iterum magna praesumptio seu convergens confirmatio ; *d.* iterum convergens praesumptio, cf. Sanday, n. 422.

Ad m. : *a.* probatum habes ex thes. de tetramorpho, n. 275 sq. ; *b.* liquet quoad I Joa., 419 *a*, 421 *b* ; *c.* liquet ex n. 420 sq., cum difficultas non adsit ex penuria traditionis, sed ex diffusione jam nimia styli joannei ; *d.* patet praesertim ex n. 422, 424 de regione Antiochena, in qua ceterum activitas christiana antiquius et vividius ferbuit.

427. — **Scholion.** — De progressiva accessione rationalistarum ad thesim traditionalem ; cf. Lepin, p. 36, 57 sq.

Ad difficultates.

428. — Vide Lepin, Jacquier, dum rationialistas confutant.

Thes. XLIII. — I. Ex testimonio heterodoxorum illud sive adhibentium, II. sive respuentium, III. IV^{i} evangelii genuinitas comprobatur.

Lepin, Origine du IV évang., p. 23 sq. ; Jacquier, Le N. T., p. 144 sq.

429. — **Praenot.** — *Stat. quaesi.* — Idem est ac supra, n 416^{b}. Utile tamen visum est etiam recentiora haereticorum testimonia colligere. Thesis autem tanto magis valet ad praecedentem confirmandam, quanto magis in reliquis haeretici ab orthodoxa traditione recedunt, n. 261.

Exponuntur I. testimonia heterodoxorum librum adhibentium.

430. — Tatianus, encratita, solo rigorismo ab Ecclesia dissidens. IV^{m} evang. in suum Diatessaron admittit, n. 287, 290, 4°, illudque adhibere videtur, quemadmodum ejus magister Justinus, n. 418, in suis de Verbo speculationibus, Orat. ad Graec., 5, M. 6, 813 C ; illud citat, ibid., 13, 19, M, 6, 833 B, 849 C. — Scribebat c. 150-160.

431. — Montanistae, c. 156-157 in Phrygia orti, scriptorum Joanneorum

patrocinium sibi vindicabant, ut suam doctrinam instaurarent de nova Spiritus Sancti revelatione, (cf. Joa. XIV, 26 ; XV, 26 ; XVI, 12-16) ; aut de nova Jerusalem, (cf. Apoc. XXI).

432. — Idem evangelium adhibent Valentiniani, scholae sive Italicae, sive Orientalis, n. 219 ; unde jure conjicies eam agendi rationem antiquitus apud eos receptam. *a.* Prioris sectae patronos habes Heracleonem, qui Comm. in Joa. scripserat, saepe citatum ab Origene ; In Joa., VI, 2, 8, 12, 23..., M, 14, 201 C, 230 A, 236 C, 265 C ; et ab Irenaeo, M, 7, 1293 sq.; pariter Ptolemaeum, ap Iren., Adv. haer., I, 8, 5, M, 7, 532 sq. ; II, 22, 3, 5, 783 C, 785 B ; ap. Epiphan.. Haer. XXXIII, 3 sq., M, 41, 557 sq... *b.* Sectae Orientalis testem vide Theodotum, a Clem. Alx. citatum, M, 9, 653 sq.

Ceterum certo scimus Valentinum ipsis in adhibendo libro praefuisse. Affirmat Tertullianus eum « integrum Instrumentum », i. e. N. T., admisisse, ejusque non textum adulterasse sed sensum ; De praescr , 38, M, 2. 52 B. Item Hippolytus asserit eum usurpare solitum Joa. X, 8 ; cf. Philos., VI, 35, M, 16, 3247 B. Floruit autem Valentinus Romae c. 135-160.

433. — Basilidem etiam IV° evangelio usum esse concludi potest saltem ex usu libri in ejus schola ; cf. Hippolyt., Philos., VIII, 22 sq., 27... M, 16, 3303 sq., 3318 B... Neque enim formula « ὡς γέγραπται » vel aliae ejusmodi nec speculationes omnes quas refert Hippolytus videntur certo Basilidi ipsi attribui posse, Jacquier, I, 145 sq. Vide Philos., VIII, 20, 3302 B. Florebat Alexandriae c. 130.

434. — Naasseni pariter, ex antiquioribus gnosticis secta, n. 219 *a'*, IV^{m} evangelium admittebant ; Hippol., Philos., V, 7 sq.. M, 16, 3135 sq.

435. — Tandem notatu dignae sunt analogiae nonnullae inter IV^{m} evang. et Evangelium Petri, ex antiquioribus apocryphis. Textualem dependentiam admittit Loisy, IV évang., p. 15 sq.

Spectantur II. testimonia heterodoxorum librum respuentium.

436. — Alogi, Montanistarum coaevi, librum rejiciunt, ex eo quod eorum haereticorum placitis faveat ; cf. Iren., Adv. haer., III, 11, 9, M, 7, 890 (nota erronea) ; Epiphan., Haer. LI, 3 sq., M, 41, 892 sq. ; Philastrius, Haer. LX, M, 12, 1174. Eum a Cerintho haeresiarcha scriptum esse dicunt. Haec sane assertio (ceteroquin certo falsa, cum IV^{m} evang. Cerinthianis erroribus aperte contradicat) mira est ac, quoad libri joannicitatem, difficultatem facit, n. 464 ; verum, quoad libri aetatem, egregie confirmat thesim traditionalem : auctorem enim designat ejusdem plane temporis et loci ac Joannes.

437. — Marcionitae etiam IV^{m} evangelium repudiant ; cf. Tertull., Adv. Marc., IV, 3, 4, M, 2, 364 sq. Verum ex eo nil magis contra IV^{m} evangel. evinci potest, quam contra Mt. et Lc., quos pariter abjecerunt.

Scilicet originem apostolicam Marcion non negabat, sed traditionis valorem, quae cum doctrina sua non consentiebat. « Sed enim, ait Tertullianus, nactus epistolam Pauli ad Galatas etiam ipsos apostolos sugillantis, ut non recto pede incedentes ad veritatem evangelii... connititur ad destruendum statum eorum evangeliorum quae propria et sub apostolorum nomine eduntur... ut scl. fidem, quam illis adimit, suo conferat » ; ibid., 364 C. In

IV° autem evangelio, quanquam quaedam Marcioni favebant, recte observat Loisy :«Il est vrai que le IV évangile renfermait un système doctrinal relativement complet et défini. Il se prêtait bien moins que Luc aux manipulations théologiques de l'hérésiarque » ; IV évang., p. 17.

438. — Asserit Epiphanius, Haer. XXX, 3, M, 41, 409 B, Cerinthianos solum Matthaei evangelium admisisse. Nec mirum sane eos Joannem respuisse, quem contra Cerinthum scripsisse nonnulli Patres affirmant, quem saltem de facto hujus haeresiarchae errores confutasse manifestum est.

Concluditur III : heterodoxi IV^{i} evangelii genuinitatem comprobant.

439. — Liber in omnibus heterodoxis scholis *a.* spectatus ut canonicus et joanneus, *b.* aut ex solis dogmaticis praejudiciis rejectus, certo aetatis apostolicae et apostolicus censendus est ; a. IV^{m} evangelium... ; e...

Ad M.: *a.* nam, cum incredibile sit sectas accepisse Scripturas Ecclesiae, postquam ab Ecclesia defecerint, *usus librorum* quos retinent probat eos libros obtinuisse, jam ante earum ab Ecclesia defectionem, auctoritatem indubiam ac proinde jam antiquam ac serio fundatam ; idemque sentiendum est de *libri attributione ;* — *b.* quod sola praejudicia dogmatica in contrarium invocata sint, signum est haud dubium traditionis jam firmae ; si quid enim dubii intercessisset de libri joannicitate, facilius certo haeretici, ut suos errores adstruerent, librum negassent ab apostolo esse scriptum, quam doctrinam erroneam ab apostolo traditam esse docuissent, vel rationem historicam invocassent quae dubium creabat, non rationem dogmaticam manifesto erroneam.

Vide hanc argumentationem egregie evolutam a Tertull., Adv. Marc., IV, 3-6, M, 2, 364-368 ; De praescr., 38 sq., M, 2, 52 sq.

Ad m. : de consentientibus, n. 430 sq., de dissentientibus, n. 436 sq.

Thes. XLIV. — Probatur etiam IV^{i} evangelii genuinitas ex criteriis internis, nimirum ex relatione ad Synopticos, ex fine, ex auctore.

Lepin, Origine du IV^{e} évang., p. 43 sq., 57 ; Knabenbauer, In Joa^{2}., p. 19 sq.

440. Praenot. : I. *Stat. quaest.* — Vide n. 416.

441. II. *Nota : critice,* ex complexu trium argumentorum, *moraliter certum.*

442^{a}. — Probatur thesis.

Tria sunt praecipue quae libri aetatem illustrare possunt : 1° relatio ad textus certo tempori assignatos, 2° finis intentus, 3° indoles fontis seu auctoris ; a. haec tria pro libri apostolicitate testantur ; e...

442^{b}. — (Ex relatione ad Synopticos). — Liber cum canonicis scriptis dubie consonus, receptus tamen ut canonicus, intra aevum apostolicum prodire debuit ; a. IV^{m} evangelium... ; e....

Ad M. : nam debuit aut prodire ab auctore paris auctoritatis ac canonicorum scriptorum auctores, aut eo tempore quo canonicorum librorum

auctoritas nondum indubia et exclusiva erat ; ergo alterutra de causa prodire debuit intra aevum apostolicum. Liquet, si ab apostolo scriptus est ; patet, si ab alio, ex eo quod intra an. 150-210 tetramorphum jam exclusive et *universaliter* receptum est; quae res supponit traditionem exclusivam jam antiquiorem et serio fundatam.

Ad m. : IV evangelium dubie consonum esse cum Synopticis liquet tum ex fine aliquatenus diverso (Christi *divinitas* inculcanda), tum ex indole alia Christi (modus agendi ac praedicandi sublimior), tum ex chronologia et ex multis particularitatibus, quibus Synopticos aut complere, aut corrigere videtur. Hoc autem provenit aut ex libera materiae synopticae elaboratione, v. g. per allegorismum, aut ex accuratiori rerum ac personarum descriptione : in utroque casu discrepantia manifesta est ac dubium creare debuit de libri historicitate.

443. — (Ex libri fine). — Liber qui *a.* errores temporis apostolici *impugnat* ut praesentes, *b.* errores temporis sequentis *ignorat*, *c.* aut iis, praeter manifestam auctoris voluntatem, *non parum favet*, certo intra aevum apostolicum scriptus censendus est; a. IV^m evangelium *a.* impugnat... *b.* ignorat... *c.* aut favet... ; e...

Ad M. : Secus enim haec apologia seu praedicatio esset sine ratione sufficienti, immo, quatenus errori favet, intrinsece contradictoria.

Ad m. : *a. impugnat* nimirum — adverte aliud esse impugnare, aliud autem logice evertere — tendentias Judaeorum et Judaïzantium quales maxime viguerunt post urbis ruinam, uti probatur ex praecipuis ideis quas inculcat (Messianicitatem Christi, ejus strictam divinitatem a monotheistis Judaeis acriter negatam, universalitatem salutis, abrogationem Legis) et ex argumentis quae seligit (gesta et dicta Hierosolymis, coram principibus, scribis ..) ; cf. Knabenbauer, In Joa.[2], p. 22 sq.

b. ignorat, ut videtur, quamlibet formam gnoseos plane definitam, quemadmodum apud Cerinthum (cf. Irenaeum, Adv. haer., I, 26, 1, M, 7, 686 A), aut apud Marcionem (ibid., 27, 1, 687 sq.), apud Valentinum... Profecto enim impugnasset acrius vel docetismum, vel distinctionem deorum V. T. et N. T., vel Aeonum generationes... Uti Paulus (ad Ephes., ad Col., ad Phil.) principia gnoseos respicit adhuc anonymae...

c. favet etiam gnosi subsequenti, speculationibus suis de Verbo, de Paracleto, de luce et tenebris, de vita et resurrectione, de regeneratione... Porro, cum gnostici subsequentes toti sint in his ideis evolvendis, si eos Joannes novisset, aut ea verba vitasset, aut cautius de vitando periculo monuisset. Item dicito de Montanistis, quoad missionem Spiritus Sancti.

444. — Cerinthus, fortasse directe impugnatus I Joa. II, 19 sq., IV, 3, coaevus fuit Joannis. Gnosis serpere coepit c. 125-130, Montanismus c. 155.

De argumenti praecedentis valore cf. Jülicher : « Le fait que le quatrième évangéliste a pu écrire un évangile à tendance, sans trace de tendance antignostique, montre à coup sûr que le gnosticisme n'avait pas encore commencé d'être un danger sérieux pour l'Église, du moins en cette partie de l'Église qui se trouvait dans son horizon » ; Einleitung in das N. T.[4], p. 324.— Pariter Loisy : « L'auteur du IV^e évangile ne paraît avoir ni l'intention de réfuter la gnose, ni celle de la concilier avec la tradition ; sans égard aux

essais de gnose qui s'étaient produits de son temps et avant lui, sans précaution contre les systèmes qui devaient se produire après lui, il a mis au jour un véritable traité de gnose chrétienne. Sa parfaite sécurité à l'égard de la gnose hétérodoxe prouve sans doute qu'il a écrit avant que parussent les principaux docteurs gnostiques... » ; IV^e évang., p. 95 ; apud Lepin, p. 44.

445. — (Ex libri auctore). — Ille liber tempore apostolico prodiit, quem interna indoles ab apostolo conscriptum testatur ; atqui ita IV^m evangelium, ut infra probabitur, n. 468 sq.

446. — **Scholion.** — *Collatio IV^i evangelii cum Synopticis, quoad archaismum.* — Dum interna Synopticorum indoles eos ante urbis excidium scripsisse indicat, advertas IV^m evangelium : α. alludere ad Petri mortem (64-67), XXI, 19 ; β. ad miram Joannis longaevitatem, XXI, 23 ; γ. usurpare, pro « mari Genesareth », nomen « mare Tiberiadis », quod sero tantum in usu fuit ; δ. tandem respicere acres cum Judaeis controversias, quae post separationem christianorum a synagoga urbisque ruinam ubique desaevire coeperunt...

Thes. XLV. — Quarti evangelii genuinitas certissima fit ex traditione sive orthodoxa sive heterodoxa de ejus a Joanne apostolo conscriptione.

Camerlynck, De IV^i evang. auctore, I, 29 sq. ; Lepin, Origine du IV^e évang., p. 74 sq. ; cf. Knabenbauer, In Joa.[2] ; Jacquier, Vigouroux[12]...

447. — **Praenot. :** I. *Stat. quaest.* — *a.* Directe quidem *quaestio auctoris* hic non tangitur, nisi quatenus *quaestionem genuinitatis* illustrat ; indirecte tamen thesis simul illustrabit *quaestionem historicitatis :* augetur enim testis auctoritas, quem probaverimus e praecipuis Christi sociis.

b. Ut *unanimitatem traditionis* ostendamus, *eruditionis causa*, testimonia exhibebimus ex omnibus ecclesiis ; verum cum *valor traditionis* totus pendeat, *critice rem spectando*, ex immediatorum testium valore atque independentia, n. 30, praesens probatio eo tantum tendere debet, ut testes priores recte eruditos atque independentes exhibeat.

N. B. Recensio posteriorum testium *etiam critice* utilis est, quatenus non constat totam subsequentem traditionem solis testibus niti quos ut priores habemus.

448. — II. *Nota : a. dogmatice, communis et practice sequenda*, cf. Decret. Comm. bibl. 20 maii 1907, Vigouroux[12], III, 142 ; Cornely, Compend.[6], p. 515 ; E, 2110 sq. — *b. critice*, genuinitas (in complexu praeced. thes. et praesentis) *certissima ;* joannicitas *certa.*

Recensentur I. testimonia de joannicitate intra saec. V-II.

449. — *a. Schola Antiochena.* — α. Theodorus Mopsuestenus, † c. 428, Diodori Tars. discipulus, Joannis Chrysost. condiscipulus, scribit : « Evangelista Joannes unus erat ex duodecim... » ; ed. Chabot, p. 3 ; « diu vixit... nimirum annos 73 post Dñi ascensionem, usque ad Trajani tempora » ; In Joa. XXI, 20 sq. ; ibid., p. 411 sq. ; ap. Zahn, Forsch., VI, 364. — β. Joannes Chrysost., In Joa. hom. I, II, M, 59, 25 sq.

450. *b. Ecclesia Syriaca.* — α. B. Ephrem, † c. 373, IV^m evang. Joanni tribuit ; saepissime illud citat ; commentariosque scripsit in Tatiani Diatessaron. — β. B. Aphraates, c. 345, Diatessaro utitur ac IV^m evang. Joanni tribuit, cf. Camerlynck, p. 201.

451. *c. Ecclesia Alexandrina.* — α. S. Athanasius, Epist. Pasch. XXXIX, M, 26, 1437 B. — β. Dionysus Alx., ap. Euseb., HE, VII, 25, M, 20, 797 C. Eo magis advertendus est, quod Apocalypsis Joanni abjudicat, nec videt suam de altero Joanne Ephesino opinionem etiam de evangelii joannicitate dubium creare posse. — γ. Origenes, In Jes. Nave, hom. VII, 1, M, 12, 857 B; In Joa. comm... vide v. g. I, 6, M, 14, 29 sq.; supra n. 277. Hic undequaque codices conquisierat et traditionem tum Orientalis, tum Romanae ecclesiae noverat. — δ. Clemens Alx., ap. Euseb., HE, VI, 14, M, 20, 552 B.

452 — *d. Ecclesia Africana.* — Augustinus Commentarios in Joa. scripsit; cf. v. g. M, 35, 1379 sq. Hic oretenus traditiones Mediolanenses accepit. — β. Cyprianus IV^m evang. saepissime citat ut ab apostolo Joa. scriptum, v. g. Liber testim., I, 4, 5 sq., M, 4, 734 sq.— γ. Tertullianus (plurimum ab Irenaeo ac Justino pendet) item, v. g. Adv. Marc., IV, 2, 5, M, 2, 363, C, 367 A...

453. — *c. Ecclesia Romana.* — Hieronymus, plurimi faciendus, ut antiquitatis studiosissimus; cf. v. g. Prolog. in Mt., M, 26, 18, 19; De vir.ill., 9, M, 23, 626 A. — β. Hippolytus librum scripserat περὶ τοῦ ἁγίου Ἰ. εὐαγγ. καὶ ἀποστ.; cf. M, 10, 756, 786 sq. — γ. Adde fragmentum Muratorianum v. 9 sq.

454. — *f. Ecclesia Palestinensis.* — Eusebius joannicitatem indubiam habet, HE, III 23 sq... adeo ut non videat suam de altero Joanne hypothesim etiam contra evangelii joannicitatem invocari posse; III, 39, M, 20, 297 B.

455. — *g.* His testimoniis addendum est *haereticorum* suffragium, adeo unanime, ut soli Alogi extra chorum canant, n. 436 sq.

Perpenduntur II. testimonia antiquiora scriptorum Asiaticorum. Testimonium illud pluris faciendum est, quia antiquius, ibique prolatum unde orta traditio.

Quo magis testium independentia pateat, quatuor series distinguemus;

456. — *a. Haeretici vel pseudonymi scriptores.* — α. Leucius, auctor « Actorum Joannis », c. 160-170, testatur originem joanneam tum Apocal., tum evang., ac commorationem apostoli Ephesinam. Quanquam multa apud eum legendam sapiunt, haud improbabile est illum adhibuisse traditiones locales, v. g. de adolescente a Joa. converso, de libri compositione, rogantibus sociis (?)... — β. Cerinthus, haeresiarcha, Joannis coaevus (Iren., Adv. haer., III. 3, 4, M, 7, 853 A), Apocalypsis patrocinium sibi vindicabat ut a « magno quodam apostolo » scriptae, fatente Caio, alogo, ejus adversario; ap. Euseb., HE, III, 28, M, 20, 273 C. Adverte tamen Theodoretum intellexisse perinde ac si Cerinthus se ipse « magnum apostolum » fecisset; Haeret. fabul.. II, 3, M, 43, 389 C.

457. — *b. Episcopi Asiatici* — *a.* Polycrates, Ephesinus, c. 190, in litteris ad Victorem papam, suam ac septem episcoporum cognatorum suorum immo et synodi cujus nomine scribit sententiam testatur: « ἔτι δὲ καὶ ὁ Ἰ., ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀναπεσών... ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται »; ap Euseb., HE, III, 31, M, 20, 280 B. Hoc testimonio monemur de traditione saltem anni 150. — *b.* Appollonius, circa idem tempus (190-200), probabiliter eps Ephesinus, juxta Arnobium jun., Haer. XXVI, M, 53, 596 C, apocalypsim Joanni tribuebat narrabatque ressurrectionem ab eo Ephesi factam; Euseb., HE, V, 18, M, 20, 480 C. — *c.* Melito, Sardensis, † c. 190, scripserat περὶ τοῦ διαβόλου καί τῆς ἀποκαλύψεως Ἰωάννου; Euseb., HE, IV, 26, M, 20, 392 B. Certo ergo etiam evangelii joannicitatem admittebat; secus enim nos monuisset Eusebius.

458. *c. S. Justinus ejusque discipulus.* — α. Justinus, Ephesi c. 130-135 ad fidem conversus, ibidem cum Tryphone Judaeo disputavit ; Euseb., HE, IV, 18, M, 20, 376 A. Ejus sententia de Joanne manifesta est, tum ex eo quod plures apostolos evangelia scripsisse dicit ; Dial., 103, M, 6, 717 C ; n. 284; tum ex eo quod monet se doctrinam de Verbo ac de conceptu virginali exponere, prout in « [apostolorum] commentariis » traditur : ὡς ἀπὸ τῶν ἀπομνημονευμάτων ἐμάθομεν, n. 418 *b* ; tum a fortiori ex eo quod etiam Apocalypsim Joanni apostolo tribuit. Millenaristis enim assentitur, ἐπειδὴ καὶ παρ' ἡμῖν ἀνήρ τις ᾧ ὄνομα Ἰωάννης εἷς τῶν ἀποστόλων τοῦ Χ., ἐν ἀποκαλύψει γενομένη αὐτῷ... προεφήτευσε ; Dial., 81, M, 6, 669 A. Addit Hieronymus, De viris ill., 9, M, 23, 625 A, Apocalypsis interpretationem a Justino editam esse, nosque profecto monuisset, si Justinus de libri joannicitate dubitasset. — β. Idem de Tatiano dici potest, qui IV evang. in suum Diatessaron admisit, n. 287, et pari modo ac Justinus adhibuit, Or. ad. Graec., 13, 19, M, 6, 833 B, 849 C. Profecto sive Eusebius, sive Hieronymus admonuissent, si quoad libri joannicitatem a sententia aut Justini aut ecclesiae Syrae recessisset.

459. *d. S. Irenaeus ejusque magistri.* — Nitide asserit Irenaeus : Ἔπειτα Ἰωάννης, ὁ μαθητὴς τοῦ Κυρίου, ὁ καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ ἀναπεσών, καὶ αὐτὸς ἐξέδωκε τὸ εὐαγγέλιον, ἐν Ἐφέσῳ... διατρίβων ; Adv. haer., III, 1, 1, M, 7, 845 A ; affirmat iterum Joannem Ephesi degisse, Cerintho, haeresiarchae, in balneis obvium factum esse ; III, 3, 4, M, 7, 853 A, 854 B ; librumque contra ejusdem Cerinthi gnosim editum esse ; III, 11, 1 sq., M, 7. 879 sq. Hujus traditionis auctores ei exstitisse possunt presbyteri Asiatici, Papias, Polycarpus. Proinde ejus valor a sequentibus quaestionibus pendet : 1° quot fuerint Irenaeo magistri (seu testes) inter se independentes ; 2° utrum Irenaeo fuerint personaliter noti ; 3° utrum Joannem personaliter noverint. Quaestioni 1^ae respondebitur in 2^a .

N. B. Quoniam in praesenti controversia chronologia multum valet, memineris ; *a.* de Irenaei aetate, cum natum esse juxta Zahn, an. 115, Batiffol, 125, Harnack, 142, Bardenhewer, 135-142 ; eum mortuum esse post an. 190 ; scriptos esse tres priores libros Adv. haer. sub Eleuthero, 174-189, probabiliter c. 180-189 ; *b.* de ejus aetatis computandae ratione, cf. Adv. haer., II, 22. 5, M, 7, 784 C ; supra, n. 420.

460. — 1° *De presbyteris Asiaticis.* — *a. An Irenaeo personaliter noti ?* — Pendet responsio ab illa quaestione : utrum illi presbyteri sint tantum testes in Papiae libris citati, ut vult Harnack. Sed hoc gratuito asseritur. E contra *probabilissime* vox « presbyteri » indicat nonnunquam etiam Polycarpum et Papiam vel alios etiam in Asia personaliter notos vel ab Irenaeo juvene, vel ab eo episcopo facto. Certum est enim Irenaeum de rebus Asiaticis semper sollicitum fuisse, ut patet ex historia controversiae pascalis, c. 190. — *b. An Joannem personaliter noverint ?* — Res non est necessaria, nam sufficit ut sint testes traditionis Asiaticae perantiquae. Ceterum negandum videtur de presbyteris quos Irenaeus novit episcopus ; concedendum de his quos junior in Asia audivit.

Hic proinde, utrinque, testes non sunt nisi probabiliter immediati.

461. — 2° *De Papia.* — *a. Utrum Irenaeo personaliter notus ?* — Res non

est ullatenus necessaria. Sufficit ut ex ejus libris testimonium certum colligi potuerit. — Solutio ceterum pendet a significatione vocis « presbyteri » ; cf. supra 1°. Eum nosse potuit, nam Papias librum sum edidit c. 130-140, fuitque socius Polycarpi, defuncti an. 155. Immo affirmat Hieronymus, Epist. LXXV, 3, M, 22, 687 B.

b. Utrum Papias Joannis discipulus fuerit ? — Fieri potuit, cum coaevus fuerit eorum qui apostolos viderant ; Euseb., HE, III, 39, M, 20, 297 A ; socius veteris Polycarpi a Joanne ecclesiae Smyrnensi praepositi ; Iren., Adv. haer., V, 32, 4, M, 7, 1214 A ; coaevus filiarum Philippi ; Euseb., Ibid., 297 C. — Affirmat Papias, (modo unus atque idem sit in textu seqenti Joannes *apostolus* et Joannes *presbyter)* :

Εἰ δέ που καὶ παρηκολουθηκώς τις τοῖς πρεσβυτέροις ἔλθοι, τοὺς τῶν πρεσβυτέρων ἀνέκρινον λόγους, (A) τί Ἀνδρέας, ἢ τί Πέτρος εἶπεν, ἢ τί Φίλιππος, ἢ τί Θωμᾶς, ἢ Ἰάκωβος, ἢ τί Ἰωάννης, ἢ Ματθαῖος, ἤ τις ἕτερος τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν, (B) ἅτε Ἀριστίων καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης, οἱ τοῦ Κυρίου μαθηταί, λέγουσιν· οὐ γὰρ τὰ ἐκ τῶν βιβλίων τοσοῦτόν με ὠφελεῖν ὑπελάμβανον, ὅσον τὰ παρὰ ζώσης φωνῆς καὶ μενούσης ; ap. Euseb., III, 39, M, 20, 297 A.

« Quodsi quis advenit interdum qui cum senioribus versatus fuisset, dicta seniorum exquirebam : (A) quid Andreas, vel quid Petrus dixerit, vel quid Philippus, vel quid Thomas, vel Jacobus, vel quid Joannes, vel Matthaeus, vel alius quis ex discipulis Dñi, (B) quaeve Aristion vel Senior Joannes, discipuli Dñi, praedicent. Neque enim quae libri exhibent, tantam mihi utilitatem afferre existimabam, quantam ea quae viva voce et manente discimus » ; cf. Funk, Patr. apost ², I, 350 sq.

De hoc textu certant eruditi, alii *duos*, alii *unum* Joannem recenseri opinati : α. *(duos)* : Loisy, Patrizi S. J., Ladeuze, Weizsäcker, B. Weiss, Godet ; Drummond, Stanton, Calmes... β. *(unum)* : Zahn, Gutjahr, Funck, Camerlynck, Mangenot, Chapman, Lepin, IV évang., p. 126 sq. ; Cornely², III, 210 sq. ; Funk, priorem sententiam retractans, Patr. apost.², I, 354... — Quidquid senseris, *caute advertas joannicitatem evangelii non niti unicitate Joannis apud Papiam,* neque etiam *personali relatione Papiae cum Joanne :* sufficit enim in Papia accurata cognitio traditionis localis immediatae.

Negat Eusebius Joannem Papiae personaliter fuisse notum, l. c. 296 B ; argumentatur scl. ex textu supra citato Irenaeumque reprehendit, quasi ex eo solo asseruerit Papiam Joannis discipulum fuisse. Scribit enim : Παπίας Ἰωάννου μὲν ἀκουστὴς Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονὼς ἀρχαῖος ἀνήρ ; Adv. haer., V, 33, 4, M, 7, 1214 A. Verum Irenaeus et totum librum prae manibus habuit et traditiones Asiaticas.

Ceterum idem asseritur ab Hieronymo, licet cum Eusebio *duos* Joannes a Papia citatos esse sentiat ; Epist. LXV, 3, M, 22, 687 C ; De vir. ill., 9, M, 23, 625 A, et a multis aliis ; cf. Funk, Patr. apost.², I, 364 sq., fragm. 6, 7, 11, 12, 14, 18, 19.

Hinc, saltem ex cognitione *libri* Papiae, argumentum habemus moraliter certum.

462. — 3° *De Polycarpo.* — *a. Utrum Irenaeo personaliter notus ?* — Probabilius eum non novit nisi 20 annos natus neque ejus proprie discipulus fuit. Expresse tamen testatur Polycarpum saepius a se auditum ; Epist. ad Flor., M, 7, 1228 B ; Adv. haer., III, 3, 4, M, 7, 852 A ; discipulumque

(lato sensu) eum dicit Hieronymus, De vir. ill., 35, M, 23, 649 B. — *b. Utrum Polycarpus Joannem personaliter noverit ?* — Consentiunt communiter ultimos apostolos Polycarpo notos, imprimis Joannem, Iren., III, 3, 4, M, 7, 851 B ; Ad Flor.. M, 7, 1228 B ; Ad Victor., 1229 B ; Euseb.,HE, III, 36, M, 20, 288 B (nil de Joa.) ; IV, 14, 337 C (citans Iren. ad Vict., quin improbet) ; Hieron., De vir. ill., 17, M, 23, 635 B ; item Leucius, Acta Joan. (apocr.), c. 18, ed. Bonnet, p. 160.

Hinc iterum argumentum moraliter certum.

463. — **Concluditur.** — Jure alicujus libri auctor habetur quem designant : *a.* traditio *universalis* posterior, *b.* traditio *immediata*, a multis atque independentibus testibus manifestata ; a. Joannem designant *a*... *b*... ; e...

Ad M. : *a.* jam universalitas traditionis sequentis aliquod argumentum praebet, quatenus certo non habemus fontes immediatos omnes tot ac tam dissitarum regionum et quatenus error universalis, propter passionum oppositionem, difficile dari potest ; *b.* liquet.

Ad m. : *a.* traditionem universalem habes ex n. 449 sq. ; *b.* testes habes *omnes Asiaticos*, n. 456 sq., scl. (traditionis immediatae) Cerinthum, haereticum, n. 456 ; (traditionis localis omnino recentis) episcopos Asiaticos, n. 457 ; (recentioris)Justinum, n. 458 ; *(saltem* recentis) presbyteros Asiaticos ab Irenaeo citatos, probabilius personaliter notos, n. 460 ; (immediatae) certo Papiam, n. 461 et Polycarpum, n. 462, a quo probabilissime Irenaeus viva voce rem audivit.

Hi praeterea omnes sunt independentes, saltem ut explicatum est.

Ad difficultates.

464. — *De Alogis* joannicitatem negantibus, Lepin, p. 211 sq. ; Ladeuze, RB, 1907, p. 569 ; fusius, Mélanges G. Kurth, Leodii, 1908, II, 49 sq. — *De opinione Quartodecimanorum*, Lepin, p. 205 sq. ; Duchesne, Hist. de l'Égl., I, 285 sq. — *De silentio sociorum Joannis*, Ladeuze, RB, 1907, p. 574 sq. ; objectionem solvit Lepin, RB, 1908, p. 100 sq. ; Cornely, Compend.[6], p. 514..... Vide, Lepin, p. 219 sq.

Thes. XLVI. — Critica interna IV^m evangelium a Joanne, apostolo, editum esse confirmat.

Camerlynck, De IV^i evang. auctore, II, 302 sq., 313 sq. ; Calmes, Évang. selon S. Jean, p. 29-35 ; Lepin, Origine du IV^e évang., p. 250 sq., 285 sq.

465. — **Praenot.** : I. *Finis theseos.* — Inquisitionem de libri *genuinitate* confirmat ; inquisitionem de ejus *historicitate* praeparat, n. 296, 351.

466. — II. *Inquisitionis methodus.* — *a.* Difficultas determinandi auctoris in hoc est quod, nondum probata libri historicitate, non licet arguere ex ejus categoricis assertis, aut ex allusionibus, aut ex apparenti sinceritate, perinde ac objective fundatis : remanet enim possibilitas litterariae fictionis. *b.* Haec autem hypothesis potest excludi : α. vel ex modo quo designatur auctor, β. vel ex psychologia auctoris, prout consonat homini

fingenti aut res e contra native narranti, vel ex comparatione cum scriptis certo authenticis aut certo spuriis. Prima probatio non excludit omnino hypothesim fictionis valde subtilis atque accuratae ; secunda multo efficacior est, nam psychologia auctorem genuinum etiam invitum prodit ; tertia ex identitate characterum omnium potest esse efficacissima ; verum demonstratio securior erit ex omnium indiciorum convergentia.

467. — III. *Thesis nota. : a. dogmatice :* criteria interna sola « confirmare traditionem quae [Joanni] quartum evangelium indubitanter attribuit », opinio *communis et practice sequenda*, Decr. Comm. bibl., 29 maii 1907, dub. II ; E, 2111 ; Vigouroux[12], III, 142 ; *b. critice,* saltem ex convergentia indiciorum omnium, *certa.*

Probatur IV^i evangelii joannicitas ex indiciorum convergentia.

Ostendemus omnia indicia sejunctim triplici argumento ; postea omnia in unum argumentum colligemus.

468. — 1°. (Ex unitate scriptorum Joanni attributorum). — Argumentatio optima est, sed longiorem expositionem requirit ; cf Jacquier, Hist., IV, 1-22 ; Lepin, p. 250-285. Sufficiat ejus processum notasse :

a. ostendetur identitas characterum in auctore singulorum librorum, v. g. doctrinae (de Verbo, de unctione et de Spiritu, de charitate, de luce et de tenebris...), auctoritatis singularis, longaevitatis, linguae ac styli... *b. colligentur* omnes notae quae ad designandum auctorem prodesse possunt : testis oculati, Apostoli praedilecti, exsilio Patmensi damnati, Asiae praesulis, longaevi, ipsius Joannis (Apoc. I, 1, 4, 9).

Vel brevius concludetur evangelii joannicitas ex identitate omnium notarum cum notis I epistolae certo joanneae...

469. — 2° (Ex identitate notarum inter Joannem Synopticorum et anonymum discipulum evangelii). — Secure affirmari potest identitas personarum, quarum conveniunt notae individuantes tum externae, tum internae (psychologicae), praesertim non explicite descriptae, sed implicitae ac diligenti analysi eruendae ; a. conveniunt...

Ad M. : Ratio est quod collectio talis bis *naturaliter* dari nequit aut *ex industria* adeo perfecte procurari. Supponitur autem criticum magis advertere signis indirectis (quae difficilius fingi possunt) et dotibus internis, quam declarationibus explicitis, quae suspectae esse debent, quandiu de earum veritate inquiritur. Sub hoc ergo respectu validior est probabilitatum convergentia, quae sunt quasi praeter voluntatem scriptoris, quam vindicatio nitida alicujus qualitatis, quae decipiendi causa fieri potuit.

Ad m. : *A.* Conveniunt notae externae (advertendo praesertim ad signa implicita) :

Joannes Synopticorum :	*Anonymus IVi evangelii :*
a. piscatoris filius, Mc. XIX, 20 ; Lc. V, 10 ;	*a.* designatus probabiliter, Joa. XXI, 2 ;
b. e familia sat divite, Mc. I, 20 (famulos habet) ; Mt. XXVII, 55 (Salome sequitur Christum, cum mulieribus quae eum facultatibus suis juvant).	*b.* erat notus Pontifici, XVIII, 15, 16 ;
c. vocatur post Simonem et Andream, Mt. IV, 21, 22 ; Mc. I, 19, 20 ; III, 17 ; Lc. V, 8-12 ; — cf. varias apostolorum enume-	*c.* videtur esse anonymus cum Andrea vocatus, I, 37, nam narratio videtur a teste fratrem habente ; dicitur enim Andreas

rationes, in quibus videntur nomina recensita juxta vocationis ordinem : Mt. X, 2-4 ; Mc. III, 16-19, Lc. VI, 14-16 ; Act. I, 13 ;

d. adest caenae, tanquam apostolus, cum solis undecim, Mt. XXVI, 20 ; Mc. XIV, 20 ; Lc. XXII, 14 ;

e. praedilectus testis est majorum eventuum, v. g. transfigurati Dñi, Mc. IX, 2 ; parandae caenae, Lc. XXII, 8 ; agoniae, Mc. XIV, 33...

f. familiariter Christum interrogare solitus, v. g. de ruina urbis, Mc. XIII, 3 ; de praeeminentia in regno, Mc. X, 36 ; Mt. XX, 20...

g. amicitia et dignitate Petro conjunctus, Mc. I, 29 ; IX, 2 ; Lc. XXII, 8 ; Mc. XIV, 33 ; Act. III, 4 ; VIII, 15 ; Gal. II, 9.

h. Jacobi frater, Mt. IV, 21 ; X, 3...

vocasse πρῶτον [al. πρῶτος] τὸν ἀδελφὸν τὸν ἴδιον Σίμωνα ; atqui par fratrum e prioribus vocatis constat filiis Zebedaei ;

d. interest caenae, XIII, 23 ;

e. discipulus est quem diligebat Jesus, XIII, 23 ; XIX, 26 ; XXI, 20 ; supra pectus Dñi recumbit, XIII, 23, 25 ; Mariam matrem accipit, XIX, 23-27...

f. liberius interrogat de proditore, XIII, 26, 27 ;

g. Petro amicissimus, XIII, 23 sq. ; XVIII, 16 ; XX, 2-8 ; XXI, 2, 7, 20-23 ;

h. innuitur tum ex *c*, tum ex eo quod solus Jacobus proprio nomine non designatur, quemadmodum nec Joa. ; ergo pari ac fraterno consilio ;

i. longaevus, juxta traditionem.

i. longaevitate singularis, XXI, 23.

N. B. Inde habes, licet Joannes nullibi expresse designetur, eum certo ubique supponi (non certo in singulis locis, sed certo in libri summa), seu *omnia scribi in persona Joannis.*

B. Conveniunt dotes internae anonymi in IV° evangelio cum dotibus a'. Judaei, b'. ad mare Tiberiadis habitantis, c'. discipuli assidui, d'. filii Zebedaei, e'. f'. g'. qualis fuit Joannes :

a'. *lingua* : Aramaïcam dialectum prodit, Jacquier, IV, 102 sq. : ex jejuniori syntaxi, Hebraïcae affini, ex parallelismo, ex interpretatione verborum Hebraïcorum...

b'. *accurata cognitio rerum Judaïcarum :* Jacquier, IV, 105 sq., sive festorum, sive consuetudinum, sive idearum coaevarum, sive locorum, 112 sq., speciatim maris Tiberiadis ac vicinae regionis, Lepin, p. 407 sq. et rei piscatoriae, VI, 16 sq. ; XXI, 1-14,.. Haec autem omnia refert, non intentione jactandae eruditionis, ut solent extranei, nec descriptionis aut ornatus, ut allegoristae, (multa enim absque symbolismo sunt), sed accuratae assertionis, ut fit ab indigenis...

c'. *vitae Christi plenior cognitio*, v. g. de duratione ministerii, de itineribus Jerusalem versus (quae reliqui innuunt), de circumstanciis temporis et loci... quae omnia refert eo modo vivido et simplici qui testem prodit (expresse ceteroquin affirmando se testem oculatum fuisse) : I, 14 ; XIX, 35 ; XXI, 24 ; cf. I Joa. I, 1-6 ; III Joa. 12 ;

d'. *joanneae traditionis scientia singularis :* refert enim non multa *de eo*, sed multa quae *per eum* innotescere potuerunt, Lepin, p. 436 sq., speciatim ea quae respondent singulari amicitiae Petri et Christi erga Joannem, quam testantur Synoptici, cf. *A e* ;

c'. *scientiae hujus perfectioris justificatio Joannis menti valde congrua,* nempe ex gratuita praedilectione Christi, cf. *A e.*, ex temporis progressu, II, 16-22 ; XII, 16 sq. ; XIV, 25-27 ; XVI, 4, 13 ; cf. *A i* ;

f'. tandem *expressa voluntas identificandi se cum evangelii scriptore* (etiam c. XXI, cf. Lepin, Origine, p. 286 sq.) et cum discipulo praedilecto, XIX, 35 ; XXI, 24 ; Lepin, ibid. ; RB, 1908, p. 90 sq., quem ex *A* constat certo describi ut ipsum Joannem.

N. B. Inde habes omnia scribi in persona Joannis *eo modo quo Joannes etiam invitus scriberet*, si occultari vellet (a', b', c', d', e'), aut seipsum designaret, si tacito nomine vellet tamen agnosci, (f').

470. — 3° (Ex comparatione cum apocryphis). — Ille secure libri auctor

haberi potest qui *a.* eo modo auctor designatur, *b.* eaque de causa, quomodo ac qua de causa nusquam fit in apocryphis ; a. in IV° evangelio Joannes eo modo eaque de causa auctor designatur... ; e...

Ad M. : *a.* diversitas modi, pro valore differentiarum, magnam probabilitatem creare potest ; *b.* diversitas causae efficacior est, quia potest etiam quamlibet fictionis sufficientem rationem excludere.

Ad m. : *a.* diversitas modi : liber enim editus est

α. *absque expressa ullius auctoris designatione*, ut fit plerumque in Actibus apocryphis apostolorum, v. g. in Act. Joannis a Prochoro scriptis, cf. Galland, Bibl. Patr., VII, 109 C, E ; pseudepigraphi enim scriptores debent auctoritatem libro suo conciliare ; e contra designatio Joannis talis est, ut coaevis et familiaribus potuerit ex convergentia notarum dilucida videri, nobis autem intelligibilis non sit, nisi ex accurata exegesi, n. 469 ; — β. *absque ulla auctoris commendatione*, ut faciunt pseudepigraphi ; e contra in IV° evangelio nullibi Joannis praerogativae demonstrantur ; illud ipsum quod « discipulus fuit quem diligebat Jesus » asseritur sine ulla apologia, ut factum notum...

b. diversitas causae : abest nempe ratio sufficiens fictionis ex eo quod

α. liber *non est scriptus in beneficium Joannis*, sed potius Petri, nam, licet quaedam egregia de Joa. narrentur, v. g. quod praedilectus, quod in sinu Dñi recubuit, quod solus affuit morti... nullibi praedilectio asseritur ex propriis meritis, neque ut principium humanae gloriae, v. g. praeeminentiae vel thaumaturgicae virtutis, ut in apocryphis, cf. Prochor., Acta Joa., 46, 47 ; Galland, VII, 150 ; Lipsius-Bonnet, Acta apost. apocr., II^a, 171 : II^b, 9 ; — haec praeterea enarrantur sine explicatione aut apologia, ut facta nota vel publica, et ex necessitate explicandi unde habeat nova et altiora referenda ; — nihilominus primae partes (seu primatus) aperte tribuuntur Petro, IV, 68 ; XX, 5 sq. ; XXI, 7, 15-17 ; — β. liber *non est scriptus in beneficium traditionis esotericae*, sed quemadmodum causae scientiae Joanneae obviae et naturales indicantur, (quod vicinior testis, quod progressu temporis melius intellexit, II, 22 ; XII, 16 ; XIV, 25-27 ; XVI, 4, 13, 14 ; utpote longaevus, XXI, 23), ita provocatur ad facta publica, immo Judaeis notiora, quatenus praesertim Hierosolymis patrata.

471. — **Concluditur.** — Convergentia argumentorum 1, 2, 3, ita manifestari potest : authenticus est libri auctor α. quem, licet tacito nomine, *complexus notarum exteriorum* sive explicitarum, sive implicitarum, designat ; β. qui habet *omnes internas dotes* auctoris ita designati ; γ. qui designatur *eo modo quo nullibi apud scriptores apocryphos* ; a Joannes...

Ad M. : cf. n. 466.

Ad m. : quoad α, vide n. 469 A ; quoad β, n. 468, 469 B ; quoad γ. n. 470.

Ad difficultates.

472. — Ex erroribus topographicis, Jacquier, Hist., IV, 114. — Ex sublimiori speculatione de Verbo, Jacquier, Hist. IV, 117 sq. — Ex dualitate styli, Jacquier, Hist., IV, 130 sq.

Crisis integritatis et sincebitatis.

Thes. XLVII. — Evangelium Joannis est substantialiter integer.

473. — Probationem generalem vide, n. 367 sq.

Loci qui interpolati dicuntur sunt : V, 4 (angelus piscinae Probaticae) ; V, 53 — VIII, 11 (mulier adultera) ; XXI, 1-24 (apparitio ad lacum), vel saltem XXI, 24, 25 (clausula) : vide de eorum genuinitate Cornely^2, III, 232 sq. ; de XXI, 1-25, ibid., p. 235 ; Lepin, Origine, p. 286 sp. ; RB, 1908, p. 91 sq. ; Jacquier, Hist^4., IV, 280 sq.

Thes. XLVIII. — Joannes in scribendo verax fuit.

474. — Probationem omnibus evangelistis communem vide, n. 375 sq.

Quanquam argumenta eadem *substantialiter* valent de Joanne, quaedam sunt ei aliquatenus accommodanda, n. 377, quia excultior fuit et speculationi magis deditus...

Adverte praeterea ex hac thesi probari in Joanne *subjectivam persuasionem* seu *fidei sinceritatem*, modum autem exponendi allegoricum non excludi *immediate et per se*, sed tantum postquam probaverimus illum *voluisse haberi ut historicum* et *de facto historice scripsisse* ; cf. thes. seq.

Crisis veritatis.

Thes. XLIX. — I. Quarti evangelii character specialis partim ex fine dogmatico, II. partim ex modo narrandi minus impersonali, apte explicari potest, III. quin necessaria sit allegorica fictio ulla.

475ª. — Cornely², III, 262 sq. ; Calmes, O. P., Évang. selon S. Jean, Parisiis, 1904, p. 65 sq. ; Knabenbauer, In Joa²., p. 50 sq. ; Jacquier, Hist⁴., IV, 204 sq. ; compendiose Vigouroux¹², III, 178 sq. ; prolixius Lepin, Valeur hist. du IVᵉ évang., 2 in-12, Parisiis, 1910.

475ᵇ. — Praenot. : I. *Stat. quaest.* — Rationes dubitandi de libri historicitate, quas rationalistae urgent ac plerumque exaggerant, hae sunt praecipue : *a. finis dogmaticus* manifestus, tum ex aperta scriptoris declaratione, XIX, 35 : « Et qui vidit testimonium perhibuit... ut et vos credatis » ; XX, 30, 31 : « Haec scripta sunt ut credatis quia Jesus est Christus »... tum ex manifesta intentione, cum omnia eo tendant ut Christi messianicitatem ac divinitatem probent ; — *b.* chronologia apparenter diversa a synoptica ; — *c.* loca evangelizata alia ; — *d.* facta enarrata, si Passionem excipias et narrationes sex, semper diversa, omissis rebus maximi momenti a Synopticis traditis ; — *e.* objectum praedicationis aliud ; — *f.* modus docendi sublimior... ; — *g.* indoles Christi auctoritate ac majestate divinior. Summatim, Vigouroux¹², III, 170 sq.

476. — II. *De adversariis.* — Fuse apud Knabenbauer², p. 26 sq. : α. alii defendunt adesse *saltem nucleum historicum* vel ab ipso Joanne, vel ab alio liberius postea evolutum ; ita Wendt, Weizsäcker, Renan... β. alii *omnia putant allegorica*, ita ut elementa historica sint adhibita tantum *propter aliud*, ut fit in fabula seu novella historica ; ita Thoma, Réville ac praesertim Loisy, IVᵉ évang., p. 53 (opus est theologicum); cf. 75 sq., 85 sq. (allegoria est theologica et mystica) ; Rev. critique, 1910, p. 364 sq. (series est visionum...)

477. — III. *Probationis methodus.* — Ut paralogismus adversariorum pateat, opportunum videtur ostendere prius quomodo character libri specialis ejusque allegorismus, illaesa historicitate, congrue explicari *possint*. Inde concludetur ad negandam historicitatem, vel ad eam affirmandam, *alia argumenta* esse afferenda. Praesens ergo thesis potius negativa est (praejudicia dissolvit) ; sequens tantum positivam probationem suppeditabit.

478. — IV. *Nota : a. dogmatice*, quatenus *possibilitas* historicitatis con-

tinetur in *facto* historicitatis, de quo in thesi sequenti, eadem nota assignanda est utrique thesi, n. 485 ; *b. critice*, quoad omnes partes, *certa*.

Prob. I : finis dogmaticus libri characterem explicare potest.

479. — (Ex proportione mediorum ad finem). — Character IV[i] evangelii specialis, ex dictis n. 475[b], in eo est quod finis est aperte didacticus, quod discrepant aliquatenus loca, tempora, facta, doctrina, praedicandi ratio, indoles Christi ; a., illaesa historiae veritate, *a.* finis didacticus eligi potest, *b.* electusque differentias ejusmodi explicare potest ; e., illaesa historiae veritate, specialis character evangelii explicari potest.

Ad m. : *a.* finis didacticus specialis eligi potest, illaesa historiae veritate, nam unus idemque factorum complexus multos respectus habet, praesertim ubi heros communem conditionem excedit, uti reformator religiosus simul ac socialis, v. g. Mahumetus vel omnium longe maximus Christus ; hi respectus licite possunt *historice* sejunctim proponi, quia nemo ad omnia pariter enarranda tenetur, immo debent sejunctim describi, cum omnes simul exhauriri, propter herois excellentiam, impossibilie est, aut cum, pro circumstantiis, quosdam non fuisse satis elucidatos compertum fit. Ita accidit quoties juridice de aliquo puncto « inquisitionis complementum » rogatur...

b. finis electus differentias praedictas explicare potest, illaesa historiae veritate ; nam ex fine supradicto, XX, 30, 31, sequuntur,

apud Joannem :

α. ***selectio argumentorum seu factorum :*** v.g. ***miracula*** tantum in probationem summae et arbitrariae potestatis... — ***sermones plerumque dogmatici*** de messianicitate et de divinitate... — narratio fere exclusiva ***conversationis in urbe Jerusalem***, ubi praecipui adversarii ac proinde testes insignes... — ***modus dicendi*** sublimior aut asperior, qui scribarum et pharisaeorum superbiam retundat...

β. ***concatenatio partium***, i. e. singula facta aliquod praedicatum messianicum vel divinum illustrant (Verbum, Via, Veritas, Lux...), ita ut singula fere requirantur ad integritatem theseos...

γ. ***speculatio tempori accommodata***, quia scopus est, ut ex factis genuina interpretatio eruatur, nempe ut pro pseudo-gnosi gnosis christiana instauretur, pro illegitima Verbi notione notio ejus legitima...

δ. consequenter ***transcendentia manifestior***, utpote quam Joannes constanter exprimendam intenderit...

apud Synopticos :

α. ***miracula*** omnis generis, ad praemiandam pietatem, vel exhibendam misericordiam... — ***sermones plerumque ethici*** aut dogmatici, praecipue de parousia et de regno, saepius iterati... — narratio fusior ***conversationis extra urbem***, quia saepius extra eam degit... — ***modus dicendi***, ad plebem, plerumque parabolicus...

β. e contra facta congesta pro copia fontium, ita ut quaedam sine dispendio omitti possint...

γ. e contra nulla speculatio, quia priores catecheses de ea non curabant et quia evangelia prodibant ut memoriale historiae evangelicae, non ut thesis de Christo...

δ. transcendentia obscurior, quia omnes Christi dotes mixtim descriptae sunt...

Prob. II : narrandi ratio libri characterem explicare potest.

480. — (Ex possibilitate easdem substantialiter res modis compluribus accidentaliter diversis exprimendi). — Salva rerum substantiali veritate,

narrationis character accidentaliter mutari potest,ex eo quod alius impersonaliter narrat, alius vero *a.* variarum personarum ideas ac verba suo potius stylo exprimit, *b.* ac narrationi proprios suos sensus, glossandi seu explicandi causa, admiscet ; a. ita Joannes relate ad Synopticos ; e...

Ad m. : *a. Joannes suum stylum omnibus tribuit* : res patet ex identitate styli omnium in evangelio et Joannis in suis epistolis.

« C'est une manière identique de développer l'idée en une série de propositions courtes et incisives, en forme de parallélisme explicatif ou plus souvent antithétique ; c'est la même façon d'employer une proposition commençant par un pronom démonstratif et reliée par une conjonction à une proposition subordonnée, soit pour insister sur l'idée déjà émise, soit pour amorcer une idée nouvelle ; chose plus caractéristique encore, c'est le même procédé consistant à revenir en arrière sur les membres antérieurs d'une phrase, par une série de reprises qui font passer tour à tour les divers points de vue de l'idée à mettre en relief, et à terminer par une proposition démonstrative qui reprend sous sa forme initiale l'idée qu'on vient de développer ».

« Comparer surtout I Joa. III, 1-10 avec Joa. XV, 12-17. De part et d'autre, on trouve également, en des sortes de strophes, l'énoncé d'une sentence, puis son explication, enfin une conclusion. Comparer à ce point de vue, I, Joa. II, 3-6, 7-8, 9-11, 15-17, 18-19, avec Joa. X, 11-14 ; XV, 4-6 ; XVII, 9-11, 18-19, 20-23 » ; Lepin, Origine, p, 253 , 254.

Parem characterem personalem habes in repetitionibus inductis ad complendam narrationem jam apparenter absolutam ; cf. XII, 44, post. XII, 27-43 ; item XV, 1 sq. post XIV, 31... Cf. Lepin, Valeur hist , II, 101, n. 3.

b. Joannes glossam narrationi intime admiscet, adeo ut quandoque valde difficile sit discernere quid a Christo, quid ab evangelista dictum sit, v. g. in colloquio cum Nicodemo, III, 16 sq. ; quemadmodum Paulus,ad Gal. II, 17, miscet expositionem suae theseos cum conflictus Antiocheni narratione ; cf. Lebreton, Trinité, I, 377, n. 1. ; item Joa. I, 16-19 ; cf. Knabenbauer, In Joa.[2], p. 97.

Prob. III : symbolismus IV[1] evang. sine fictione explicari potest.

481. — Quod ex natura rei et ex speciali factorum electione explicari potest per fictionem explicandum non est propterea tantum quod adest ; a. symbolismus IV[1] evangelii potest explicari... ; e...

Ad M.: conclusio enim esset praeter praemissas (paralogismus) ; ergo, ut explicatum est, n. 477, hoc argumentum nondum probat fictionem *non dari*, sed fictionem inde *non satis probari* ; positive excludetur tantum n. 486 sq.

Ad m. : *a. symbolismus ex natura rei explicari potest*, nimirum α. : ex natura *germinis* : etenim, cum ens nondum evolutum (seu in germine) eandem tamen indolem eandemque vim specificam habeat atque ens evolutum, solent initia cujuslibet viventis futuram ejus activitatem praefigurare : ita v. g. hominis pueritia adultam ejus aetatem praefigurat, vel exordia cujuslibet socialis instituti specialem ejus activitatem... quibus factis praefigurativis seu *symbolicis* hagiographi et historici plurimum delectantur... β. ex natura *mediatoris* : etenim quicumque homines docere vult eos sensibiliter erudire debet, exemplis proinde potiusquam verbis, seu symbolismo factorum potiusquam rhetorices ; cf. I Cor. IV, 16 ; XI, 1 ; Ad Phil. III, 17... γ. *a fortiori* ita esse debet, si Christus est revera legatus Dei, maxime si est Verbum Dei ; cf. n. 482 : negare proinde historicitatem propter symbolismum esset manifesta petitio principii.

Male ergo Dˢ Loisy : « L'interprétation allégorique du IVᵉ évang. est fondée sur ce que le livre tout entier, récits et discours, est dominé par le double symbole du Christ-lumière et du Christ-vie. Ce sont là deux images, puisque le Christ n'est pas dit lumière et vie dans le sens physique de ces mots, mais dans le sens spirituel... Les grandes lignes de l'interprétation allégorique sont donc indiquées par le livre même et ce n'est pas de la faute de l'évangéliste, si on ne les voit pas »... Rev. critique, 1910, p. 366.

b. symbolismus etiam ex electione scriptoris explicari potest, quatenus, pro speciali ejus scopo, facta magis significativa ac proinde magis symbolica eligere debuit eorumque sensum seu latentem symbolismum illustrare.

482. — Scholion. — *Explicatio symbolismi apud Patres.*

Sententia Patrum in praesenti controversiae statu ut argumentum proferri nequit, sed ut documentum ex quo intelligatur quam congrue difficultas ex symbolismo orta solvi possit, in hypothesi quam neque nunc ut falsam rejicere neque ut veram obtrudere licet.

Nempe, si Christus est Verbum Dei : *a.* essentiale est ei ut manifestet Patrem, neque alia de causa « caro factum est », nisi ut immaterialem Dei essentiam, ideam, voluntatem, materialem ac proinde nobis intelligibilem redderet ; debuit ergo consulere ut sensibilibus imaginibus piis fidelium sive doctorum sive rudium meditationibus aptam materiam suppeditaret. Hoc obtinuit parabolis, sed maxime gestis : « nam quia ipse Christus Verbum Dei est, etiam factum Verbi verbum nobis est » ; S. Aug., In Joa., tr. XXIV, 2, M, 35, 1593 C ; « ea quippe quae fecit D. N. J. C. stupenda atque miranda et opera et verba sunt : opera quia facta sunt ; verba quia signa sunt » ; tr. XLIV, 1, M, 35, 1713 D ; serm. XCVIII, 3, M, 38, 592 B ; cf. S. Gregor., Homil. II in evang., 1, M, 76, 1082 B. — *b.* quatenus autem divina causalitas praestat alii cuilibet divinaque perfectio cuilibet creaturarum perfectioni, nullum est symbolum cujus significationem Christus excellenti modo non verificet, nec potest *unum* symbolum divinarum ejus dotum multitudinem complecti : inde symbolorum quae Verbo Dei competunt plenitudo simul ac multitudo.

Ad difficultates.

483. — Vide v. g. apud Lepin, La valeur hist. du IVᵉ évang, allegorizantium rationes.

Thes. L. — I. Ex argumentis tum internis, II. tum externis, quarti evangelii historicitas saltem substantialis certo demonstratur.

Vide bibliographiam thesis praecedentis.

484. — Praenot : I. *Stat. quaest.* Amotis per thesim praecedentem adversariorum praejudiciis, positivam historicitatis probationem adorimur.

a. Cum adversarii non negent adesse in libro aliquot elementa historica (sive dicant eadem adjuncta allegoriis Joannis praesupponi ac synopticorum narrationi, sive concedant quasdam historicas descriptiones ad procurandam speciem historicam a Joanne admixtas esse, n. 476) plus sane probare intendimus ; *b.* scl. eadem puncta quae substantialia diximus, tum apud Paulum, tum apud Synopticos, n.260 , factis partim iisdem, partim novis, ab eo comprobanda suscipi ac per eum historica probari.

485. — II. *Thesis nota. — a. dogmatice :* interpretationem joanneam esse legitimam, *de fide ;* substantiam ejus narrationis, quatenus consentit cum synoptica, pariter historicam habendam esse, vide n. 392 ; ea quae addit, saltem collective sumpta, sensu historico esse intelligenda, *saltem proximum fidei,* ex constanti usu Ecclesiae, quem denuo testantur Decr. Comm.

bibl. 29 maii 1907, E, 2112 ; Vigouroux[12], III, 143 ; Decret. « Lamentabili », prop 16-19, E, 2016-2019 ; — *b. critice,* intentionem Joannis esse historicam ejusque librum habere valorem historicum saltem (non tantum) substantialem, *certum,* saltem ex convergentia argumentorum.

Prob. 1 : criteria interna IV[i] evangelii historicitatem testantur.

486. — 1°. (Ex convergentia indiciorum). — Habendus est saltem substantialiter historicus liber scriptoris ceteroquin veracis qui exhibet : *a. multa indicia* quae voluntatem probant facta publica accurate referendi, *b. vestigia communia* cum libris certo historicis, *c.* in partibus propriis *characteres informationis personalis ;* a. ita IV[m] evang. ; e...

Ad M. : haec enim et requiruntur... et sufficiunt : quoad *a.*, liquet ; — quoad *b.*, certum est, inter opera quorum alterum vult complere praecedens aut illustrare unum punctum vel aspectum praecedentis, sufficiens esse veritatis indicium, quod nullo modo sibi contradicunt, immo quod cognatione quadam inter se conjuncta videntur, ut implicitum et explicitum ; stulte enim ageret judex qui, postquam « inquisitionis complementum » rogasset, novam relationem rejiceret, ex eo quod nova facta aut novas saltem particularitates referret ; ceterum cf. n. 261 ; — quoad *c.*, liquet, quia inde probatur testem qui *voluit* vera referre *potuisse* recte informari.

Ad m. : *a. indicia interna* intentionem firmam manifestant, non allegorizandi seu fingendi, sed facta narrandi ; sunt autem praecipue :

α. *expressa voluntas probandi aliquid ex selectis argumentis.* — Hujusmodi voluntas historicitatem testatur, nam, si non ex factis, quid non probari potest ! si seligit ex liberis fictionibus, qualis scurrilitas asserendi se non tot allegorias scripsisse quot de hoc themate fingi potuissent ! aut de hoc themate tot varias allegorias elucubrari potuisse, ut mundum implevissent ! Quis ergo hanc mentem admiserit in homine serio ! quis in veraci ! Porro ita expresse Joannes : XIX,35 ; XX,31 : « Haec scripta sunt,ut credatis quia Jesus est Christus » ; XX, 30 : « Multa quidem et alia signa fecit Jesus, quae non sunt scripta in libro hoc»; XXI, 25 : « Sunt autem et alia multa... quae si scriberentur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros ».Ejusmodi assertio,in homine veraci ac serio, jam per se magnam historicitatis praesumptionem creat.

β. *absentia clavis,* quae allegoriarum sensum aperiat. — Fuit enim in opere didactico omnino necessaria, ne lectores deciperentur, nisi allegoria sat manifesta fuerit vel ex se, vel ex comparatione cum narrationibus historicis ; atqui neque ex se, n. 481, neque ex collatione cum Synopticis, nam concordantia cum eis historicitatem potius probat.

Immo ipsa allegoriarum multiplicitas historicitatem lectori suadebat. Allegoristae enim plerumque unum aut alterum thema evolvunt, ut fictionis unitati atque intelligibilitati consulant ; e contra Joannes. Apud eum vicissim Christus est *vita, via, vitis, aqua, panis, sponsus, pastor, agnus, ostium, hostia, verbum, lux, filius...* quae omnia praedicata tribuuntur ei pariter ac, pro nata occasione, quasi ex natura rei, non ex intentione narrantis.

γ. *cura manifestior omnia adjuncta historica definiendi* : α'. *quoad chronologiam :* solus v. g. claro modo distinguit varia Christi itinera ad Jerusalem,quae alii aut innuunt tantum aut supponunt ; Knabenbauer[2], p. 36, sq ; Vigouroux [12], III, 171 sq. ; inde tota chronologia vitae Christi publicae illustratur ; — β', *quoad minutas circumstantias :* circa facta quae ab aliis accipit ut historica, quin ea integre narret, utpote sat descripta, particularitates addit absque valore symbolico ; cf. v. g. Fillion, Synopsis, § 63, 64, 149, 154... — γ'. *quoad nexum historicum factorum inter se :* licet sat inutilis sit allegorizanti, caute lectorem monet, v. g. XII, 9-12, 17 sq. ; Calmes, S. Jean, p. 69-79 ; — δ'. *quoad immediatam correctionem meta-*

phorarum aut parabolarum male intellectarum : non praecaveret hujusmodi partiales errores, si tota ejus narratio allegorica esset,aut praecaveret materiam ordinando, ita ut sensus per se dilucidus esset ; e contra saepe reprehendit interpretationes (testium coaevorum) : v. g. II, 21 (solvite templum hoc...) : Ille autem dicebat de templo corporis sui... VII, 39 (flumina de ventre ejus fluent..) : Hoc autem dixit de Spiritu... VIII, 27 (Principium qui et loquor...) : Et non cognoverunt quia Patrem ejus dicebat Deum... X, 6 (de bono pastore) : Illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis... XI, 13 (Lazarus dormit) : Illi autem putaverunt quia de dormitione somni diceret... XI, 51 (expedit ut unus moriatur pro populo) : Hoc autem a semetipso non dixit... XXI, 23 (discipulus ille non moritur) : Et non dixit ei Jesus « non moritur », sed « sic eum volo manere »... — ε'. *quoad rectam factorum interpretationem* : si allegorizaret, satis ei esset genuinam doctrinam aptis symbolis exponere ; e contra distinguit interpretationem suam a factis narratis eamque dat non ut coaevam factis, sed ut recentem, accedente Spiritus lumine : II, 22 ; XII, 16 ; XX, 9...

Si objeceris hoc consulto factum ad colorem historicum procurandum, advertas scriptores hujus temporis non fuisse tantopere de hac re sollicitos, ut manifestum fit ex fabulosa historia Philostratis de Apollonio Thyanneo, ex apocryphis, immo ex Synopticis,n 410 sq ; hinc,licet verissimum sit ex una alterave addita particularitate historicitatem non probari, valde mirum est Joannem magis curasse de historica apparentia ac Synopticos, cum ea minus indigeret, si allegorice scriberet, et plane incredibile est eam historicam apparentiam perfectiorem apud eum tantum fictitiam esse qui, propter libri finem, XX, 31 (inquisitionis nempe complementum), strictiori historicitate magis indigebat.

δ. *objectivitas verificata in descriptis locis, moribus etc.* Ergo si verus deprehenditur in his quae verificare possumus, etiam in reliquis praesumptio ei favet.

b. vestigia communia adsunt inter Joannem et Synopticos, i. e. non tantum ubique Joannes Synopticam narrationem praesupponit, n. 484, sed habentur apud Synopticos vel asserta vel supposita ea facta quae Joannes explicitius describit :

α'.*quoad facta*, asserunt Synoptici Christum innumera portenta patrasse ipsamque potestatem vivificandi mortuos dedisse ut signum messianicum ; potest ergo Joannes libere ex hoc thesauro haurire ; — item supponunt Christum non semel Jerusalem petivisse, Mt. IV, 25 ; XXI, 23 ; XXIII, 37 ; Mc. III, 7 ; Lc V, 17, VI, 17, IX, 51, XIII, 22, XVII, 11... — β'. *quoad praedicandi modum*, jam ex diversis adjunctis colliges Christum debuisse aliter agere cum Pharisaeis aut scribis ac cum plebe ; idipsum ceteroquin vides apud Synopticos, ubi scribae et Pharisaei ad eum tentandum accedunt... γ'. *quoad indolem Christi*, licet ejus transcendentia splendidius apud Joannem eluceat, advertes eum eandem modestiam, prudentiam, mansuetudinem... exhibere atque apud Synopticos, ac vicissim Synopticos paris sublimitatis nonnunquam indicia praebere, Vigouroux[12], III, 177.

c. characteres informationis personalis apparent :

α'. ex eo quod *cohaerenter refert quae vel pertinent ad speciales testes* quibuscum probabiliter conversatus est et a quibus erudiri potuit ; v. g., ut pontifici notus, plura novit de ejus domo, XVIII, 10,16,26 ; ut novit Nicodemum,III, 1 sq.,plura de eodem refert, VII, 50, XIX, 39 : item de Matre Christi, II, 3 sq., XIX, 25 sq... — β ex *modo vivido descriptionum*, qui nativos testis sensus prodit, sive in partibus communibus (v g. Fillion, Synops. § 63, 64, 122,...), sive in propriis (v.g. § 88, 186...) Rem olim fatebatur Loisy, RHLR,1898,III, 52 sq.

487. — 2° (Indirecte, ex violenta allegorizantium exegesi). — Nimirum : *a. arbitrarie multa interpretari coguntur*, v. g. Loisy, IV évang., p. 65 sq., 80 sq., ita ut multa mere conjecturalia esse fateri debeant, v. g. Loisy,Rev. crit.,1910, p.366... *b. miro modo inter se dissentiunt... c.*tandem *pares vel luculentiores allegorias apud Synopticos deprehenderent*, cum minori etiam ingeniositatis dispendio, v. g. in resurrectione Naïmensi, Lc. VII, 11 sq. ; in

sedata tempestate, Mt. VIII, 23 sq. ; Mc IV, 36 sq. ; Lc. VIII, 22 sq. ; in paralytici sanatione, Lc. V, 17 sq..

Prob. II : criteria externa IV^i evangelii historicitatem comprobant.

488. — 2° (Ex consensu cum traditione orali). Liber, *a.* non obstantibus evidentibus difficultatibus, *b.* ab idoneis testibus, *c.* receptus ut historicus, habendus est substantialiter saltem historicus ; a. IV^m evangelium... ; e...

Ad m. : *a. evidentes difficultates* creabant tum sera libri editio, mortuis jam prioribus apostolis, qui illum suis respective ecclesiis commendarent, tum apparentes divergentiae inter illud evangelium et synoptica, n. 475^b ; — *b. idonei testes* erant tum communitates priores traditionum antiquarum sive ab apostolis *suis*, sive ab apostolicis viris receptarum, saltem propter particularismum et provincialismum, valde tenaces, tum Joannis discipuli et testes Asiatici immediati, qui scriptoris intentionem et ejus auctoritatem apprime noverant ; porro Asiaticos praesertim invocavimus, n. 456 sq. ; — *c. receptio libri ut historici* patet, sive ex modo allegandi asserta Joannea pari historico sensu ac synoptica, (hic citandi modus etiam apud Patres viguit qui specialem seu « spiritualem » libri indolem agnoverunt), sive ex modo conflandi unam continuamque historiam ex quatuor indiscriminatim evangeliis, uti fecerunt Tatianus et Theophilus Antiochenus, sive ex sollicitudine Patrum explicantium Joannem nullo modo ab historicitate recessisse, sed penitius res scrutatum esse.

N. B. — *Quaedam partes* possunt etiam specialiter confirmari, v. g. orationes eucharisticae Christi, ex mira earum affinitate cum veteribus traditionibus regionis Antiochenae ; Ladeuze, RB, 1907, p. 561 ; Hemmer, La doctr. des 12. ap., p. XXXVII sq. ; supra n. 422, 424. Vel in his regionibus traditiones (aut λόγια) exstiterunt plane similes, a Joanne independentes, vel antiquitus traditio Joannea ibi ut historica recepta est.

489. — 2° (Ex consensu cum traditione scripta, scl. cum Paulo et Synopticis). — Historicus est habendus, saltem quoad substantiam, testis qui cum testibus certo historicis consentit ; a. Joannes consentit cum Paulo et Synopticis certo historicis ; ergo...

Ad m. : *a.* Synoptici et Paulus, ex probatis, certo historici sunt, saltem ex eo quod summe veraces probati sunt, recte eruditi, bonis fontibus nixi ; — *b.* consentit cum eis Joannes non tantum quoad nucleum quendam (lato sensu), i. e. quoad multa puncta, quae admittit tanquam elementa suae narrationis, ut omnes fere concedunt, sed α. *quoad substantiam historiae evangelicae*, quatenus eadem puncta substantialia historice quidem describenda suscipit, quae Paulus ac Synoptici, n. 260, eaque manifeste eodem substantialiter modo interpretatur ac illi. . β. *quoad narrationes Joanni proprias*, consensus in hoc est quod manifeste ad eadem facta essentialia eandemque interpretationem personae Christi illustrandam tendunt, et quod apud Synopticos vestigia saltem reperiuntur sat multarum particularitatum quas solus Joannes explicitius descripsit.

490. — Argumentum hoc indicatur, ut appareat quomodo testimonii Joannei vis plene manifestari possit. Verum, juxta methodum superius servatam in judicando testimonio

Paulino, c. I, n. 260 *b*, 270 *b*, vel Synoptico, c. II, n. 394, melius hic, c. III, omitteretur ac differretur in totius sectionis I^ae conclusionem, n. 509.

491. — **Scholion.** — *De habitudine IV^i evangelii ad evangelia synoptica.* Cornely², III, 247 ; Camerlynck, II, 212 sq. ; Knabenbauer², 33 sq.

492. — **Coroll.** : I. *De valore IV^i evangelii historico.* — *a. Ut documentum fidei,* nemo negat IV^m evangelium documentum esse egregium. Multi tamen non satis advertunt quantopere ejusmodi fides pro factorum historicitate testetur, quatenus substantialis saltem factorum historicitas critice sola ratio sufficiens apparet fidei adeo novae adeoque transcendentis. — *b. Ut documentum historicum,* distinguendum videtur inter — α. *narrationes,* in quibus descriptio plerumque accuratior est, quam apud Synopticos, n. 486 *a*, γ ; — β. *orationes,* in quibus licet substantia sit historica, forma saepe potius Joannea putanda est n. 480.

493. — II. *De usu libri critico.* — Ex dictis patet quo pacto liber critice possit usurpari : *a. quoad chronologiam, topographiam multasque materiales particularitates* adhiberi potest, ut compleantur synopticae narrationes ; *b. quoad expositionem doctrinae,* prodesse plurimum potest, ut ejus sensus illustretur, quin tamen doctrina Christi apud Joannem ad verbum recitata censeatur ; *c. quoad indolem Christi vel generalis ejus conversationis characterem,* advertendum est speciali Joannis fini : apostolus mentitus non est *unum* mirabilis illius faciei aspectum illustrando ; nos tamen erraremus, si reliquos non respiceremus, aut illum unum opinaremur prioribus discipulis ab initio adeo manifestum fuisse. Ipse nos Joannes monet, ut haec intelligerentur, et tempus diuturnum et intimum Paracleti lumen necessaria fuisse, cf. n. 412, 2° ; 470 *b* β.

Ad difficultates.

494. — Knabenbauer, In Joa²., 33 sq. ; Cornely, Introd²., III, 249 sq., 262 sq.

C. IV. DE HISTORIA EVANGELICA JUXTA TESTIMONIUM HAERETICORUM.

Thes. LI. — Scripta apocrypha et haeretica primaeva, I. quanquam nullomodo parem auctoritatem sibi vindicare possunt, II. evangelicam tamen traditionem non parum confirmant.

495^a. — Variot, Les évang. apocr., Parisiis, 1878 ; Mgr Freppel, Pères apost., c. II, III ; Westcott, History of the canon⁷, p. 278 sq. ; Fillion, Les SS. évang., I, 107 sq. ; Batiffol, Orpheus, p. 78 sq.

495^b. — **Praenot.** : I. *Stat. quaest.* — *a.* Traditiones extracanonicas interrogamus, ut ea nos doceant quae canonici libri forte tacuerint, aut forte eadem confirment quae illi dixerint ; — *b.* Quemadmodum fecimus de canonicis, immediate inquirimus de factorum sensibilium veritate, neque inquirimus de eorum interpretatione, nisi quatenus juvat ad sensibilem eorum historiam melius dignoscendam ; — *c.* Ut patet, sufficit respicere scripta antiquiora.

496. II. *Testimonia extracanonica.* — Duplicis sunt generis : α. *apocrypha*

quae, supposito nomine, traditionem canonicam complere satagunt aut parallelo modo referre ; ejusmodi est « evangelium sec. Hebraeos », antiquius omnibus aliis, probabilius ex saec I, n. 326, « evangelium Thomae Israelitae », ac multo post. saec. III°, IV°, « protoevangelium Jacobi » (unde orta « Evang. Pseudo-Matthaei », seu « Liber de ortu B. Mariae et infantia Salvatoris » et « Evang. de nativitate Mariae »), « Evangelium Nicodemi »... β. *scripta haeretica*, quae canonicam traditionem impugnant, sive quaedam resecando, sive contraria docendo ; ejusmodi sunt ex antiquioribus « Evang. duodecim apost. » (forte mera interpolatio ebionitica Matthaei canonici), « Evangel. Philippi » (gnosi Aegyptiacae favens), « Evangelium Petri » (docetismo indulgens), « Evang. Marcionis » (a Lucae mutilatione ortum) et decem circiter alia prorsus deperdita, scl. Cerinthi, Basilidis, Apellis, Valentini, Thaddaei, Judae, Matthiae, Barnabae, Bartholomaei, Andreae... quae saec. II° prodierunt.

497. — III. *Adversarii* sunt quicumque tenent canonicos libros arbitrarie electos esse inter apocrypha, ut Voltaire, ap. Vigouroux, Les livres SS., II, 255 sq. ; vel solius ecclesiae « orthodoxae » opinionem referre, non *universale* testimonium, ut Volkmar, ap. P, n. 86, not. ; vel approbatos esse ex instinctu quodam mystico, ut Loisy, cf. n. 292 *c*, vel ex pacto plus minusve conscio inter opiniones moderatas. ut S. Reinach, ibid., et alii nonnulli mire proni ad praestandam iis libris fidem quam canonicis denegant.

Prob. I : Auctoritas horum scriptorum canonicis non aequiparanda.

498. — 1° *Quoad apocrypha : a.* ex critica interna :

α. *dependentia a canonicis est manifesta :* supponunt enim eandem Christi biographiam eademque gesta, sed fabulis ea exornant, quorum exempla offert Irenaeus, Adv. haer., I, 20, M, 7, 653 sq., vel quae videntur non satis probata in canonicis comprobanda suscipiunt spuriis traditionibus, v. g. Mariae virginitatem ab obstretrice declaratam enarrant... Exempla vide apud Fillion, p. 111 sq.

β. *complementa sunt gratuita*, nam ejusmodi assertionum nullum fundamentum seu nulla probabilis traditio indicari potest... — *incohaerentia* non tantum cum synopticis (haec enim ratio sine petitione principii aegre invocari potest), sed in se ipsis, nam multitudo miraculorum inde a pueritia est impossibilis (non potuisset enim Christus latere ignotus, ut asserunt etiam docetae, qui illum dicunt post baptismum tantum se manifestasse, vel ut necesse erat, ne praemature suspiciones in se moveret etc.) ; item impossibilis est revelatio illa ab initio manifestissima, v. g. antinomismi, vel divinitatis suae (statim enim, uti Stephanus, oppressus fuisset)... — *certo falsa*, propter manifestos anachronismos ; cf. Wallon, Croyance due aux évang.[2] p. II, c. I, p. 275, 276.

γ. *indoles est ethnica*, quatenus ut plurimum thaumaturgia extollitur, doctrina moralis omittitur, aut longe infra evangelicos conceptus deprimitur ; cf n. 409 ; Fillion, *l. c.*

b. ex critica externa : sufficit commemorare, si Evang. ad Hebraeos

excipias, seram eorum apparitionem et absentiam traditionis de eorum origine, n. 291.

499. — 2° *Quoad scripta haeretica : a.* ex critica interna :

α. *dependentia a canonicis est aeque manifesta*, sed per modum mutilationis, sive solus Mattheus recipiatur, ut ab Ebionitis et Nazaraeis, sive solus Lucas (mutilus) a Marcionitis, sive potius Joannes a Valentinis ; cf. Irenaeum, Adv. haer., III, 11, 7, M, 7, 884.

β. *resectiones vel additiones non propter rationes historicas* factae apparent, sed propter dogmaticas, aliis verbis vel propter praejudicia gentis, (quemadmodum apud Ebionitas et Nazaraeos) vel propter speculationes philosophicas (v. g. platonismi vel mazdeismi apud gnosticos), ut acute observarunt (Justini argumentationem probabiliter imitati) Irenaeus, Adv. haer., II, 14, 2, 3, 5. M, 7, 750 sq. ; Tertullianus, De praescr., 7, M, 2, 19 ; Hippolytus, Philosophumena, I, praef., M, 16, 3021 A ; 26, 3056 B... — Recte Westcott : « In this, as in every thing else, heresy is special, limited, partial, where the Church is general, wide, catholic », p. 278.

b. ex critica externa. — Idem dicito ac de apocryphis, n. 498. Adde neque eorum auctores provocasse ad publicam historiam, quemadmodum Lucas, Paulus, Joannes et Epistolarum catholicarum scriptores, sed ad esotericam traditionem ; Irenaeus, Adv. haer., I, 25, 5, M,7,685 ; III, 5, 1, 858 sq. ; III, 12, 6, 898 ; Tertull., De praescr., 22 sq., 25 sq., M, 2, 33 sq., 37 sq. ; Hippolytus, Philos., V, 8, M, 16, 3142 A.. — neque praefuisse libris conscribendis theoriam « depositi custodiendi », sed quandoque theoriam liberae speculationis ; cf.Irenacum, II, 13, 9, M, 7, 749 A ; 18, 6, 770 B ; 30, 2, 816, A ; Tertull., De praescr., 8, 9, M, 2, 21 — neque, ut plurimum, doctrinam de fide usque ad martyrium profitenda ; cf. Irenaeum, IV, 33, 9, M, 7, 1078 A ; III, 18, 5, 936 A ; Clem. Alx., Strom. IV, 4, M, 8, 1229 B ; IV, 12, 1289 sq. (excipe : IV, 4, 1229 C) — Consequenter textus pari libertate interpolati sunt ac conscripti : « Idem licuit Valentinianis quod Valentino, idem Marcionitis quod Marcioni, de arbitrio suo fidem innovare » ; Tertull., De praescr , 42, M, 2, 58 ; cf. Variot, Évang. apocr., p. 490 ; Fillion, p. 121.

Prob. II : Scripta extracanonica canonicorum auctoritatem confirmant.

500. — (Ex eorum analysi). — Pro fidelitate testis alicujus testantur qui, sive quatenus consentiunt cum eo, sive quatenus dissentiunt ab eo, supponunt eadem substantialia praedicata in objecto communis testimonii ; a. scripta apocrypha vel haeretica... ; e...

Ad. m. : *a. quatenus consentiunt* supponunt vel *historicitatem librorum* a quibus manifeste pendent : « Tanta est autem circa Evangelia haec [quatuor] firmitas, ut et ipsi haeretici testimonium reddant eis et ex ipsis egrediens unusquisque eorum conetur suam confirmare doctrinam... Cum ergo hi qui contradicunt nobis testimonium perhibeant et utantur his, firma et valida est nostra de illis ostensio » ; Irenaeus, Adv. haer., III, 11, M, 7, 884 sq. « Ipsi [haeretici] de Scripturis agunt et de Scripturis suadent.

Aliunde scl. loqui possent de rebus fidei, nisi ex litteris fidei ! » Tertull., De praescr., 15, M, 2, 28 B. — vel *historicitatem factorum,* nam admittendo divinam Christi legationem ejusque excellentiam implicite saltem (praeter testimonia explicita de multis punctis) testantur de factis seu signis quibus talis opinio creari debuit. Porro illud splendido argumento esse debet, quod *omnes sectae haereticae Christum tanquam Dei legatum habent. ac multae ut deum excellentiorem deo Judaeorum !* Cf. n. 219 sq.

b. quatenus dissentiunt, dissensus causae assignari possunt : α. vel *exaggeratio traditionis canonicae,* v. g. quatenus nolunt talem deum materiae contactum perpessum esse, vel mortem obiisse... (inde nec corpus physicum, nec vera nativitas, nec possibilis resurrectio...) — β. vel *rationes non historicae,* sed dogmaticae v. g. platonismus, vel mazdeismus (apud gnosticos...) vel particularismus (in nomismo judaïzantium vel antinomismo gnosis Samaritanae...) — Proinde haec omnia causas objectivas supponunt substantialiter easdem ac canonicorum librorum asserta.

501. — **Scholion.** *De necessaria historiae idealizatione.* Plurimum prosunt evangelia apocrypha ad solvendam rationalistarum objectionem : necessario fieri, ut insignes viri corona mythorum aliquando circumdentur. Res aliquatenus concedi potest, modo advertatur idealizationis mensuram non a priori definiendam esse,sed pendere a natura herois et cultus quem ei homines persolvendum sentiunt Hujusmodi idealizatio locum habet in apocryphis, quorum fabulae eo prolixiores ac magis stupendae sunt, quo recentior conscriptio. Ex eorum natura proinde ac fortuna jejunus canonicorum librorum dicendi modus atque Ecclesiae vigilantia plurimum commendantur.

C. V. HISTORIA EVANGELICA JUXTA TESTIMONIUM ETHNICORUM.

Thes. LII. — I. Ethnicorum de re christiana testimonia traditionis evangelicae historicitatem comprobant, II. quin contra eam invocari possint aut multorum silentium, III. aut atrocia in christianos crimina.

502. — **Praenot.** : *Stat. quaest.* — Ut in thesi praecedenti, novam traditionis evangelicae verificationem tentamus ex adversariorum testimonio. Ut patet, argumentum *nequit sperari* per se sufficiens, (nam nullus est *adversarius* nisi aut ex ignorantia, aut ex errore, aut ex mendacio, aut ex his omnibus simul causis), sed saltem probatio negativa (si nulla efficacia documenta in contrarium) et forte positiva plus minusve valida. De facto, defenditur ethnicorum testimonium *non parum favere* substantiali evangeliorum historicitati.

Prob. I : ethnici substantialem evangeliorum historicitatem confirmant.

503. — Sufficit invocare : *a. testimonia de Christo* Marae, Flavii Josephi, Taciti, cf. n. 216, omnino independentia ab evangeliis, et Celsi, tum ab evangeliis tum a Judaïca traditione dependentis, cf. n. 218 ;

b. testimonia de Christianis, praesertim α. quoad *Christi adorationem,* quam asserunt Plinius, Celsus, Lucianus — β. quoad *martyrum constantiam,* quam confitentur Seneca (?), Epictetus, M. Aurelius, Lucianus — γ. quoad *vitae integritatem,* quam agnoscunt Plinius, Trajanus, Hadrianus. — Haec enim et antiquam de Christo opinionem testantur et testimonii christiani valorem indicant, n. 217.

Prob. II: non obstat ethnicorum de re christiana silentium.

504. — Liquet jam exinde quod non est absolutum ; praeterea apte explicari potest :

α. *ex natura rei* : quia nemo tunc conjicere poterat quanta arbor e « grano sinapi » nascitura esset, praesertim cum eodem tempore tot pseudo-christi in Judaea orirentur ac tot sectae ejusdem fere generis ubique pullularent. Rem confitetur Renan, Les apôtres, c. XV, p. 262 sq. ;

β. *ex natura sectae christianae,* quae primis temporibus contemptu digna habebatur, tum propter Judaïcam originem, tum quia hominibus infimae plebis et illitteratis maxime constabat ;

γ. *ex astutia,* nam secus explicari nequit quomodo, etiam saec. IV, postquam imperator christianus factus est, historici scriptores velut Eutropius et Aurelius Victor de hac rerum mutatione taceant. Haec « silentii conspiratio » ultima est ultio devicti ethnicismi ; egregie, G. Boissier, La fin du paganisme[3], II, 209 sq. « Quand la victoire du christianisme eut coupé court aux anciennes calomnies, les païens lettrés inaugurèrent la conspiration du silence : ignorer l'existence et le triomphe des chrétiens fut l'une des toutes premières règles de la bonne compagnie » ; cf. Ch. Devas, L'Église et le progrès du monde, Parisiis, 1909, p.266, juxta T. R. Glover, Life and letters in the IV century.

Prob. III : neque obstant atrocia de christianis moribus crimina.

505. — Etenim : *a.* mores ejusmodi probarent tantum christianos ab evangelica sanctitate deflexisse ; *b.* sed revera his anonymis criminibus contradicunt publica Plinii, Trajani et Hadriani testimonia ; *c.* praeterea evidens est injustitia, cum in solis christianis reprehendatur quod in aliis cultibus, nullo reclamante, tolerabatur : unde recte apologetae respondebant « nomen in causa esse » : δι' ὄνομα Χριστοῦ μισούμεθα ; S. Justin., Apol. I, 24, M. 6, 364 B ; Tertull , Apol., 2, M, I, 291 A, 278 A ; Ad nat., I, 3, M, I, 561 B ; *d.* tandem in multis manifestus est error ; cf. Dom Leclercq, Dict. d'arch., art. Accusations, II, 266 sq.

CONCLUSIO TOTIUS SECTIONIS I^ae^.

Thes. LIII. — I. Spectatis ergo criteriis tum externis tum internis constat invicte de traditionis evangelicae historicitate substantiali ; II. proinde eos qui ab hac legitima conclusione discrepant miro modo inter se dissentire necesse est, ac praejudicia extracritica aliquando prodere, quemadmodum revera manifestum est, III. ii

vero qui etiam Christi existentiam negare audent pleno jure critici nulli sunt habendi.

506. — **Praenot. :** I. *Stat. quaest.* — Thesis synthetice proponit historicitatis probationem, qualis analytice exposita est toto decursu sectionis I^ae^, thes. XX-LIII.

Pars I positive concludit ex convergentia triplici ; p. II. indirectam confirmationem addit ; p. III. merum corollarium exhibet.

507. — II. *Recolitur totius probationis processus.* — Demonstratio historicitatis saltem substantialis facti christiani, qua objective sensibilis, quintuplici testimonio nititur : c. I. *B^i^ Pauli*, n. 259 sq. ; c. II. *Synopticorum*, n. 383 sq. ; c. III. *S. Joannis*, n. 475 sq. ; c. IV. *haereticorum*, n. 495 sq. ; c. V. *ethnicorum*, n. 502 sq.

In testimoniis quadruplici crisi perpendendis (originis, integritatis, veracitatis, veritatis, n. 227 sq.), illud praesertim provisum est, ut singulorum independentia pateret, tum ex diversis *testium indole ac moribus*, tum ex diversis eorum *fontibus*, tum ex diversis *assertionibus*. Quod ut manifestius fieret, singulorum textus *sejunctim* invocavimus, abstinendo vel ab eorum mixtione, vel ab eorum collatione, quam nunc ut utilissimam aggredimur.

Haec autem collatio duplici modo fieri potest : α. vel spectantur textus ut testimonium unius viri, β. vel ut testimonium societatum quae eos libros seu textus approbarunt. Utraque methodus legitima est, sed secunda longe efficacior. Sub hoc respectu orthodoxorum textus omnibus aliis praestant, non tantum sociorum eos recipientium *numero*, sed tali sociorum in regionibus tam dissitis ac tam diversis independentia, ut *universalis* seu *catholica* textuum receptio jam per se argumentum sit veritatis eximium.

508. — III. *Nota : a. dogmatice*, eadem ac in thesibus distributivis, n. 262 sq., n. 392 sq., n. 485 sq. ; *b. critice*, p. I, ex argumentorum convergentia, *certissima* ; p. II, III, *certae.*

Prob. I : **ex convergentia substantialis historicitas fit certissima.**

509^a^. — Duo possunt spectari in variis testimoniis : assertum seu materia, modus seu assertionis character. Ex assertis argui potest (praescindendo ab indole testium) ut ab *effectibus*, qui a priori consentire debent, si *causae* (seu testes) sunt veraces ; ex charactere autem assertionum argui potest, prout causarum (seu testium) indolem produnt, quae indoles (veracium nempe testium) a priori etiam definiri potest. Hinc triplex verificatio possibilis :

509^b^. 1° (Ex convergentia assertorum in variis testimoniis). — Historicum est habendum testimonium *a.* a multis relative discordibus concorditer prolatum, *b.* cujus concordiam sola rei historicitas, *c.* discordiam vero diversae testium passiones ac mores apte explicant ; a. ejusmodi est testimonium sive orthodoxorum, sive heterodoxorum, sive ethnicorum ; e...

Ad M. : patet : α. ex legibus in critica historica receptis, n. 261 ; — β. ex natura convergentiae, n. 142 sq.

Ad m. : *a. multiplicitas testium* est omni exceptione major : nullum enim antiquitatis factum tali testium numero nititur, ac praesertim studiorum adeo inter se oppositorum (Judaeorum et Samaritanorum, Alexandrinorum et Syrorum, Graecorum et Romanorum, eorum qui Persarum, aut

Platonicorum, aut Stoicorum aut nulli philosophiae addicti sunt), ita ut indicia saltem habeamus omnium facti christiani respectuum intra an. 30-200 ; — *b. sola rei veritas concordiam explicat*, nam concordiae qualem ostendimus inter Paulum prius persecutorem et Joannem, discipulum Dñi, inter violentum Marcum suavemque Lucam, inter orthodoxos illos et haereticos tam diversos, n. 499 sq., et ethnicos, n. 503, ratio sufficiens non datur neque ex pacto... neque ex communi deceptione... neque ex communi utilitate... neque ex naturali idearum aut morum evolutione... Perpende enim consensum de existentia ac vita Christi, de ejus influxu, de ejus cultu... « La foi, l'enthousiasme, la constance de la première génération chrétienne [adde : toute la fermentation gnostique] ne s'expliquent qu'en supposant à l'origine de tout le mouvement un homme de proportions colossales » ; Renan, Vie de Jésus[13], p. 464. — *c. discordiam diversa testium studia* explicant, nempe diversus influxus morum ethnicorum aut judaïcorum, philosophiae Persicae, Alexandrinae... amor diversus speculationis liberae et traditionis... ac praesertim affectus diversi judaïsmi, ethnicismi, catholicismi erga legem Christi ethicam, omnibus longe rigidiorem.

510.—2°. (Ex characteribus convergentibus variorum testimoniorum).— Certo probatur historicitas traditionis cui favent convergenter omnia credibilitatis indicia ; a. evangelicae traditioni favent... ; e...

Ad m. : probatur : α. *directe*, ex convergentia notarum in canonicis scriptis, nimirum : antiquitas major, latior immo catholica receptio, theoria correlativa « depositi custodiendi » seu traditionis, immo theoria martyrii pro traditione patiendi, transcendentia interna librorum omni exceptione major, cohaerentia interna (secluso rationalistico naturalismi praejudicio), archaïsmus longe major, simplicitas, sobrietas... β. *indirecte*, ex « concomitantibus variationibus », i. e. ex eo quod eadem indicia a reliquis textibus sive heterodoxis, sive ethnicis, tanto plus absunt, quanto plus a narratione evangelica discrepant, nempe : diffusio posterior ac longe minor (provincialis seu regionalis), theoria vel liberae speculationis vel esotericae traditionis, negata ut plurimum martyrii necessitas, dependentia manifesta a philosophia profana, ethica ac thaumaturgia ethnica, anachronismi, prolixitas... quae quidem notae diversimode competunt gnosi Judaeo-christianae, n. 221, aut ethnico-christianae, n. 220, aut scriptis omnibus ethnicis....

511. — 3°. (Ex convergentia utriusque argumenti praecedentis). — Invicte demonstratur conclusio *a.* cui favent convergenter tum « contradictoria confrontatio » testimoniorum (seu rerum assertarum), tum « contradictoria confrontatio » testium (i. e. indolis testium qualis ex criteriis, sive internis, sive externis dignosci potest), *b.* cujus veritas discordem omnium testium concordiam explicare valet; a. substantiali christianae traditionis veritati favent... idque explicare valet conclusionis nostrae veritas ; e...

Ad M. : nam utraque confrontatio sejunctim probare potest ; alterutrius conclusio alteram proinde verificare ac judicare potest ; utriusque autem

consensus invicte rem demonstrat ; tandem congrua explicatio quam (supposita) conclusionis veritas praebet totius demonstrationis valorem confirmat.

Ad m. : *a. convergentia utriusque « confrontationis »* patet ex supradictis, n. 509, 510; *b.* christianae autem traditionis veritas (et quidem sola) *discordem testium discordiam explicat* quatenus, admissa realitate historica hominis adeo transcendentis, intelligitur : α. apud immediatos testes quibus jus suum probavit, amor omni exceptione major, fidelitas seu exclusivismus nulli secundus — inde excellentia dogmatica et ethica nulli par ; — β. e contra apud reliquos, pro mentium morumque conditione, tum fermentatio singularis quorundam (uti apud gnosticos), tum infensissimum aliorum odium (uti apud ethnicos).

Prob. II. : dissensus criticae heterodoxae explicatur.

512. — Factum dissensus satis superque patet. Unde sic argumentari licet : sublata regula objective legitima, necesse est prorumpere subjectivismum dissensionesque ex eo insolubiles ; a. qui conclusionem objective legitimam rejicit regulas criticae legitimas aliquando rejecit aut neglexit;e...

Fillion, Les livres saints et la critique ration. ; Les étapes du rationalisme.

Prob. III. : qui Christi existentiam negant critici nulli habendi sunt.

513. — Res liquet, cum mira sit vel audacia, vel ignorantia. Proinde contemnendi sunt, potiusquam refellendi, vel saltem ad criticae rudimenta revocandi, potiusquam de suis phantasmatibus serio audiendi.

Fillion, Les étapes..., c. VIII, p. 320 sq.

514. — **Corollarium.** — *Quo sensu evangelia dici possint historica.* — *a.* Libertas scriptorum in seligendis ordinandisque factis, de qua n. 410 sq. et 479 sq., prohibet quominus ea scripta aequiparemus generi historico hodierno. — *b.* Sed singularis fontium auctoritas, scriptorum sinceritas, testium comprobantium multiplicitas documenta esse probant singularis momenti. Cf. Harnack contra hypercriticos, Essence du Christ., Paris, 1902, p. 22 sq.

Inde concludes : *a.* perfectam Christi biographiam forte in quibusdam punctis certo restitui non posse, quia modus abbreviandi vel approximatio in describendo facultatem nobis non sinit genuinam factorum seriem aut synthesim restaurandi... *b.* de compluribus factis individuis, saltem quoad eorum substantiam, historicam certitudinem haberi ; de omnibus autem et singulis categorice assertis haberi *saltem* maximam veritatis probabilitatem... — *c.* saepius nos sensum Christi potius habere quam verba Christi, paucis exceptis casibus, ubi forma ejusmodi erat, ut memoriam percelleret atque in hunc finem electa erat, v. g. : Multi vocati, pauci electi ; erunt primi novissimi ; tu es Petrus ; hoc est corpus meum...

Concludes etiam : *a. quoad rationalistarum exegesim,* stulte urgeri divergentias etiam minimas tanquam contradictiones ; e contra « nihil in cujusque verbis nos debere inspicere nisi voluntatem cui debent verba servire... ne miseri aucupes verborum apicibus quodammodo litterarum putent ligan-

dam esse veritatem » ; S. Aug., De cons. evang., II, 28, M, 34, 1111 A ; — *b. quoad usum evangeliorum apologeticum*, vice versa, exceptis paucis casibus, non posse apodictice demonstrari ex uno loco ; criticam ergo certitudinem plerumque non obtineri, nisi ex convergentia indiciorum (direct. aut indirect.), sive in diversis evangeliis, sive in uno eodemque evangelio.

CONCLUDITUR II° JESUM CERTO SIBI MESSIANICITATEM VINDICASSE.

Thes. LIV. — Ex supradictis testimoniis constat speciatim, I. cum Judaei messiam exspectarent, II. Jesum, saltem ab initio praedicationis suae, se ipsum hunc Dei legatum professum esse, id est non eschatologicum tantum redemptorem, sed etiam praesentem, III. ut revelationem proprie dictam panderet, IV. omnibus omnino necessariam, V. cujus authenticitatem seu divinam originem ex operibus suis expresse dijudicandam proposuit.

515a. *De messianismo* : E. Schürer, Geschichte des jüdischen Volkes[5], II, 496 sq. ; Lagrange, Le messianisme chez les Juifs, Parisiis, 1909 ; Lebreton, Les origines du dogme de la Trinité, Parisiis, 1910, p. 120 sq. — *De doctrina Christi* : Lepin, Jésus Messie et Fils de Dieu[3], Parisiis, 1906 ; Batiffol, L'enseignement de Jésus[7], Parisiis, 1909 ; Lebreton, ibid., p. 207 sq., 216 sq. ; Prat, S. Paul, II, 243 sq., 257 sq. — Scholastice, Wilmers, De relig. revel., p. 381-408.

515b. — **Praenot** : I. *Finis theseos.* — Ut nobis obligatio adesset accuratissime de historiae evangelicae veritate inquirendi, sufficeret ut, propter rationes saltem vere probabiles, Jesus a Deo vere approbatus seu missus aestimari posset, n. 203 sq. Sed nitidius de hac obligatione constabit ac simul confidentius congruas probationes sperare poterimus, si manifestum fecerimus Jesum non tantum *passum esse* se legatum Dei haberi, sed expresse se legatum Dei *professum esse*.

Hoc sane punctum, utpote fundamentale, n. 260, ex praedictis jure probatum censeri potest ; verum ut clarius totius sectionis sequentis « status quaestionis » definiatur ac rationalistis inde a limine inquisitionis respondeatur, rem sejunctim probandam putamus.

516. — II. *Adversarii.* — Ut patet, quicumque vel ex praejudiciis philosophicis revelationis stricte dictae possibilitatem negant, n. 171, vel ex practicis motivis Christi auctoritatem declinare volunt (quin tamen Christi excellentiam, quam nemo non sentit, denegare audeant) asserere debent aut eum nunquam se legatum Dei dixisse, aut tantummodo quoad revelationem late dictam. Hinc :

a. non Jesum se messiam dixisse, sed subsequentem traditionem eum tanquam messiam habuisse sentiunt, e. g. Havet, Wellhausen, Wrede...

b. Jesum ex crescenti illusione se missum credidisse ad hoc, ut suam de Deo opinionem, sublimiorem quidem sed naturalem, hominibus communicaret, asserunt Strauss, Renan...

c. Jesum, ex experientia quadam religiosa, se divinitus missum intellexisse ac revera (lato sensu) missum fuisse ad hoc, ut hanc (late dictam) revelatio-

nem hominibus panderet, putant omnes protestantes liberales, symbolofideistae ac modernistae. Objectum hujus revelationis est α. Dei paternitas, juxta Stapfer, H. Wendt, B. Weiss, O. Holtzmann, Wernle, Harnack, Sabatier... β. regnum Dei futurum seu eschatologicum, juxta J. Weiss, Loisy...

Omnes quidem diversimode explicant quomodo Jesus eo venerit, ut se messiam esse putaret ; consentiunt autem in hoc quod in evangeliis, quoad ideae messianicae descriptionem, multa putant adulterata, ac consequenter multa emendanda. Vides proinde quid auctoritatis superesse possit evangelicae revelationi.

a : Wellhausen, Israelitische u. jüdische Geschichte[3], 1897 ; Das Evang. Marci, 1903 ; Wrede, Das Messiasgeheimnis in den Evangelien, 1901... *b*. De F. Strauss, cf. Vigouroux, Les livres saints et la crit. ration., II ; Chassay, ap. Migne, Dém. évang., XVIII, 604 sq. ; Renan, Vie de Jésus[13], p. 77 sq. ; excusat illusionem ac mendacium, p. XXIII sq... *c*. Stapfer, Jésus-Christ avant son ministère[2], Parisiis, 1896 ; J.-C. pendant son min.[2], Parisiis, 1897 ; Harnack, Essence du Christ., Parisiis, 1902, p. 134 sq... J. Weiss, Das älteste Evangelium, 1903 ; Loisy, L'Évang. et l'Église, Parisiis, 1902, p. 39 sq., 58 sq.... Vide de singulis Lepin. op. cit.

517. — III. *Stat. quaest.* — *a*. Apologetice et critice rem spectando, satis est nobis probare Christum, *saltem* ab initio praedicationis suae, se a Deo missum dixisse. Originem hujus persuasionis et extensionem ejus scientiae remittimus dogmatice determinandam tract. *De Verbo incarn.* — *b*. Concedimus Jesum esse *etiam* messiam futuri saeculi seu eschatologicum, cf. n. 526 ; negamus eum exhibuisse se ipsum *tantum* ut messiam futurum.

518. — IV. *Nota.* : *a dogmatice*, p. II, III, IV sunt *de fid. def.*, ut formaliter implicitae in multis definitionibus ; *b. critice*, omnes partes *certae*.

Prob. I : **ineunte saec. I, Judaei messiam temporalem exspectabant.**

519. — (Ex convergentia testimoniorum). — Certissime constat *a*. tum de facto, *b*. tum de circumstantiis, de quibus consentiunt testes independentes multiplices ; a. consentiunt *a*. tum de exspectatione alicujus messiae, *b*. tum de characteribus exspectati messiae... ; e...

Ad m. : *a. libri apocryphi Judaïci*, v. g. liber Jubilaeorum, liber Henoch, Assumptio Moysis... ; cf. Lagrange, Messianisme, p. 66 sq.

b. scriptores Judaïci aut ethnici, v. g. Flavius Josephus, Philo, Tacitus, Suetonius, Celsus... ; cf. Lagrange, ibid., p. 1 sq.

Ita v. g. Flavius Josephus : « Quod maxime ad bellum eos excitaverat vaticinium erat ambiguum in sacris libris repertum, illis circiter temporibus quendam ex ipsorum finibus orbis terrarum imperio potiturum. Id enim illi quidem quasi sibi proprium acceperunt, multique sapientes interpretatione decepti sunt. Significabat nempe oraculum Vespasiani principatum, qui in Judaea declaratus est imperator » ; De bell. Jud. VI, 5 (*al.* 31).

Tacitus : « Pluribus persuasio inerat antiquis sacerdotum litteris contineri eo ipso tempore [scl. belli Judaïci ultimi] fore ut valesceret Oriens, profectique Judaea rerum potirentur ; quae ambages Vespasianum ac Titum praedixerant. Sed vulgus, more humanae cupidinis, sibi tantam fatorum magnitudinem interpretati, ne adversis quidem ad vera mutabantur » ; Hist. V, 13.

Suetonius : « Percrebuerat Oriente toto vetus et constans opinio, esse in fatis, ut eo tempore Judaea profecti rerum potirentur. Id de imperatore Romano, quantum postea eventu paruit, praedictum Judaei ad se trahentes rebellarunt » ; Vespas., c. 6.

Tacitus et Suetonius nonnihil a Josepho dependent, Lagrange, p. 26, 27.

Celsum vide ap. Origenem, Contra Cels., I, 49 sq., M, 11, 752 sq. ; II, 4, 8, M, 11, 801 c, 805 B ; IV, 2, M, 11, 1029...

c. libri canonici : α. *de facto exspectationis*, vide v. g. responsum datum magis, Mt. II, 4 ; Simeonem « exspectantem consolationem Israel », Lc. II, 25 sq. ; Joan. Baptistam aut praeparantem vias, Mt. III, 2 sq.; Mc. I, 2 sq.; Lc. III, 3 sq. ; aut rogantem per discipulos : « Tu es qui venturus es ? » Mt. XI, 2 sq. ; Lc. VII, 19 sq. ; Andream et Philippum laetantes quod Christum invenerint, Joa. I, 41, 45 ; mulierem Samaritanam, Joa. IV, 25 ; turbas, Joa. VI, 14 ; VII, 31 ; X, 24, summum pontificem, tempore Passionis, Mt. XXVI, 63 ; Mc. XIV, 62 ; discipulos Emmaüs, Lc. XXIV, 21. — β. *de charactere temporali :* promittitur sedes David, Lc. I, 32 ; Herodes sibi timet, Mt. II, 3 sq. ; volunt Christum regem facere, Joa. VI, 15 ; sperabant discipuli Emmaüs fore ut regnum Israel restitueret, Lc. XXIV, 21 ; etiam tempore Ascensionis de eadem re solliciti sunt, Act. I, 6.

Prob. II : saltem ab initio praedicationis Jesus actualem messiam se dixit.

520. — A. Recitantur documenta, juxta ordinem ascendentem.

a. Sectae gnosticae omnes docent Jesum, e praecipuis aeonibus unum, idcirco missum, ut homines *(hic et nunc)* redimeret ac liberaret, n. 219 sq.

b. Joannes expresse scribit, ut Jesum Messiam esse demonstret, XIX, 35 ; XX, 31 ; — inde explicita testimonia congerit, quibus ostendat Christum se *(de praesenti)* messiam professum esse : III, 18 ; V, 39 ; VII, 16 ; VIII, 12 ; IX, 5 ; XII, 44, 48 ; XVIII, 37... — ac missionem praesentem ei tribuit : « Deum nemo vidit unquam ; unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit », I, 18.

c. Synoptici tum nitida testimonia referunt *(de praesenti)*, intra ultimum praedicationis annum, v. g. confessionem Petri, Mt. XVI, 15 sq. ; Mc. VIII, 29 sq. ; Lc. IX, 20 sq. ; vocem de caelo, tempore Transfigurationis, Mt. XVII, 5 sq. ; Mc. IX, 6 sq. ; Lc. IX, 35 sq. ; diem Palmarum, Mt. XXI, 1 sq. ; Mc. XI, 1 sq. ; Lc. XIX, 29 sq ; confessionem Christi coram synedrio, Mt. XXVI, 63 sq. ; Mt. XIV, 61 sq. ; Lc. XXII, 66 sq. ; coram Pilato, Mt. XXVII, 11 ; Mc. XV, 2 ; Lc. XXIII, 3 ; apud discipulos Emmaüs, Lc. XXIV, 25 sq. — tum etiam explicita testimonia habent, quoad priores annos, v. g. vocem de caelo tempore baptismi, Mt. III, 13 sq. ; Mc. I, 9 sq. ; Lc. III, 21 sq., quae consecrationem actualem testatur ; confessionem Christi, coram discipulis Baptistae, Mt. XI, 2 sq. ; Lc. VII, 19 sq., aut in vico Nazareth, Lc. IV, 17 sq. ; (Mt. XIII, 53 sq. ; Mc. VI, 1 sq.) ; aut coram pharisaeis, Mt. XII, 25 sq. ; Mc. III, 23 sq. ; Lc. XI, 17 sq. — immo eum, ante suam praedicationem, praecognitum ut Messiam volunt Mariae, Lc. I, 32 ; Elisabeth, Lc. I, 43 ; pastoribus, Lc. II, 11 sq. ; magis, Mt. II, 1 sq. ; J. Baptistae, Mt. III, 1-13 ; Mc. I, 1-9 ; Lc. III, 1-19 ; missionis suae jam conscium duodennem, Lc. II, 49 ; et cum tentaretur a diabolo, Mt. IV, 3 sq. ; Lc. IV, 3 sq.

d. S. Paulus Jesum exhibet a Patre missum, ut in praesenti vita homines redimeret, doceret ac vivificaret, v. g. Rom. I, 3 sq. ; IX, 5 sq. ; XV, 8 sq. . Gal IV, 4 sq... Plane conscium eum asserit, dum tradit eum voluntarie, cum in forma Dei esset, formam servi accepisse, Phil. II, 6, 7, 9 ; II Cor. VIII, 9...

e. Actus Apost. tandem egregie ostendunt quomodo primaeva catechesis, saltem apud Judaeos, eo tenderit ut Jesum probaret messiam *fuisse :* cf. orationes Pauli : XIII, 14 sq. ; XVII, 1 sq., 11 sq. ; XXVI, 1 sq., 26 sq. ; XXVIII, 23 sq. ; orationes Petri, II, 17 sq. ; III, 12 sq. ; IV, 9 sq. ; V, 29 sq. ; orationem Stephani, VII, 51 sq.

521. — B. Unde sic argumentari possumus, sive textus canonicos habeamus ut testes solius fidei primaevae, sive ut historicos.

1° (Ex fide Ecclesiae). — Opinio primaeva de Jesu *a.* tanquam Messia olim praenuntiato ejusque Messiae terrestri missione vere perfuncto, *b.* ab initio missionis suae plane conscio, vel ex sola fide post Jesu mortem orta est, vel ex Jesu praedicatione argumentis sat efficacibus comprobata; a. non ex sola fide ; e...

Ad m. : fides enim non explicat : *a.* neque opinionem de messianicitate, nam mutatio apud Judaeos fere incredibilis spei temporalis in spiritualem et *consequenter* formalismi veteris in cultum novum « in spiritu etveritate », fidei stricte monotheisticae in fidem saltem dubie talem (propter Trinitatis dogma), nullam habet rationem sufficientem, exstincto eo qui omnem spem fefellisset eoque evidentius errasset quod (ex hypothesi) nullam aliam inculcasset... — *b.* neque opinionem de tali messianicitatis conscientia, nam neque ex natura rei requirebatur, ut ab initio missionem suam plane intellexisset et, si eam revera sero tantum agnovisset, evangelistae, spectata praesertim eorum veracitate summa, n. 375 sq., curassent potius ut a factis nimis notis non recederent, sed ut hunc revelationis modum tanquam connaturalem, vel etiam, spectato eorum in Christum amore, tanquam magis perfectum in se et plane divinum exhiberent.

2°. (Ex convergentia textuum supra recitatorum, n. 520). — Eo securius probant, quo plures pluribus modis idem asserunt, exclusa praesertim per argumentum praecedens ratione sufficienti illusionis aut mendacii.

3°. (Ad hominem, ex antiquioribus fontibus, n. 324). — Sufficit accuratam exegesim instituere horum textuum, qui omnes pertinent ad fontem *Q* : responsi discipulis Joannis, Mt. XI, 2-6 ; Lc. VII, 18-28 ; *Q. 14* — maledictionis civitatum quae ejus praedicationem rejecerunt, Mt. XI, 21-23 ; Lc. X, 13-15 ; *Q. 23* — responsionis Pharisaeis, Mt. XII, 25, 27, 28, 30 ; Lc. XI, 19, 20 ; *Q. 29.* — tentationis in deserto, Mt. IV, 1-11 ; Lc. IV, 1-13 ; *Q. 2*...

Prob. III : Jesus revelationem proprie dictam se proferre professus est.

522. — 1° (Ex fide Ecclesiae). — Receptio doctrinae *a.* in se *perfectioris* doctrina prius communiter vigente, *b.* Judaeis hujus temporis atque hujus conditionis *sat repugnantis*, *c.* ut formaliter *a Jesu revelatae*, tanquam vero messia, explicari critice nequit, nisi Jesus eam se revera revelare professus sit atque auctoritatem suam mediis sat efficacibus credibilem fecerit ; a. libri N^i. T^i., spectati saltem prout primaevae Ecclesiae fidem referunt,testantur de receptione hujusmodi doctrinae... ; e...

Ad M. : Ratio enim sufficiens hujus fidei esset α. vel Christus, β. vel illusio de Christo ; a. non β., nam illusio, ubi dantur consequentiae practicae graves, vere levis causa est, ac praeterea solet nasci juxta optata, non juxta repugnantia...

Ad m. : *a.* perfectiorem esse doctrinam N^i. T^i. nemo negat ; — *b.* eam repugnasse hominibus hujus temporis atque ejus conditionis cujus erant scriptores N^i. T^i. patet α. ex ejus puritate ethica (contra egoïsmum, nationalismum, formalismum)... β. ex ejus apparenti saltem oppositione erga rigidiorem monotheismum (propter asserta de Filio ac de Spiritu)... γ. ex

ejus oppositione cum spe messianica tunc communi, n. 519 — *c.* eam dari ut a Christo patet.

2°. (Ex convergentia textuum). — Si libri N^1. T^1. accipiuntur, juxta superius probata, ut substantialiter historici, res iterum certo probatur, cum omnes, ac praesertim Paulus et Joannes propter finem suum dogmaticum, toti sint in commendanda doctrina nova ut a Christo divinitus tradita.

3°. (Ad hominem, ex antiquioribus fontibus). — Ille revelationem proprie dictam se tradere profitetur qui *a.* ut a Deo acceptas profert, *b.* sive veritates rationi pervias, sive veritates rationi impervias seu mysteria stricte dicta ; a. Christus, etiam juxta fontem *Q.*, se tradere professus est... ; e.

Ad m. : *a. revelationem proprie dictam sibi vindicavit* Christus, cum se dixit — vel praenuntiatum messiam, n. 521, 3° — ; vel majorem quam Jonas ac Salomon, Mt. XII, 38-42 : Lc. XI, 29-32 ; *Q. 30.* — vel secreta nosse quae solus Pater novit, Mt. XI, 27 ; Lc. X, 22, *Q. 25 :* « Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo novit Filium nisi Pater ; neque Patrem novit quis nisi Filius et cui voluerit Filius revelare »...

b. veritates autem tradidit — naturales, v. g. omnia praecepta moralia fontis *Q*, quae quidem docet non ut hodiernus pragmatista vel symbolo-fideista, sed ut objective connexa cum Dei perfectionibus, vere analogis nostris virtutibus ; — *supernaturales,* v. g. in illo λογίῳ, Mt. XI, 27 ; Lc. X, 22 ; *Q. 25*...

Prob. IV : Jesus revelationem suam omnibus necessariam asseruit.

523. — Pariter probari potest ; 1° ex Ecclesiae fide, 2° ex convergentia tot textuum, 3° ex antiquiori fonte : cf. v. g. minas Jesu in civitates incredulas : Mt. X, 15 ; Lc. X, 12 ; *Q. 22* — Mt. XI, 21-23 ; Lc. X, 13-15 ; *Q. 23* — Mt. XII, 38, 39, 41, 42 ; Lc. XI, 16, 29-32 ; *Q. 30* — cf. Mt. XXIII, 37-39 ; Lc. XIII, 34, 35 ; *Q. 43* — vel minas in incredulos singulos : Mt. VII, 21, 24-27 ; Lc. VI, 46-49 ; *Q. 12* — Mt. X, 26-33 ; Lc. XII, 2-9 ; *Q. 34ª*...

Prob. V : Jesus legationem suam ex operibus suis dijudicari voluit.

524. — 1° (A priori, ex necessitate hujus criterii in talibus adjunctis). — Jesus ita agere debuit, quia consuetum erat signum apud prophetas veteres et expresse praenuntiatum fuerat de messia venturo.

2° (Ex convergentia textuum). — Expressius sane apud Joannem Jesus operum suorum testimonium invocat, v. g. V, 31 sq. ; X, 25 ; XIII, 19 ; XIV, 12 ; XV, 24 ; sed jam in fonte *Q* solemnis provocatio ad miracula haud semel habetur, v. g. coram Joannis Baptistae discipulis, Mt. XI, 2-11 ; Lc. VII, 18-28 ; *Q. 14 ;* coram Pharisaeis, Mt. XII, 28 ; Lc. XI, 20 ; *Q. 29 ;* iterum (de signo Jonae), Mt. XII, 38 sq. ; Lc. XI, 29, 30 ; *Q. 30 ;* occasione civitatum incredularum, non obstantibus patratis portentis, Mt. XI, 21 ; Lc. X, 13 ; *Q. 23*...

Plane ergo IV evangelium cum fonte *Q* consentit.

525. — Scholion. I. *De titulo « Filii hominis ».*

Sensum messianicum inculcant Rose, Études sur les évang., Parisiis, 1905, p. 157-182 ; F. Tillmann, Der Menschensohn, Friburgi, 1907 ; Lepin, Jésus Messie³, p. 110 sq. — Accuratius, ut videtur, Lagrange, S. Marc., p. 34 sq. et passim ; Bouvier, Rech, 1911, p. 284 sq.

526. — II. *De diversis missionis messianicae stadiis.* — Quo melius rationem loquendi sive Christi, sive evangelistarum, sive Patrum intelligas, haec advertas : *a.* duplicem adventum distinguunt, priorem in Incarnatione, alterum in Ultimo Judicio ; immo tertius dici potest excidium Hierosolymitanum, quatenus actus est Christi judicis et typus Ultimi Judicii, Mt. XVI, 28 ; Mc. VIII, 39 ; Lc. IX, 27. — Messianicos actus habent, speciali quodam titulo, eos in quibus magis exercetur redemptio (uti passio Christi ejusque mors), vel sancitur a Deo ejus legatio (uti ressurrectio et ascensio), vel consummatur ejus opus (uti Judicium Ultimum) : in his omnibus Jesus messias dici potest *emphatice* ac *speciatim*, licet *vere* ac *proprie* messias exstiterit inde ab ejus conceptione.

527. — III. *De progressiva messianitatis manifestatione.* — Ut conciliaret textus in quibus Jesus messiam se confitetur, n. 522, cum iis in quibus prohibet ne messias dicatur, v. g. Mt. XVI, 20 ; Mc. VIII, 30 ; Lc. IX, 21. — Mt. IX, 27-32 — Mt. XVII, 9 sq. ; Mc. IX, 8 sq. — vel responsum eludere videtur, v. g. Lc. XVII, 20 sq. — Mt. XXI, 23 sq. ; Mc. XI, 27 sq. ; Lc. XX, 1 sq., asseruit W. Wrede Jesum nunquam se messiam declarasse, sed subsequentem traditionem has declarationes ei tribuisse, postquam ex fide resurrectionis conclusum est Jesum per resurrectionem messiam factum esse.

Theoria ex praedictis satis confutata videtur.

Ratio autem agendi Jesu explicatur ex prudentia qua praecavere debuit : α. ne politicos motus concitaret, qui praedicationis suae sensum perverterent ; — β. ne incredulitatem provocaret (cum ab exspectato messia tantopere differret), si aperte se messiam esse significasset, priusquam auctoritatem suo testimonio conciliasset.

Addi etiam potest, *in hypothesi missionis vere divinae*, eum procurare debuisse ne per manifestiores declarationes aut incredulorum culpam augeret, aut passionem a Patre praedefinitam impossibilem redderet.

Wrede, Das Messiasgeheimmis in den Evangelien, Göttingen, 1901; contra quem Loisy RHLR, 1903, VIII, 294 sq.; L'Évang. et l'Égl., p. 48 sq. ; cf. Lepin, Jésus Messie[3], p. 80 sq. 364 sq. ; recte hic observat ex hac apparenti synopticorum contradictione eorum historicitatem commendari, p. 368 sq. ; cf. supra n. 406 *c*.

Ad difficultates.

528. — Vide praesertim rationalistarum placita apud Lepin, Jésus Messie[3] ; Wilmers p. 255, n. 253.

SECTIO II. DE FACTO REVELATIONIS CHRISTIANAE FORMALITER SUMPTO.

Praenotandum.

529. — 1° *De fine hujus sectionis.* — Dissolutis praejudiciis philosophicis quae valori inquisitionis critico obesse poterant, n. 149, duo sejunctim probanda distinximus, n. 226. Absoluta sectione I, de priori puncto secure concludimus, scl. constare nobis certissime de veritate revelationis christianae *materialiter sumptae*, n. 506 sq. Restat ut de valore ejus revelationis *formaliter sumptae* inquiramus, nempe utrum habenda sit tanquam revelatio late dicta, i. e. clarior intellectio vel sublimior experientia rerum divinarum vel instinctus religiosi progressus, an tanquam revelatio stricte dicta, i. e. positivus interventus Dei per formalem locutionem seu per testem authenticum conceptus ac decreta sua manifestantis, n. 167, 516.

Statum quaestionis nitidissime a Christo definitum habemus, quippe qui se propriissime a Deo missum significaverit, ut revelationem proprie dictam panderet, quam ex criterio operum suorum dijudicandam proposuit, n. 515 sq.

2° *Indoles hujus sectionis.* — Ex natura intenti, jam liquet praesentem crisim neque incipi neque concludi legitime posse, quin praesupponatur aliqua philosophia, n. 130, 181 *c.* Nos autem, quo plures persuadere possimus, solam philosophiam sensus communis invocabimus.

3° *De criteriorum adhibendorum ordine.* — Varia criteria, n. 181, spectari possunt: α. secundum *valorem criticum* (abstractum seu theoreticum), β. secundum *valorem psychologicum* (practicum seu lato sensu apologeticum). Psychologice melior est ordo qui animum appetitu boni gradatim ad conclusionem adducit: hinc a criteriis negativis ad criteria positiva interna, inde ad positiva externa, n. 188. Critice potior est qui magis removet causas erroris ex praejudiciis vel ordinis speculativi, vel ordinis moralis, ascendendo a facilioribus ad difficiliora, n. 180 sq.: hinc a criteriis negativis ad positiva externa (ac primum ad resurrectionem, n. 391), inde ad positiva interna.

Nos hanc viam sequemur; practicam vero probationis accommodationem, pro diversa adversariorum psychologia, singulorum apologetarum prudentiae committemus.

C. I. DE CRITERIIS NEGATIVIS.

Thes. LV. — Quanquam in historia evangelica multa sive dogmata sive mandata hominem praesertim terrenis rebus adhuc deditum offendunt, nulla tamen ita manifeste cum ratione pugnant, ut judicium absolutum decerni possit, quod ulteriorem de revelatione christiana inquisitionem aut irrationalem aut non necessariam reddant.

530. — P, n. 256 sq. — Cf. infra, th. LXVII, n. 627 sq.

C. II. DE CRITERIIS POSITIVIS EXTERNIS.

Thes. LVI. — Revelationis christianae origo divina demonstratur speciatim ex Jesu Christi resurrectione, I. quae, in ratione facti, ex

testimonio Pauli, Actuum ac Synopticorum certissima, II. in ratione signi, argumentum exhibet certissimum.

531ª.— Ladeuze, La résurr. du Christ, Bruxellis, [1908], ; Lepin, Christologie, Parisiis, 1908 ; praesertim Mangenot, La résurr. de Jésus, Parisiis, 1910, apud quem bibliogr. vide ditiorem. — Scholastice, Wilmers, De rel. revel., p. 357 sq. ; Lahousse, De vera relig., p. 399 sq.

531ᵇ. — Praenot. I : *Stat. quaest.* — Probata historiae evangelicae substantiali veritate, n. 506 sq., profecto resurrectionem Christi, qua factum sensibile, certo historicam reputare possemus, cum sit in mente scriptorum nostrorum unum e praecipuis messianitatis argumentis, n. 260 *c.*; sed propter rei momentum, quo nitidius pateat ejus *critica* certitudo, specialem hanc thesim instituimus, tum de sensibili phaenomeno, p. I. tum de causa ejus divina, p. II.

532. — II. *De textibus invocandis.* — Spectari possunt : 1. quoad singulorum asserta, 2. quoad indolem criticam, 3. quoad valorem dogmaticum seu canonicitatem.

1° *Quoad asserta*, advertas : *a.* quoad quaestionem « utrum Christus resurrexerit », affirmant uno ore Paulus, Actus Apost., Synoptici, Joannes ; — *b.* quoad quaestionem « quomodo Christus resurrexerit », solus Mt. XXVIII, 2-4, innuit aliquid (quod a sepulchri custodibus audire potuit) ; — *c.* quoad quaestionem « quibus ac quando visus sit », alius alio modo respondent, ita ut traditiones Galilaeas sequi videantur Mc. XVI, 7 ; Mt. XXVII et evang. apocryph. Petri, traditiones vero Judaeas Lc. XXIV, 13-52 ; Joa. XX, 2-29 ; Mc. XVI, 9-20.

2° *Quoad criticam textuum conditionem*, difficultates ad duas classes revocare poteris : *a. impugnantur singulorum genuinitas et historicitas diversimode : Paulum* volunt esse testem fidei, non historiae ; praeterea negant ~~acatholici~~ multi apparitionem *quingentis* fratribus ~~in Galilaea~~, I Cor. XV, 6, posse identificari cum apparitione *undecim* apostolis Mt. XXVIII, 16 sq. — *Actuum* historicitatem impugnant, maxime quoad orationes I, 21 sq. ; II, 22 sq. ; IV, 9 sq. ; V, 28 sq. ; XIII, 14 sq. ; XVII, 1 sq. ; XXII, 3 sq. ; XXVI, 1 sq. ; XXVIII, 3 sq., quae non sunt ex « Wirberichten », n. 231 *c.* — *Matthaeum* XXVIII, 1 sq. sentiunt vel partim vel integre additum a redactore Graeco, n. 311 sq., 324. — *Marcum* XVI, 9-20 asserunt additum textui primaevo juxta Lc. XXIV, 13 sq., immo forte juxta Joa. XVI, 9-11. — *Lucas* XXIV, 12 prudenter haberi potest ut interpolatio accepta a Joa. XX, 10. — *Joannes* XXI videtur additio posterior, sed facile defendi potest tanquam ab ipso Joanne, Lepin, Origine du IV évang., p. 285 sq. ; RB, 1908, p. 91 sq. ; Jacquier, Hist., IV, 280 sq.

b. urgetur Galilaearum et Judaearum traditionum oppositio, praesertim a Rohrbach, ap. Mangenot, p. 240 sq., 251 sq., ea potissimum ratione quod Mc. primitivus, XVI, 7, a Mt. Graeco exscriptus, XXVIII, 7, *solas* apparitiones Galilaeas nosse videatur : « *ibi* eum videbitis ».

3° *Quoad canonicitatem* omnes textus praecedentes a catholico viro recipi debent ut inspirati.

533. — III. *De textuum usu critico* : Duplex error praecavendus est : *a.* vel *concordismi exaggerati*, quo velles omnia evangelistarum asserta ad apicem conciliare, quin advertas ad eorum in narrando libertatem seu approximationem, n. 410, 479 sq., 514 — ita apologetae catholici nonnulli ; *b.* vel *hypercriticismi*, quo urgeres textuum divergentias — ita rationalistae plurimi.

Horum errorum communis fons dici potest *materialismus criticus*, quatenus : « apicibus

quodammodo litterarum [putatur ligatam] esse veritatem », S. August., De cons. evang., II 28, 67, M, 34, 1111 A ; scilicet : α. vocibus testium seu vocabulis magis advertitur, quam voluntatibus seu intentionibus, cum relationis cujuslibet sensus imprimis a voluntate scriptoris pendeat nec liceat technicam acribeiam exigere ab eo qui grosso modo substantiam rerum tantum referre intendat ; β. negligitur tum factorum in se ipsis, tum passionum in testibus nativa complexitas, unde fit ut unum idemque factum respectus habeat plurimos possitque, salva ejus substantia, diversimode apprehendi, n. 261.

Quos abusus ut praecavcamus, argumentabimur vel sine resurrectionis relationibus, exponendo facta textibus certiora (arg. 1), vel ex substantia relationum (arg. 2 et 3). Quanquam jure possunt variorum librorum textus commisceri, probata eorum historicitate, quo magis pateat testimoniorum vis ac copia, sejunctim invocabimus Actus Apost., epist. Pauli, Synopticos ; nunquam tamen textus respiciemus independenter a concomitante traditione.

534. — IV. *Nota* : *a. dogmatice,* Christum vere resurrexisse, *de fide def.*, E, 54, 86, 255, 344, 429, 994 ; resurrectionem posse ratione probari, *communis ac certa*, E, 1625, 2036, 2084 ; — *b. critice*, saltem ex complexu argumentorum, *certissima.*

Prob. I : resurrectio Christi, ut factum sensibile, certissima.

535. — 1° (Ex Actibus apost., scl. ex hiatu critice inintelligibili inter historiam Passionis apud Synopticos et historiam primaevae Ecclesiae in Actibus apost., nisi ad eum hiatum complendum resurrectionis historicitas saltem substantialis admittatur). — Exponemus prius factum, postea argumentum proponemus.

A. *Factum ex quo argumentamur* tribus mutationibus constat inter se intime connexis : mortua nempe re christiana una cum Christo, mox *a.* reviviscit Ecclesia, *b.* generantur neophyti, *c.* infirmantur inimici :

a. mutatio in apostolis : α. *post passionem Christi,* debuerunt prorsus desperare, spectata eorum indole, amisso Christo (qui erat saltem turmae apostolicae thaumaturgus, orator ac materialis providentia), dato dedecore talis supplicii, perspecta tanta potentia atque invidia optimatum contra rem christianam... β. *post pentecosten*, instant praedicationi (imprimis resurrectionis), nulla necessitate eos cogente (ne exemplo quidem alius praecedentis sectae aut religionis), nulla spe humana eos confortante (cum dux eorum, ex hypothesi rationalistarum, alicubi vermibus consumatur, socii autem post ejus passionem dispersi sint, ac post pascha adsint tantum circiter centum et viginti, Act. I, 15), adstantibus ac praevalentibus illis qui eorum illusionem vel mendacium facilius detegere possunt (nempe Hierosolymitanis et Sanhedritis, cum Hierosolymis praedicent 12 circiter continuos annos — aut Judaeis, cum ubique prius in synagogis Dispersionis praedicare soliti sint), eo autem modo adeoque obstinate, ut nihil aliud esse velint quam testes resurrectionis, I, 12 ; II, 32 ; III, 15 ; V, 32 ; X, 39 sq ; XIII, 31 sq., XXII, 15 sq. ; ut liquet ex Actibus et ex omnibus scriptis primaevis.

Factum autem hujus mutationis in dubium vocari nequit : neque enim ab uno alterove jejuno textu pendet, sed patet ex multis scriptis primaevis, e quibus manifestum est et miram orbis conversionem a Judaea initium duxisse et praedicationem resurrectionis ubique primum locum obtinuisse.

b. mutatio in plebe : α. *tempore passionis*, adeo ignavi sunt tum amici, tum indifferentes, ut nemo sceleri obstet ; adeo multi infensi, ut conclament Pharisaeis... β. *post pentecosten*, adeo mutati sunt, ut eo ipso loco quo fraus magis difficilis 3000 convertantur, Act. II, 41, mox alii 2000, Act. IV, 4, ac brevi redundent fideles in totam Judaeam totumque orbem, non obstante evidentia factorum recentium, doctrina regnante (sive de stricto monotheismo, sive de impossibilitate resurrectionis, saltem juxta Sadducaeos, XXIII. 8), immo non obstante doctrina nova, quam durante triennio discipuli adeo difficile edidicerant, neque

etiam necessitate abdicandi bona, Act. II, 44 ; IV, 32 sq. ; V, 1 sq. ; neque immediatis persecutionibus, IV, 5 sq. ; V, 17 sq. ; VI, 8 sq... XXVI, 10 sq.

Iterum haec mutatio factum est quòlibet textu certius, quia in suo effectu perdurat, eoque mirabilius, quod sola secta Christi vicit, dum pseudo-messiae ejusdem temporis prorsus exstincti sunt, v. g. Theudas, Judas Galilaeus, Bar Kocheba, V, 36 sq...

c. mutatio in adversariis Christi : α. *tempore passionis,* adeo potentes sunt, ut innocentem perimere potuerint, invito praeside, non obstante summo amicorum concursu, quem prius reformidabant, Mt. XXVI, 5 ; Mc. XIV, 2... β. *post pentecosten,* adeo debiles facti sunt, ut nequeant vel discipulos punire (reos tum fraudis, tum idololatriae, ceteroquin paucos numero), vel eos confundere (producendo cadaver, vel juridicam inquisitionem jubendo), vel aliter eos coercere ac flagellis et minis, Act. IV, 18 ; V, 28 sq. ; V, 40 ; immo adeo ancipites, ut praevaluerit apud eos religiosus timor « ne forte Deo repugnare inveniren-tur » ; Act. V, 39, 28. (cf. Mt. XXVII, 25).

Hi textus, Act. IV, 18, V, 28 sq , 39 sq., certo habendi sunt historici, tum quia rationem agendi describunt quae difficile fingi potest, v. g. V, 39, utpote plane illogica, — tum quia haec agendi ratio rei christianae incrementa optime explicat, quia inefficax.

B. Unde sic argumentari licet :

Mutatio manifesta quae intercedit inter « mortem Ecclesiae » post « passionem Christi » et hujus Ecclesiae « resurrectionem », maxime a die pentecostes, explicari nequit, nisi aut mendacio, aut illusione aliqua, aut resurrectione ipsius Christi ; a. nec per mendacium, nec per illusionem ; e...

Ad M. : disjunctio est adaequata, nam discipuli vel errant conscie (mendacium), vel inconscie (illusio), vel verum praedicant.

Ad m. : hujusmodi mutatio triplex, *qua triplex* (i. e. si ratio sufficiens quaeritur hujus *triplicis simultaneae et correlativae mutationis),* non explicatur, *a. nec per mendacium,* quia mendacium sine causa sufficienti esset apud apostolos, sine efficacia tali apud adversarios aut neophytos, nec mendaces homines in praedicatores talis doctrinae ac martyres convertisset... *b. nec per illusionem,* quia nec discipulos ipsos diu sustentasset, accedente praesertim immediata persecutione, neque adeo multos, tali loco et tempore, credulos reperisset, nec adversarios etiam adeo debiles effecisset... *c.* ergo hiatus ille inter historiam passionis Ecclesiae in evangeliis et historiam ejus resurrectionis in Actibus complendus esset, nisi Christi redivivi historia in evangeliis adesset, *per portentum saltem analogum ;* verum, cum testes nostri omnes (Synoptici, Paulus, Joannes, Patres apostolici), ceteroquin veraces, portentum illud resurrectionem Christi esse asserant, dubitari nequit, quin haec mutatio triplex *per Christi resurrectionem* inducta sit.

Confirmatur ceterum valor hujus testimonii : α. ex eo quod resurrectio Christi omnibus effectibus supradictis explicandis egregie apta est ; β. ex eo quod ratio agendi synedrii, Act. V. 38 sq., supponit *saltem* evidentiam de sepulchro vacuo et de corpore non surrepto, immo egregie explicaretur, si Judaei duplici difficultate implexi erant quam dicunt evangelistae, nempe testimonio custodum (quos proinde juridice ac publice interrogare nequibant), testimonio Nicodemi, qui ex pharisaeis erat, et Josephi, qui ex optimatibus.

536. — 2° (Ex testimonio B. Pauli). — Testis *a.* recte judicans de rei

momento, *b.* rite informatus ab idoneis testibus, *c.* categorice factum testatus, *d.* a multis comprobatus, saltem de rei substantia errare non potuit ; a. B. Paulus testis est ejusmodi ; e...

Ad m. : *a. rei momentum tanti aestimat*, ut sentiat, ni vera sit resurrectio : vanam esse apostolorum praedicationem, I. Cor. XV, 14 ; apostolos falsos testes esse habendos, XV, 15 ; christianorum conditionem esse omnium miserrimam, XV, 19 ; indefessum suum laborem esse inutilem, XV, 30... *b. informatus est saltem mediate* ex traditione communi, I. Cor. XV, 3, 11 (cf. Act. IV, 2), tum ex informatione speciali : solus enim agit de apparitione Petro et Jacobo concessa, XV, 5, 7, quam ab eis immediate accipere potuit, Gal. I, 18 sq. et (vel solus, vel distinctius) de apparitione quingentis fratribus concessa, I Cor. XV, 6... *c. categorice resurrectionem affirmat*, sive loquatur de apparitione sua Damascena (quam audacter aequiparat aliis, I Cor. XV, 5 sq., licet in genere dubitanter de hujusmodi gratiis agat, II Cor. XII, 2, 3), sive de resurrectione in genere, nam : α. vel per transennam eam commemorat, I Thess. I, 9, 10 (cf. Act. XVII, 3) ; Gal. I, 1 ; Rom. I, 3 sq. ; Phil. II, 8-11... β. vel eam exhibet ut fundamentum physicae nostrae resurrectionis, I Thess. IV, 13 sq. ; I Cor. XV, 12 sq. ; II Cor. I, 9 ; IV, 14 ; Rom. IV, 24 sq. ; VIII, 10-12, 34 ; X, 5-10 ; XIV, 9 ; Ephes. I, 19-21 ; II, 5-7 ; II Tim. II, 8,.. γ. vel eam proponit ut fundamentum totius mysticae theologiae suae, v. g. de baptismo et de resurrectione spirituali, II Cor. V, 14-16 ; Rom. VI, 2, 4 sq.; Col. II, 12-14 ; III, 1-3 ; Phil. III, 8-12 ; cf. Prat, S. Paul, II, 55 sq... *d.* tandem *approbatus est tum ab hierarchia eum deputante, tum ab innumeris neophytis*, quos Christo lucratus est, n. 265.

N. B. Ut integram Bi Pauli de resurrectione doctrinam habeas, huc adjungenda sunt quae de ejus praedicatione in Actibus enarrantur, cf. n. 259.

537. — 3° (Ex Synopticis et Joanne). — Quo melius argumenti vis perspiciatur, prius evangelistarum in scribendo methodum inspiciemus.

A. *Eorum narrandi ratio intelligi potest* : *a. ex natura rei* — nempe, si Christus vere resurrexit ac discipulis suis, ut asserit Lucas, « praebuit seipsum vivum.... in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis et loquens de regno Dei », Act. I, 3, inutile visum est primis illis testibus de re adeo evidenti testimonia congeri ; nullo enim modo scribebant, ut critice demonstrarent, sed ut aliquod catecheseon compendium suppeditarent non incredulis sed fidelibus, Lc. I, 1 sq. ; communis est autem psychologia scriptorum in ejusmodi casibus, ut sedulo colligant quae minus nota, licet minoris momenti, ac brevissime suggerant, quae tunc temporis magis certa... *b. ex relatione textuum nostrorum ad primaevas catecheses* — certum est enim resurrectionem Christi unum fuisse e praecipuis objectis apostolicae praedicationis, Loisy, Évang. synopt., I, 176 ; Prat, S. Paul, II, 62 sq ; verum aeque certum est eas catecheses non posse restringi ad solas res in nostris evangeliis enarratas ; si solos Actus haberemus, facile apostolos arbitraremur, praeter nudam facti affirmationem, nihil habuisse quo fidem de resurrectione adstruerent, A. Harnack, Neue Unters., p. 81 ; a pari non licet primaevam traditionem ad solos evangelicos textus restringere... *c. ex relatione evangeliorum ad invicem* — nimirum evangelistae libere omittunt apparitiones quas ex evangeliis jam editis norunt vel eas brevissime tantum referunt, v. g. Joannes omittit apparitiones Lucae proprias, Mc. XVI, 12-15 compendiose eas enuntiat... item singuli apparitiones referunt pro speciali eorum fine, v. g. Marcus refert apparitiones eo praesertim loco factas, quo Christum praesertim praedicasse ostendit ; item Mat-

thaeus additque apparitionem praecipuam qua missio ad gentiles confirmatur, sed eam « undecim » concessam exhibet, Mt. XXVIII, 16 sq., I Cor. XV, 6, quia sunt praecipui testes hujusque missionis primarii ministri; e contra Lucas, quemadmodum exhibuit ministerium Christi ut lumen a Galilaea Jerusalem versus properans, ita vult apostolorum ministerium exhibere tanquam lumen a Jerusalem Romam versus diffusum : omittit ergo apparitiones Galilaeas.... praeterea res tempore disjunctas fere quasi contiguas referunt, v. g. Mc.XVI, 14, XVI, 15 aut XVI, 18, XVI, 19, item Mt. XXVIII, 15, XXVIII, 16... tandem has redactionales modificationes, n. 403, 410, extendunt aliquatenus ad ipsa verba, v. g. Mc. XVI, 7, Mt. XXVIII, 7, nequeunt stare (sensu saltem strictiori) cum Lc. XXIV, 6 ; proinde probabilius singuli haec angeli verba ad suam narrationem accommodarunt ; Mangenot, Résurr. de Jésus, p. 270 sq.

B. Unde sic argumentamur : Homo *a.* certo defunctus, *b.* physice redevivus declaratus, *c.* a veracibus idoneisque testibus, *d.* concordi quidem discordia, vere ressuscitatus est habendus ; a. ita Christus ; e...

Ad M. : vide regulam criticae generalem, n. 261.

Ad m. : *a. Christum certo defunctum esse* non demonstratur invicte ex una alterave circumstantia, quae idcirco asserta dici potest, ut rem credibilem faceret, aut haberi insufficienter certa, cum narrationis evangelicae substantiam tantum invicte probaverimus, sed certissimum est habendum ex complexu assertorum de agendi ratione sive amicorum, sive inimicorum, sive magistratuum, quae omnia indicia indubiam mortem supponunt ; immo indubium argumentum erui potest ex tanto inimicorum odio : « La meilleure garantie que possède l'historien sur un point de cette nature, c'est la haine soupçonneuse des ennemis de Jésus... Ils devaient veiller à ce qu'il fût bien mort. Quelle qu'ait pu être à certaines époques la négligence des anciens en tout ce qui était ponctualité légale..., on ne peut croire que, cette fois, les intéressés n'aient pas pris, pour un point qui leur importait si fort, quelques précautions » ; Renan, Vie de Jésus[13], p. 444 sq. — *b. Physicam non metaphoricam resurrectionem* significari liquet, tum ex eo quod apostoli prius dubitant, tum ex sensibilibus qualitatibus quas Christo redivivo tribuunt (manducat. palpatur...), tum ex momento quod tanto prodigio tribuunt — *c. Idoneos esse testes* manifestum fit, ex eo quod potuerunt omnia nosse ac sincere ea narraverunt. Sinceritatem enim testantur α, tum narrandi modus : tacent de resurgendi modo, licet res sit idealizationi apprime apta ; non curant de vitandis in suis narrationibus divergentiis, ut plerique deceptores ; referunt etiam quae difficultates creant, ut miras corporis qualitates, adversariorum objectiones, Mt. XXVIII, 11-16, quorundam dubia, Mt. XXVIII, 17, verba obscura, Joa. XX, 17 : « Noli me tangere » ; quae omnia evangelistae enuntiant (si excipias Mt. XXVIII, 11-15, de corruptis a Synedrio custodibus) absque apologiae cura, quasi extra controversiam posita ; β. tum subsequens eorum vita, i. e. tum evangelistarum in praedicando zelus, tum sociorum martyrium, quod pari modo Christi causa patiendum pronuntiant. — « Je n'en crois que les histoires dont les témoins se feraient égorger » ; Pascal, Pensées, édit. des Gr. écriv., n. 593. — *d. Concors testium discordia* inde elucet α. quod dissentiunt aliquatenus fine, delectu fontium, quibusdam adjunctis, β. quod consentiunt de rei substantia, cum uno ore quae sunt praecipua categorice asse-

rant nec, perspecto eorum generali narrandi modo, n. 410, censeri debeant aut negare quod omittunt, aut minores circumstantias loci, numeri ac temporis accuratius hic referre, quam in decursu evangelii. Hinc, propter descriptionis approximationem, sublata facultate genuinam etiam minimarum circumstantiarum seriem restituendi, n. 514, stulte ageret qui, propter accidentales difficultates, substantialem narrationis evidentiam denegaret; Mangenot, Résurr. de Jésus, p. 240 sq., 263 sq.

538. — 4° (Ex convergentia praecedentium argumentorum).

539. — 5° (Indirecte, ex contradictionibus rationalisticarum theoriarum).

Prob. II : Christi resurrectio legationis criterium indubium.

540. — (Ex natura miraculi). — Portentum *a.* in ratione miraculi certum, *b.* cum praedicatione Christi certo connexum, divinae legationis criterium est indubium ; a. Christi resurrectio est ejusmodi ; e...

Ad m. : *a. de miraculi charactere constat* : α. *ex omnium consensu,* nec de veritate facti tot essent controversiae, nisi adeo evidentes essent ejus consequentiae ; — β. *ex attributis Dei,* nam, quatenus supremus judex, nequit permittere, ut pro lubitu hominum homines ad vitam revocentur aut se ipsi revocent, nec, quatenus providus, permittere potest, ut quis utatur pro lubitu potestate quam omnes censent divinam, maxime ad adstruendum errorem in re gravissima ; — γ. *ex natura rei,* nam neque mortuus se ipse suscitare potest : mortuus est enim ideo, quia in tali corporis conditione anima jam nequibat corpus informare seu vivificare ; stante ergo hac carnis conditione vel pejori alia, necessario durat mors (addi fortasse potest animam intrinsecus ordinatam ad materiam non habere actionem in materiam nisi in statu compositi) — neque potest revocari per alium hominem, quia ille deberet et agere immediate in ens spirituale et nosse exactam corporis conditionem animae necessariam et modum eam procurandi ; — ex quibus rationibus α et β hic afferuntur ut sufficientes ac certae, γ. ut suasiva.

b. de connexione cum Christi praedicatione constat : α. *ex generali provocatione Christi ad opera sua,* n. 524 ; — β. *ex speciali praedictione* ab evangelistis toties consignata, Mt. XVI, 20 sq. ; Mc. VIII, 30-39 ; Lc. IX, 21 sq. — Mt. XVII, 9 ; Mc. IX, 8. — Mt. XVII, 22 ; Mc. IX, 30 sq. — Mt. XX, 17 sq. ; Mc. X, 32 sq. ; Lc. XVIII, 31 sq. — Mt. XXVI, 32 ; Mc. XIV, 28 — γ. *ex speciali designatione resurrectionis in signum auctoritatis suae,* ut exprobrarunt ei falsi testes (« Possum destruere templum Dei et post triduum reaedificare illud », Mt. XXVI, 61 ; Mc. XIV, 58) ac blasphemantes pharisaei, Mt. XXVII. 40 ; Mc. XV, 29 ; cujus prophetiae occasionem a Synopticis omissam intellexit Joannes sedulo enarrandam, II, 18 sq. ; immo eam dedit Christus in signum peculiari modo destinatum generationi perversae, ut « signum Jonae », Mt. XII, 38 sq. ; Lc. XI, 29 sq.

541. — **Scholion.** — *De Galilaearum ac Judaearum traditionum conciliatione.*

Modo ab errore critico caveas de quo n. 533, vide praecipuos exegetas. Cf. Mangenot, Résurr. de Jésus, p. 240. sq. ; Paquet, S. J., Les récits évang. de la résurr. du Christ, Parisiis, 1909.

542. — Corollarium. — *De miraculorum aliorum probabilitate.* — Probata resurrectionis historicitate, nemo negaverit magnam enasci praesumptionem in beneficium miraculorum evangelicorum aliorum : Jesus enim jam nequit ad communem hominum mensuram coarctari.

Ad difficultates.

543. — *De certitudine mortis,* Wallon, Croyance due aux évang.[2], p. 85 sq., 299 sq. — *De sepultura* ac de hypothesi « fossae communis » proposita a Loisy, Évang. syn., I, 223 ; II, 627 ; cf. Mangenot, Résurr. de Jésus, p. 194 sq. — *De historicitate evangelicae passionis,* contra hypothesim DD. Wendland, Frazer, Reinach, circa « regem saturnalium », cf. Mangenot, ibid., p. 346 sq. — *De impossibilitate verificandae historice resurrectionis,* cf. Lepin, Christologie, p. 77 sq. — *De ethnico influxu* in apparitionum narrationes, cf. Mangenot, ibid., p. 57 sq., 323 sq. — *De corporis redivivi natura,* Mangenot, ibid., p. 153 sq., 297 sq. *In genere,* cf. Wilmers, p. 357 sq. ; Lahousse, p. 406 sq. ; Perrone[33], I, 80 sq. ; Wirceb., II, 188 sq.

Thes. LVII. — Divina Christi legatio probatur etiam ex evangelicis portentis, quae praesertim concrete ac collective spectata, I. ut sunt historice certa, II. ita criteria sunt indubia.

544[a]. — Wiseman, Mélanges relig., scient. et litt., Tornaci, 1858, p. 69-149 ; Newman, Two essays on miracles[3], Londini, 1873 ; de Bonniot, Les mir. de l'Évang., Ét, 1888, XLIII, 23 sq. ; Le mir. et ses contrefaçons[5], Parisiis, 1895 ; Hettinger, Apol. du christ.[3], II, c. XIII, XV, p. 157 sq. ; Félix, Conf. de N.-D., 1864, 4[a] et 5[a] ; Monsabré, Confér. convent.[5], III ; Conf. de N.-D., 1880, 46[a] ; A. Nicolas, Ét. phil. sur le christ.[26], IV, 296 sq. ; Fonck, S. J., Die Wunder des Herrn, 2 in-8°, Oeniponte, 1903 ; Fillion, Les miracles de J.-C., 2 in-12, Parisiis, [1910] ; Jacquier et Bourchany, La résurr. et les mir. évang., Parisiis, 1911 ; de Poulpiquet, Objet intégr. de l'apol., p. 61 sq., 87 sq.

Scholastice : W, II, 173 sq. ; Wilmers, n. 320 sq..

544[b]. — **Praenot. I** : *Miraculorum recensio ac divisio.* — *Recensere singula Christi miracula* evangelistis *impossibile* visum est. — Explicite rem asserit Joa. XX, 30, XXI, 25, implicite reliqui, dum turbas ad Jesum confluentes ostendunt, quarum omnes infirmos sanabat, Mt. VIII, 16-18 ; Mc. I, 32-34, 39 ; Lc. IV, 40-42 — Mt. XII, 15 ; Mc. III, 7-12 ; Lc. VI, 17-19 — Mt. XI, 4-6 ; Lc. VII, 21 — Mt. XIV, 13-15 ; Lc. IX, 11 — Mt. XIV, 35-37 ; Mc. VI, 55-57... Eadem recensio *critice plane inutilis* est, cum thaumaturgicae potestatis natura non a numero portentorum, sed ab eorum specie pendeat.

Quoad speciem distingui possunt : a. miracula circa irrationales creaturas, ut sunt aqua in vinum conversa, tempestas sedata, deambulatio super aquas, mirae piscationes, panes multiplicati, ficulnea arefacta... *b. miracula circa corpora,* nempe quoad omnia, ut videtur, morborum genera, inclusis mortuorum resurrectionibus, e quibus explicite tres enarrantur... *c. miracula circa animas,* v. g. vendentes in templo terrendo, homines mire alli-

ciendo ut apostolos, etiam primo intuitu, ut Matthaeum, vel mire convertendo, ut Zachaeum... *d. miracula circa daemoniacos...*

Fonck, I,115 sq. ; Fillion, I, 22 sq. ; Crampon,ed. minor.,p. XXIII ; Vigouroux[12],III,395 sq.

545. — II. *Adversarii.* — *a.* Ausus est olim *Reimarus*, vestigiis Voltarii ac Diderot insistens, omnia miracula habere ut fraudes seu impias comoedias Christi ac discipulorum. — *b. Paulus* conatus est violenta quadam exegesi omnia naturalibus causis explicare. — *c. Strauss* ea habuit ut allegorias, quae stulte postea ut historicae sunt spectatae. — *d. Baur* censuit eas narrationes plerumque a subsequenti traditione inductas vel amplificatas, glorificandi Christi gratia. — *e.* Recentiores, pro diversis casibus, eas explicationes vicissim invocant. Jam vero multi consentiunt saltem miracula sanationum historica esse, utpote quae naturaliter explicari possint. Ita v. g. *Renan* : « Qui oserait dire que, dans beaucoup de cas et en dehors des lésions tout à fait caractérisées, le contact d'une personne exquise ne vaut pas les ressources de la pharmacie ? Le plaisir de la voir guérit » ; Vie de Jésus[13], c. XVI, p. 270. Item fere *Harnack*, Essence du christ., 1902, p. 26 sq.

Vigouroux, Les livres saints et la critique ration., II, 371 sq. ; Monsabré, XXIII[e] conf., III, 73, sq. ; Fillion, Les étapes du ration., Parisiis, [1911] ; Les miracles de J.-C., I, 71 sq.

546. — III. *Probationis methodus.* — *Quaestionis difficultas* inde oritur : α. quod nec singulae miraculorum narrationes, critice et apologetice rem spectando, haberi possunt ut indubie historicae, a fortiori nec singulae particularitates singularum narrationum, cum substantiam tantum evangelicae historiae critice certissimam probaverimus, n. 514 ; — β. quod, etiamsi ita esset, cum evangelistae alium scopum prae oculis habuerint ac technicam miraculi probationem, circumstantias *aliquando* omittere potuerunt ad judicandum de portentorum natura valde utiles.

Occurretur huic difficultati argumentando ex miraculis *collective*, i. e. ex generalioribus eorum characteribus communiter assertis, et *concrete*, i. e. spectatis omnibus eorum adjunctis. Quae methodus α. legitima est, nam, licet physice non possit inveniri in collectione quod in individuis non adest, logice tamen,ex sola descriptionum multitudine seu repetitione,potest enasci quoad characteres quosdam cognoscibilitas major et ex convergentia indiciorum vera certitudo, maxime si narrator relationem suam non confecit ut sejunctim examinandam, ac proinde sub omni respectu adaequatam, sed potius generalioribus characteribus nitide exprimendis intendit. — β. securior est, quia circumstantiae alicujus momenti non potuerunt, in tam dissimilibus casibus, a variis scriptoribus, semper omitti.

Hinc postquam *in genere* substantialem evangelicorum miraculorum veritatem probaverimus (arg. 1), duos characteres maximi momenti historice certos ostendemus, scl., spectando miraculorum substantiam, miram thaumaturgicae potestatis *extensionem* (arg. 2),spectando autem miraculorum modum, eorum *operationem sola voluntate* Christi (arg. 3).

547. — IV. *Nota : a. dogmatice* : p. I, Christum miracula patrasse, *de fide def.*, E, 1790 (1639), 1813 (1660) ; omnia miracula N^i T^i esse vera, qua facta, saltem *theol. cert.* (ex dogm. inerrantiae), qua miracula, *respective* ; p. II, divinam Christi legationem ex iis (saltem per se) demonstrari posse, *de fide def.*, E, 1790 (1639), 1813 (1660), cf.1624,— *b. critice,* p. I et II *certae.*

Prob. I : evangelica portenta habenda sunt historice certa.

548. — 1° (Probatur in genere historicitas miraculorum ex variis notis traditionis). — Secure haberi potest historica traditio de miraculis quae sequentes notas exhibet : *a.* eundem apud omnes testes relativum miracu-

lorum neglectum, *b.* eandem provocationem ad facta publica, *c.* eundem characterem in factis enarratis, *d.* substantialem omnium consensum de iisdem, *e.* tandem confirmationem ab extraneis testibus ; a. evangelica traditio de Christi miraculis, intra aetatem apostolicam, exhibet... ; e....

Ad M. : *a. relativus miraculorum neglectus* hypothesim fraudis aut illusionis saltem minus probabilem reddit ; *b.* item *provocatio ad miracula coram multis testibus patrata ; c. uniformis autem miraculorum character,* nimirum simplicitas simul ac moralis excellentia singulorum factorum, fontis unicitatem non parum suadet ; — tria haec indicia ad criticam internam pertinent ; validiora sunt duo sequentia, quae eruuntur ex critica externa ac, per scriptorum comparationem, excludere possunt hypothesim inconsciae alterationis, procedente tempore, siquidem *d. attestatio remanet substantialiter eadem* a primo ad ultimum, *e.* ac confirmatur per *testes extraevangelicos vel etiam extracanonicos ;* — tandem, si singula indicia sejunctim aliquam vim habent, multo majorem habent conjunctim sumpta.

Ad m. : *a.* evangelistae sane atque ipse Christus miracula multi faciunt, quatenus signa sunt illis necessaria ; *relative tamen ea despiciunt,* quatenus ea virtuti postponunt aut etiam eis tribuunt qui non sequuntur Christum...

Cf. Mt. VII, 21 sq. : Dñe, nonne in nomine tuo prophetavimus... Non novi vos. — Lc. X, 17 sq. : Reversi sunt cum gaudio dicentes : Dñe, etiam daemonia subjiciuntur nobis... In hoc nolite gaudere — Mc. IX, 37 sq. ; Lc. IX, 49 sq. : Vidimus quendam in nomine tuo ejicientem daemonia... Nolite prohibere. — Immo, dum narratur Christi tentatio, Mt. IV, 5 sq., Lc. IV, 5 sq., potestas thaumaturgica soli diabolo tribuitur...

b. nimirum saepissime *narrant miracula sanationum coram populo* effecta ; *palam* etiam fiunt tres resurrectiones ; item Joannes, ut inquisitionem praecedentium scriptorum compleat, provocat ad facta *coram scribis et pharisaeis* patrata ; in his quae pauciores testes habent, solent evangelistae eos qui rem verificaverunt indicare.

« Neque modo [paralyticum Christus] suscitat et sanat,sed etiam jubet lectulum tollere.. ne posset quisquam haec speciem et fallaciam tantum esse suspicari... Hoc vero Christus saepe facit,ut magis impudentium calumniatorum ora obstruat. Nam in panum miraculis... curavit ut multae fragmentorum reliquiae superessent ; leproso autem mundato dicit : Vade, ostende te sacerdoti, Mt. VIII, 4... Idipsum fecit quando vinum in aquam convertit, Joa. II, 8... architriclino mitti curavit... Et postquam mortuum suscitaverat, alibi dicit : Date illi manducare, Lc. VIII, 55... » J. Chrysost., In Joa. hom. XXXVII, 1, M, 59, 208 c.

c. uniformis color evangelicorum miraculorum inde elucet quod α. omnia ideae morali inculcandae subserviunt,ita ut nunquam videantur scriptores nostri tantum aut praecipue materialem rei singularitatem demirari, ut faciunt apocryphorum auctores, β. ac simul in ratione narrandi eandem modestiam, clementiam, dignitatem thaumaturgo tribuunt,quae longe difficilius effingi a deceptoribus potest.

d. unanimis traditionis consensus patebit expositione praecipuorum testium,sequendo (ad hominem) ordinem descendentem, juxta adversariorum placita — hoc argumentum praecipuum haberi potest :

α. *In fonte Q.* : Mt. XI, 2-6 ; Lc. VII, 18-23 ; *Q. 14* : dantur discipulis Joannis portenta, inclusis resurrectionibus, ut signa messianica — Mt. XII, 22 sq., ; Lc. XI, 14 sq. ; *Q. 29* ;

demonstratur ex exorcismis Christi adesse tempus messianicum — Mt. X, 7, 8 ; Lc. X, 9 ; (negat Harnack textum pertinere ad *Q* ; concedit Weiss, omissa tantum resurrectionum mentione !) : traditur apostolis donum sanationum — Mt. X, 15 sq. ; Lc. X, 12 ; *Q.* 22 ; cf. Mt. XI, 21 sq. ; Lc. X, 13 sq. ; *Q.* 23 ; Mt. XIII, 16 sq. ; Lc. XX, 21 sq. ; *Q.* 25 : exprobratur civitatibus quod non crediderint signis et portentis.

β. *Apud Marcum* (omissa clausula, XVI, 9-20) : tot sunt miracula, licet juxta quosdam antiquius ejus evangelium sit, ut nuncupetur « evangelium miraculorum ». Resurrectionem narrat filiae Jaïri, V. 38 sq. (Mt. IX, 23 sq. ; Lc. VIII, 51 sq.) Praetera saepe globatim asserit omnis generis morbos esse sanatos : I, 32 sq. ; III, 7 sq. ; VI, 2 sq., 53 sq. ; VIII, 36 sq.

γ. *Apud Lucam* adduntur miracula pauca, ejusdem generis, inter quae ressurectio Naïmensis, VII, 11 sq., ante missionem discipulorum Joannis.

δ. *Clausula Marci*, addit promissionem generalem miraculorum in signum apostolatus, XVI, 17-20.

ε. *Joannes pauca* addit, ejusdem generis, inter quae resurrectionem Lazari, XI, 1 sq., ac promissum Christi veris discipulis suis : « majora horum faciet » ; XIV, 12-15.

Jam ex his testibus colliges :

1° *certo arbitrariam esse restitutionem fontis Q* ab Harnack propositam ; etenim, si vera esset, hoc psychologicum portentum haberes narrationis quae haud semel miracula promitteret ac necessaria assereret, nulla autem aut vix ulla enarraret ; 2° *non solas sanationes pertinere ad primaevam traditionem*, sed etiam resurrectiones, Mt. XI, 2-6, X, 7, 8, et miracula in materia inanimata, uti multiplicatos panes, captos pisces, sedatam tempestatem... quae pari modo in nostris textibus asserta sunt ; — 3° *nulla dari in hac traditionis evolutione elementa proprie suspecta*, tum quia miracula in individuo enarrata a Lc. aut Joa. potuerunt pleno jure crui ex illis miraculorum seriebus quas Mt. et Mc. in genere tantum asserunt, tum quia omnium unus est color ac stylus, Christi indoli plane congruus (cf. *c*), tum quia amplificationes quae indicari possunt, apparent psychologice impossibiles, ni historiae respondeant : cur enim Mt. (X, 7) induceret Christum promittentem discipulis potestatem suscitandi mortuos, aut clausula Mc. (XVI, 17-20) Christum enumerantem signa quae credentes sequentur aut Joa. (XIV, 12-15) Christum asserentem fore ut discipuli majora efficiant, si neophyti potuissent ex his textibus contra Christum aut apostolos arguere ! E contra egregie res explicatur, si vigebat tunc temporis in Ecclesia « gratia virtutum ».

e. verificationem evangelicae traditionis haberi potest ex Paulo, ex Luca, ex Quadrato et Papia.

Paulus pari modo portenta sua exhibet ut apostolatus signa, ~~I Cor. II, 11 sq.~~ ; II. Cor. XII, 11-12 ; immo ut actus ipsius Christi, Rom. XV, 17-20. — Lucas plurima miracula in Act. Apost. enarrat (quibus verificatur efficacia doni a Christo collati), etiam in « Wirstücken » : Act. XX, 8 sq. ; XXVII, 9 sq. ; XXVIII, 3 sq., 9 sq — Quadratus, in Apologia sua ad Hadrianum, asserit mortuos quosdam a Christo suscitatos ad haec tempora superstites fuisse, ap. Euseb., HE, IV, 3, M, 20, 308. — Item Papias, ap. Funk, Patr. apost², I, 366, sed forte dependenter a Quadrato.

549. — 2°. (Probatur speciatim *mira extensio* thaumaturgicae potestatis, ex omnium testium consensu). — Certo constat de re quam veraces testes uno ore asserunt ; a. omnes testes aevi apostolici uno ore asserunt miram extensionem potestatis Christi ; e.

Ad m. : α. jam *fons Q*, locis supradictis *Q.* 14, 22, 23, 25, 29 ;

β. item *Synoptici*, sive generalibus assertis de *omnibus* morbis sanatis :

Mt. IV, 23-25 — Mt. VIII, 16-18 ; Mc. I, 32-34 ; Lc. IV, 40-42 — Lc. V, 15 — Mt. XII, 15 ; Mc. III, 7-12 ; Lc. VI, 17-19 — Mt. XI, 4-6 ; Lc. VII, 21 — Mt. XI, 20-24 ; XII, 27 — Mc. VI, 2-4 — Mt. IX, 35 — Mt. XV, 30-32 — Mt. XIV, 14 ; Lc. IX, 11 ;

sive *diversitate* miraculorum quae in individuo enarrant :

γ. g. in materia inanimata, tempestas sedata, Mt. VIII, 23 sq. ; Mc. IV, 36 sq. ; Lc. VIII,

22 sq.; deambulatio super aquas, Mt. XIV, 25 sq. ; Mc. VI, 48 sq. ; cf. Joa. VI, 16 sq. ; multiplicati panes, Mt. XIV, 15 sq. ; Mc. VI, 35 sq. ; Lc. IX, 10 sq. ; Joa. VI, 11 sq.... — in materia animata, resurrectiones : Mt. IX, 18 sq.; Mc. V, 22 sq. ; Lc. VIII, 41 sq... innumerae morborum diversorum sanationes... — in animabus, daemonum plurimorum ejectiones.

γ. item *Joannes*, saltem quoad varietatem portentorum ;

δ. item implicite *Paulus*, quatenus saltem magnam portentorum diversitatem innuit (arg. 1, *e*) ; pariter *Lucas ;* vide etiam in Wirstücken, Act. XXVIII, 9 : « omnes qui in insula habebant infirmitates accedebant et curabantur ».

Advertendum est praecipue omnes testes nostros omnia portentorum genera pari modo ac certitudine asserere ac proinde violentam esse exegesim quae certam tantum portentorum speciem admittere velit : quoad objectivitatem sensibilis phaenomeni par est omnium assertio.

550. — 3° (Probatur speciatim, ex testium consensu, mira potestas operandi portenta *solo nutu* eandemque virtutem *delegandi*).— Res *a*.quoad notas sensibiles facile cognoscibilis, *b*. a veracibus testibus toto traditionis decursu categorice asserta, *c*. ab extraneis testibus verificata, habenda est historice certa ; a. potestas operandi portenta solo nutu eandemque virtutem delegandi... ; e...

Ad m. : *a*. liquet ; *b*. potest manifestari dupliciter, tum ex testimoniis de exercitio potestatis, tum ex assertis de opinione regnante talis in Christo virtutis ; hoc alterum multo gravius est, tum quia haec opinio, maxime si implicite et indirecte in documentis describitur, difficilius per narratoris fraudem explicari potest, tum quia requirit saltem rationem sufficientem, quae alia intelligi nequit, quam mira thaumaturgi potentia ; probatur :

α. quoad *potestatem operandi solo nutu omnia :* α'. *dicitur posse*, nam exhibetur pro lubitu operans diversissima sola voluntate (nec plus exigendum est, nam qui potest hoc modo agere potest etiam aliter agere, si opportunius judicaverit), v. g. : de daemoniacis Gerasenis : Mt. VIII, 28 sq. ; Mc. V, 1 sq. ; Lc. VIII, 26 sq. — de daemoniacis aliis : Mt. XVII, 17 ; Mc. IX, 24 sq. ; Lc. IX, 43 — Mc. I, 25 sq. — de leprosis decem : Lc. XVII, 14 — de manu arida : Mt. XII, 13 ; Mc. III, 5 ; Lc. VI, 10 sq. — de paralytico Bethesda : Joa. V, 8 — de multiplicatis panibus : Mt. XIV, 15 sq. ; Mc. VI, 35 sq. ; Lc. IX, 12 sq. ; Joa. VI, 1 sq. — Mt. XV, 32 sq. — de captura piscium : Mt. IV, 18 sq. ; Mc. I, 16 sq. ; Lc. V, 1 sq. — Joa. XXI, 1 sq. — de servo centurionis : Mt. VIII, 5 sq. ; Lc. VII, 1 sq. — de tempestate sedata : Mt. VIII, 23 sq. ; Mc. IV, 37 sq. ; Lc. VIII, 23 sq. — β'. *creditur posse*, v. g. a discipulis, tempore tempestatis : Mt. VIII, 25 ; Mc. IV, 38 ; Lc. VIII, 24 — a centurione : Mt. VIII, 8 ; Lc. VII, 7 (e fonte *Q*) : « Dic verbo et sanabitur » — a Petro : Mt. XIV, 28 : « Jube me venire super aquas » — a matre Zebedaeorum : Mt. XX, 21 ; Mc.X, 37 :« Dic ut sedeant...».

β. quoad *potestatem delegandi ad omnia solo nutu operanda :* α'. *dicitur delegasse*, tempore missionis duodecim apostolorum : Mt. X, 1, 8 ; Mc. III, 15, VI, 7 ; Lc. IX, 1, 2 ; ac revera operantur apostoli : Mc. VI, 12, 13 ; Lc. IX, 6 (N. B. : Mt. X, 8 ; Lc. X, 9, ex *Q* ; cf. arg. 1. *d*. α) — item tempore missionis septuaginta discipulorum : Lc. X, 9 ; ac redarguuntur discipuli, quod de hac potestate laetantur ; Lc. X, 17-20 — tempore caenae, Joa. XIV,12 — tempore ascensionis, Mc. XVI, 17, 18 — β'. *creditur posse* delegare ad omnia, v. g. Lc. IX, 54 : « Vis dicamus igni... » (probabiliter ex *Q* ; cf. The N. T. in the apost. fathers, p. 191).

c. verificatio autem hujus potestatis, praesertim delegationis, haberi potest :

α. tum ex Mc. XVI, 17-20, si habetur ut additio posterior, tum ex Joa. XIV, 12 : « Majora horum faciet », quia hujusmodi amplificationes psychologice explicari nequeunt, ni respon-

deant factis ; — β. tum ex dictis Pauli, I Cor. II, 11 sq. ; II Cor. XII, 12 ; Rom. XV, 17-20 ; cf. ad Hebr. II, 4 ; quae ostendunt hujus potestatis exercitium ; — γ. tum ex historia Simonis magi, eam facultatem ab apostolis emere volentis, Act. VIII, 13-20 ; — γ. tum ex frequenti priorum Patrum provocatione ad miracula coaeva, praesertim ad exorcismos, cf. Hurter, Patr. opusc. sel., 1888, I, 103 sq. ; de Bonniot, Le miracle[5], p. 422 sq.

Prob. II : portenta evangelica criteria sunt certissima.

551. — (Ex requisitis ad criterium certum). — Portenta *a.* in ratione miraculi certa, *b.* cum praedicatione certo connexa, criteria sunt divinae legationis certa ; a. portenta Christi sunt ejusmodi ; e...

Ad M. : repugnat enim Deum speciali concursu errori favere, n. 181 sq.

Ad m. : *a.* ratio miraculi facile probatur ex duplici charactere demonstrato : α. sive quoad substantiam, ex mira potestatis thaumaturgicae extensione, nam quaedam portenta v. g. resurrectiones, ex omnium consensu, sunt supra naturae potestatem, reliqua autem etiamsi possint patrari ex cognitione virium quarundam occultarum, tam diversae vires cognoscendae essent, ut ejusmodi cognitio tunc temporis in homine tali stupendum miraculum esset... β. sive quoad modum, ex eo quod potestas Christi efficax sit ad operandum diversissima solo nutu, immo ad eandem virtutem delegandam, nam haec illimitatio ratione modi manifeste est supra naturam et delegatio solo nutu facta ad operandum solo nutu diversissima excludit hypothesim aut cognitionis ullius necessariae aut ullius technicae methodi... — Quod autem Christi virtus nequit esse nisi a Deo (mediate vel immediate) satis superque patet, si considerantur omnia adjuncta scl. modi decentis ac religiosi, finis intenti, effectus secuti.

b. connexio cum praedicatione Christi manifesta est ex diserta provocatione Christi ad opera sua, cf. n. 524, nitidissime jam expressa in fonte *Q. 14, 13, 29*, n. 548 *d.*

552. — **Scholion I** : *De nexu miraculorum cum historia evangelica.*

a. Duplicem errorem adverte, sive eorum qui evangelica miracula considerant sejunctim a miraculis post-evangelicis, licet unum quoddam morale constituant ; sive eorum qui *historiam* evangelicam servari volunt, demptis miraculis. Profecto, ut in genere dictum est : « c'est supprimer le chat botté, pour taire du marquis de Carabbas un personnage historique » ; Langlois, Introd. aux ét. hist.[2], p. 155.

De hac arbitraria mutilatione, recte Origenes, Cels. II, 33, M, 11, 853 A.

b. Teneri etiam potest miracula magna moraliter necessaria fuisse, tum ut talis morum mutatio in mundum induceretur, tum ut cum sufficienti certitudine manifestaretur quid in evangelica historia formaliter a Deo approbatum esset, n. 188.

553. — II. *De diverso miraculorum charactere in libris canonicis et in apocryphis.*

Bossuet, Hist. univ., p. II, c. XIX ; ed. Lachat, XXIV, 449 ; Wallon, Croyance due aux évang.[2], p. 313 sq.

554. — III. *De miraculis fundatorum aliarum religionum.*

Tholuck, Crédib. de l'hist. évang., p. 440 sq. ; de Bonniot, Le miracle[5], p. 119 sq.

Ad difficultates.

555. — Rousseau, ap. Migne, Curs. theol., II, 1187 sq. ; Freppel, Examen critique de la vie de Jésus de Renan, Œuvr. polém., I, 41 sq. ; Perrone[33], I, 74 sq. ; Lahousse, p. 386 sq. ; Fillion, Miracles de J.-C., II.

De miraculis psychologicis.

Thes. LVIII. — I. Mirabilis Christi sive futurarum sive occultarum rerum scientia II. eum legatum Dei esse comprobat.

Bossuet, Hist. univ., p. II, c. xxi sq., xxx ; Vigouroux[12], III, 435 sq. ; Wilmers, p. 347 sq. ; Ottiger, I, 749 sq.

556. — Praenot. : I. *Prophetiarum divisio.* — Prophetiae evangelicae distingui possunt vel, *respectu materiae,* in prophetias Christi circa se, circa discipulos, circa Jerusalem .. vel, *sub respectu critico*, quatenus constituunt divinae legationis criterium plus minusve efficax. Priorem divisionem utpote critice inutilem omittimus. Sub respectu critico dividi possunt tripliciter, ratione 1° difficultatis, 2° attestationis, 3° verificationis.

1° *Ratione difficultatis (intrinsecae)* fit ut miraculum sit plus minusve manifestum. Qua in re duplex difficultas advertenda est, altera *praevidendi in genere,* altera *praevidendi in individuo.* Fieri enim potest ut difficultas prophetandi in genere *nulla* sit (v. g. hominem timidum certo lapsurum, scelus aliquando punitum iri etc.), dum e contra difficultas praenuntiandi in individuo sit *summa* (v. g. hunc hominem ter lapsurum, hoc scelus expiatum iri per bellum proximum etc.).

a. Ita, *etiam in individuo,* saltem absolute, naturaliter cognosci potuerunt : Judae proditio : Joa. VI, 71 sq. ; XIII, 10, 18 sq., 26 sq. — Mt. XXVI, 21 sq. ; Mc. XIV, 18 sq. ; Lc. XXII, 21 sq. — pharisaeorum de occidendo Christo consilia, Jo. VIII, 37, 40 — die palmarum, inventio pulli : Mt. XXI, 2 sq. ; Mc. XI, 2 sq. ; Lc. XIX, 30 sq. — die caenae, occursus possessoris, Mc. XIV, 13 sq. ; Lc. XXII, 10 sq. — imminentem mortem : Mt. XXVI, 2, 12 ; Mc. XIV, 8 — Mt. XXVI, 29 ; Mc. XIV, 25 ; Lc. XXII, 18 — Joa. XII, 7 ; XIV, 30 sq. ; XVI, 16 sq. — apostolorum fuga : Mt. XXVI, 31 ; Mc. XIV, 27 ; Joa. XVI, 32 — in horto, accessus satellitum : Mt. XXVI, 45 sq. ; Mc. XIV, 41 sq.

Adverti tamen debet, ut res *in concreto* spectetur, Jesum haec omnia non conjecturaliter asserere, ut humanitus plerumque fit, sed categorice, et evangelistas hanc scientiam habuisse ut miram ; secus enim rem omisissent aut alio modo descripsissent.

b. Saltem in genere praenuntiari potuerunt : Judae poena : Mt. XXVI, 24 ; Mc. XIV, 21 ; Lc. XXII, 22. — Mariae laudes, propter unctum Christum : Mt. XXVI, 13 ; Mc. XIV, 9 — incrementa Ecclesiae, tanquam grani sinapis : Mt. XIII, 31 sq. ; Mc. IV, 30 sq. ; Lc. XIII, 18 sq. ; vel tanquam fermentum : Mt. XIII, 23 ; Lc. XIII, 20 ; cf. Joa. IV, 23 — praedicatio evangelii novi in toto orbe : Mt. XXIV, 14 ; Mc. XIII, 10 ; cf. Mt. XXVI, 13 ; Mc. XIV, 9 — indefectibilitas religionis novae, cf. *d.*

Adverti tamen debet *in concreto* has prophetias se invicem quodammodo individuare, v. g. indefectibilitatem religionis christianae individuari per prophetias de persecutionibus, de vocatione gentium... Male ergo res in abstracto aestimarentur, cum judicandae sint quales in mente Jesu exstiterunt.

c. Ne in genere quidem naturaliter praevideri potuerunt : miracula discipulorum : Mt. X, 8 ; Lc. X, 9 ; cf. Mc. VI, 13 ; Lc. X, 17 ; cf. Mc. XVI, 17, 18 ; Joa. XIV, 12 — resurrectio filiae Jaïri : Mt. IX, 24 ; Mc. V, 39 ; Lc. VIII, 52 ; aut Lazari : Joa. XI, 23 — reprobatio Judaeorum : Mt. XXI, 41 sq. ; Mc. XII, 9 sq. ; Lc. XX, 16 sq., cf. Mt. VIII, 11 sq. ; Lc. XIII, 28 sq. et vocatio gentium : Mt. VIII, 11 sq ; Lc. XIII, 28 sq. — mors Jacobi et Joannis : Mt. XX, 23 ; Mc. X, 39 sq. ; mors Petri : Joa. XXI, 18 sq. — miraculum Pentecostes : Lc. XXIV, 49 (Joa. XIV, 26 ; XVI, 7 sq.) — propria resurrectio : Mt. XVII, 9 ; Mc. IX, 8 — Mt. XVII, 22 ; Mc. IX, 30 (Lc. IX, 44) — Mt. XX, 19 ; Mc. X, 34 ; Lc. XVIII, 33 — Mt. XXVI, 32 ; Mc. XIV, 28 — Mt. XVI, 21 ; Mc. VIII, 31 ; Lc. IX, 22 — Mt. XII, 38 sq. ; XVI, 14 (Lc. XI, 29 sq.) — Joa. II, 19 ; X, 17 sq...

d. In genere, sed non in individuo, tot adjectis circumstantiis, praedici potuerunt : mors per flagellationem ac crucem : Mt. XX, 18 sq. ; Mc. X, 32 sq. ; Lc. XVIII, 31 sq. ; Joa. III, 14 ; XII, 32 sq. ; magis generice : Mt. XVI, 21 sq. ; Mc. VIII, 31 sq. ; Lc. IX, 22 — Mt. XVII, 12 ; Mc. IX, 11; Lc. IX, 31 — Mt. XVII, 21 ; Mc. IX, 30 ; Lc. IX, 44 — trinam Petri negationem : Mt. XXVI, 34, 69 sq. ; Mc. XIV, 30, 66 sq. ; Lc. XXII, 34, 55 sq. — excidium Hierosolymitanum : Mt. XXIV, 1 sq., Mt. XIII, 1 sq. ; Lc. XXI, 5 sq. — Mt. XXIII, 36 sq. ; Lc. XI, 51 ; XIII, 35 ; XIX, 41 sq. — ? Mt. XVI, 28 ; Mc. VIII, 39 ; Lc. IX, 27 — indefectibilitatem suae religionis : Mt. XVI, 18 ; XXVIII, 20 ; cf. Joa. IV, 21 sq., non obstantibus praenuntiatis persecutionibus : Mt. X, 17 sq. ; Mc. XIII, 9 sq. ; Lc. XXI, 12 sq., 16 sq. — Mt. X, 24, 34 ; Lc. VI, 40 ; XII, 51 sq. — Joa. XV, 18 sq. ; XVI, 1 sq. ; imperato humanae prudentiae neglectu : Mt. X, 16, 19 sq., 24 sq. ; Mc. XIII, 11 sq. ; Lc. X, 3 ; XII, 2 sq.,11 sq.

2° *Ratione attestationis (extrinsecae).* — Distingui possunt :

a. prophetiae post eventum scriptae, quae praeexigunt probationem, ut fraudis hypothesis excludatur (v. g. generalis sinceritatis probatione, concordia testium...) – ejusmodi sunt fere omnes supracitatae ;

b. prophetiae certo ante eventum scriptae, quae proinde,exclusa ex natura documenti fraudis hypothesi, argumentum praebent critice egregium et (quatenus prophetiae post eventum relatae critice assimilari possunt miraculis post eventum narratis) plane independens ac novum — ejusmodi sunt *saltem :* prophetiae de urbis excidio, cf. 1° *d ;* de novae religionis indefectibilitate, ibid. ; de reprobatione Judaeorum et vocatione gentium, 1° *c ;* de praedicatione Evangelii in toto orbe, 1° *b ;* quae ad duas reduci possunt : α. de excidio urbis, β. de propagatione religionis novae ejusque modis.

3° *Ratione verificationis.* — Distingui possunt :

a. prophetiae jam adimpletae, scl. fere omnes, quae sub n. 1° ;

b. prophetiae quae adimplentur (in fieri), scl. quae sub n° 2°, *b ;*

c. prophetiae quae verificari nequeunt,ut de altero Christi adventu : Mt.XVI, 27 sq.; Mc. VIII, 38 ; Lc. IX, 26 — Mt. XXVI, 64 ; Mc. XIV, 62 — Joa. I, 51 — de ultimo judicio : Mt. XXIV ; Mc. XIII ; Lc. XXI — Mt. XXV, 31 sq. — Mt. XI, 20 sq. ; Lc. X, 12 sq. — de praemio apostolorum : Mt. XIX, 27 sq. (Mc. X, 28 sq. ; Lc. XVIII, 28 sq.)...

Ut patet, solae series *a* et *b* criterium constituunt ; sed etiam series *c.* documentum constituit haud spernendum, quatenus juvat ad intelligendam prophetae psychologiam.

557. — II. *Argumentandi ratio.* — Ex dictis, patet prophetias tripliciter considerari posse ; α. vel *ut quaelibet miracula post eventum narrata,* arguendo praesertim, ut de miraculis, n. 548 sq. : ex collectione, ex notis concretis, ex opinione coaeva de Christi virtute prophetica... β. vel *ut miracula ante eventum relata,* si sejunctim spectantur quae ante eventum scriptae sunt...γ. vel *ut pars mirae cujusdam scientiae* quae ad occulta pariter ac futura se extenderet, cujus *limites* forte critice determinari non possent, licet ejus *existentia* ejusque supra humanam ac naturalem conditionem *excellentia* certo probaretur ; haec quidem ontologice prophetias explicaret ac critice (ex convergentia indiciorum) prophetiarum historicitatem confirmare valeret atque ab eis vicissim confirmari.

Hinc praesentis thesis methodus.

Spectando in p. I *materialitatem factorum,* probabimus arg. 1°, ex textibus de excidio Hierosolymitano et de indefectibilitate religionis christianae, utpote certo ante eventum scriptis, Christum hos eventus mirabili modo praenuntiasse ; arg. 2°, ostendemus, ex omnibus textibus post eventum scriptis, demonstrata jam scriptorum veracitate summa, n. 375 sq., Christum certo praeditum fuisse vi prophetica mirabili ; arg. 3°, omnia indicia colligendo,probabimus, non tantum vim propheticam, sed scientiam prorsus admirabilem.

Inde in p. II, ut *miraculum verum* demonstraremus, sufficeret profecto alterutra prophetiarum certo ante eventum scriptarum, quae idcirco argumentum praebent apologetice efficacissimum ; sed miraculum erit manifestius, si ex stupenda Christi scientia arguemus.

Hac conclusione *apologetice* contenti, hujus scientiae limites *dogmatice* explorandos relinquemus tractatui *De Verbo incarnato.*

558. — III. *Nota : a. dogmatice :* de scientia Christi in genere, cf. *De Verbo incarn.* ; Christum aliquot veras prophetias emisisse, *de fid. def.*, E, 1790 (1639), 1813 (1660) ; omnes prophetias in N. T. categorice Christo attributas veras esse, qua portenta, *theol. cert.*, qua miracula, *respective* ; — *b. critice*, p. I, saltem ex convergentia, *certa* ; p. II, *certa*.

Prob. I : Christus mira prorsus scientia praeditus fuit.

559. — 1° (Ex prophetiis de Jerusalem ac de indefectibilitate religionis christianae). — Vere praenuntiavit qui ante eventum res ut fuerunt accurate descripsit ; a. ; e...

α. *De excidio Hierosolymitano.*— α'. Redactio ante eventum probatur, tum criteriis internis, n. 339, tum ex externis, ex eo quod paulo ante eventum, c. 68, cum imminentem catastrophen intellexissent, Christiani Jerusalem reliquerunt, ut Pellam confugerent, cf. Euseb., HE, III, 5, M, 20, 221 D ; Epiphan., Haer., XXIX, 7, M, 41, 401 D. — β. Mira verificatio liquet ex historicis, maxime ex Flavio Josepho ; cf. de pseudo-messiis, Renan, Les apôtres, c. XV, p. 261 sq. ; Lagrange, Messianisme, p. 7 sq. ; de urbis obsidione ac ruina, de Champagny, Rome et la Judée⁴, t. II, c. XIV sq. ; Schürer, Geschichte des jüdisch. Volkes³, I, 600 sq. ; Hooke, Migne, Curs. theol., III, 193.

β. *De religionis christianae indefectibilitate.* — Ut indoles praedictionis *in concreto* recte aestimetur, advertendum est his notis : asseritur categorice ac placidissime — praedictis simul omnimodis persecutionibus — rejecta simul natione apud quam solam tunc temporis asseclas Christus habebat — praenuntiata tamen universali diffusione — damnata omni humana prudentia,sive ad respondendum judicibus,sive ad vim vi repellendam, Mt.XXVI, 52, ita ut maneant fideles sicut « agni inter lupos », Mt. X, 16 ; Lc. X, 3...

560. — 2°.(Ex omnibus praedictionibus in evangeliis post eventum enarratis).— Certissime constat de facto quod, sive directe, sive indirecte, testes ceteroquin veraces concorditer asserunt; a. evangelistae nostri concorditer, sive directe, sive indirecte, miram praedicendi vim in Christo fuisse asserunt ; e...

Ad M. : adverte assertiones indirectas critice saepe efficaciores, quia sunt magis spontaneae ; ratio enim saltem reddi debet opinionis ita spontanee se ipsam manifestantis.

Ad m. : *a.* indirecta testimonia habes in hoc quod evangelistae discipulos exhibent Christum interrogare solitos :

α. *de occultis animorum dispositionibus*, v. g. de proditore, Joa. XIII, 21 sq. (cf. Mt. XXVI, 22 ; Mc. XIV, 19), de peccatis caeci nati, Joa. IX, 2... β. aut *de futuris eventibus*, v. g. de excidio urbis et orbis, Mt. XXIV, 3 sq ; Mc. XIII, 4 sq. ; Lc. XXI, 7 sq. ; de tempore passionis, quin expresse interrogare audeant, Mc. IX,31 ; Lc. IX, 45 ; de morte Joannis, Joa. XXI, 21... γ. aut *de altero saeculo*, v. g. de numero electorum, Lc. XIII, 23 ; de praemio aeterno, Mt. XIX, 27 ; cf. Mt. XX, 21 ; Mc. X, 37... δ. *de occultis causis*, v. g. daemonii non ejecti : Mt. XVII, 18 ; Mc. IX, 27...

b. directa testimonia habes in omnibus praedictionibus supra recensitis, n. 556 , e quibus multae a duobus vel a tribus referuntur ; quae autem uni aut alteri sunt propriae fiunt summe saltem probabiles, tum ex summa scriptorum veracitate, n. 375 sq. , 474 , tum ex eo quod plane consentiunt cum reliquis.

561. — 3°. (Ex omnium indiciorum convergentia). — Mira tum futurarum tum occultarum rerum scientia quam convergenter asserunt : *a.* tum antecedens probabilitas ex mira viri virtute thaumaturgica, *b.* tum plurima

facta disjunctive saltem summe probabilia, *c.* tum facta nonnulla critice certa; *d.* tum apud prophetam placida ac certa hujus scientiae conscientia ; *e.* tum immediatorum testium certissima persuasio, habenda est, saltem quoad suam existentiam, sin minus quoad singula facta enarrata atque a fortiori quoad exactos suos limites, critice certa ; a. de mira Jesu scientia habentur *a, b, c, d, e.* ; e...

Ad M. : patet — tum ex communi criticae lege : « Plusieurs faits qui pris isolément ne sont qu'imparfaitement prouvés peuvent se confirmer les uns les autres, de façon à donner une certitude d'ensemble » ; Langlois, Introd. aux étud. hist², p. 175 — tum ex consideratione indiciorum assignatorum, quae facultatem nobis faciunt aestimandi omnes (saltem generice) hujus scientiae manifestationes, scl. in suis effectibus, in opinione coaevorum, in conscientia prophetae.

Ad m. : *a. virtus thaumaturgica* probata est in thesi praeced., n. 548 sq.

b. facta disjunctive summe saltem probabilia (ex probata summa evangelistarum veracitate, n. 375 sq., 474, ac singulorum factorum summa saltem historicitatis praesumptione, n. 383 sq.), sunt :

tum omnes praedictiones supradictae, n. 556 sq. ; — tum singularis cordium cognitio (cardiognosis), quam asserunt evangelistae, v. g. cum Jesus dicitur secretas objectiones praevidere ac solvere, Mt. IX, 3 ; Mc. II, 6 ; Lc. V, 21 — Mc. IX, 32 sq. ; Lc. IX, 46 sq. (cf. Mt. XVIII, 1 sq.) — Joa. XVI, 19, 30 — omnia Samaritanae peccata nosse ; Joa. IV, 29 — peccata remissa declarare, Mt. IX, 2 sq. ; Mc. II, 1 sq. ; Lc. V, 20 sq. — Lc. V, 47 sq. — tum visio in distans quam, occasione Nathanael, refert Joa. II, 48...

c. facta critice certa sunt : α. praedictio de excidio Hierosolymitano, β. praedictio de indefectibilitate religionis christianae ; de quibus n. 559.

d. placida ac certa hujus scientiae in Christo conscientia (quod indicium sejunctim esset plane insufficiens) manifesta est :

α. *ex ejus loquendi modo,* scl. non opinative sed categorice et quasi nativa facilitate ; qui modus ubique idem apud evangelistas nequit esse aut praeter intentionem descriptus, aut (quidquid sit de ejus intima causa) praeter veritatem... β. *ex expressa Christi declaratione* se omnibus prophetis majorem declarantis, v. g. Mt. XII, 41 sq. ; Lc. XI, 31 sq.; immo « omnia sibi a Patre tradita esse, nec quemquam nosse Filium nisi Patrem, nec Patrem nisi Filium et eum cui voluerit Filius revelare » ; Mt. XI, 27 ; Lc. VII, 22 — cf. Joa. VII, 16 sq. ; VIII, 26 sq., 38, 42 sq. ; XIV, 10, 24 ; XVIII, 37... γ. *ex stupore turbarum* Christi in docendo auctoritatem demirantium, Mt. VII, 29 ; Lc. IV, 32...

e. immediatorum testium certa persuasio evidens est :

α. *ex interrogationibus* de quibuslibet rebus occultis, n. 560 *a* ; β. *ex explicitis declarationibus*, v. g. Joannis asserentis Christum omnium dispositiones perspectas habuisse omniaque nosse « quae ventura erant super eum », II, 24 sq. ; VI, 65 ; XVIII, 4... quocum consentiunt Synopticorum asserta de ejus cardiognosi, supra *b.*

Hujusmodi opinio de scientia hominis qui carnalium Judaeorum *spem certo fefellit*, comprobata juxta testes coaevos per prophetias quae plerumque eorum *naturalibus votis contradicunt*, aut assidua hujus scientiae experientia nititur, aut nullam rationem sufficientem habere dicenda est.

Prob. II : mira Christi scientia criterium legationis certissimum.

562. — (Ex requisitis ad criterium certum). — Facta *a.* in ratione miraculi certa, *b.* cum praedicatione certo connexa, criteria sunt divinae missionis certa ; a. mira Christi scientia... ; e...

Ad M. : n. 181 sq. — Ad m. : quia arg. 1m et 2m partis Ia independentia sunt, pro statu controversiae, independenter argui potest vel ex prophetia de Jerusalem, vel ex prophetia de indefectibilitate (arg. 1), vel ex multitudine aliarum praedictionum (arg. 2) vel, apud eum qui priora argumenta admisit, ex characteribus mirae Christi scientiae (arg. 3), in hunc modum :

a. quoad veritatem miraculi : α. *prophetia de ruina urbis* naturaliter explicari non potest, quia praedictio *in individuo* tot particularitatum exigit cognitionem futurorum contingentium, ergo scientiam infinitam vel in propheta vel in eo a quo eruditus est ; — β. *prophetia de indefectibilitate religionis christianae* in concreto sumpta, i. e. cum omnibus notis individuis, pariter exigit scientiam *supra* humanam, quia praevisio est *contra* prudentiam naturalem, aut etiam scientiam divinam, quatenus praevisio reprobationis Judaeorum ac constantiae fidelium in persecutionibus eandem cognitionem futurorum contingentium requirit ; — γ. item *prophetiae propositae in arg. 2°*, quarum multae eam cognitionem supponunt ; — δ. a fortiori *scientia Christi* secundum totum suum ambitum spectata, ut in arg. 3°.

b. quoad connexionem cum praedicatione, liquet α. quoad *urbis excidium* et β. quoad *religionis novae sortem ;* γ. quoad *reliquas prophetias* sufficiebat certo moralis connexio cum operibus ad quae Christus in genere provocavit, n. 524 ; sed multae (ut de passione et de resurrectione) evidentem relationem habent cum legatione ; δ. idem dicito de *scientia Christi* in genere.

563. — Coroll. : *De Christi divinitate.* — Vides, quin demonstrationem urgeamus, quantopere Christi illimitata, ut videtur, sive potentia, sive scientia ejus divinitatem suadeant, ut aptiorem explicationem virtutis adeo transcendentis.

Ad difficultates.

564. — W, II, 191 sq. ; Migne, Curs. theol., II, 1200.

Thes. LIX. — I. Vaticinia pariter messianica diu ante Christum edita, II. in eo mirabiliter adimpleta, III. divinam ejus legationem consecrant.

565a. — Praesens thesis, fere ad verbum, desumpta est a R.P. Gaye, De Verbo incarn., Angiae, 1905, p. 5 sq.— Cf. Bossuet, Hist. univ., p. II, c. XV, XXIII sq., XXVII sq. ; A. Nicolas, Ét. phil. sur le Christian.26, IV, 161 sq. ; de Broglie, Proph. messian., (Sc.et relig.), 2 in-16, Parisiis, 1904 ; Touzard, Comment utiliser l'argument prophétique, (Sc. et relig.), 1911 ; Lagrange, Le messianisme chez les Juifs, Parisiis, 1909 ; R. P. Calès, Les proph. messian., Angiae, 1903. — *Scholastice* : Le Grand, M, Curs. theol., X, 99 sq. ; Wirceb., IV, 10 sq. ; Perrone33, VI, 4 sq. ; Ottiger, Theol. fund., I, 526 sq., 640 sq.

565b. Praenot. I : *De nomine « Messiae »*. — P. I, n. 142.

566. — II. *Rationalistarum placita.* — Ideam messianicam aiunt naturaliter apud Judaeos ortam esse, vel ex ambitione, vel ex desiderio restaurationis politicae. Addunt alii exspectatum esse messiam indeterminatum, aut etiam multiplicem, tanquam initiatorem progressus naturalis, immo messiam nihil esse nisi personificationem ideae progressus. Sunt etiam qui

fingant duplicem praenuntiatum esse messiam, unum gloriosum, alterum humiliatum et doloribus subditum ; Perrone, n. 5 sq.

567. — III. *Demonstrationis scopus ac methodus.* — *a.* Sufficit ad praesentis tractatus scopum, ut divina Christi legatio probetur, omissa divina ejus natura, de qua R. P. Galtier, De Verb. inc., p. 13 sq. — *b.* Ne quoad singulos V^is T^i libros quadruplicem crisim praevie instituere debeamus, n. 227 sq., apologetice hic satis erit eos libros adhibere ut pluribus jam ante Christum saeculis apud Judaeos receptos, P, n. 212, 215.— *c.* Quoniam in hypothesi divinae praenuntiationis, Deus debuit toto temporis decursu unius decreti exsecutionem persequi, omnia vaticinia messianica considerabimus potius tanquam unam prophetiam continuam, quam singula sejunctim, duplicem excessum praecaventes, scl. dogmatismi, affingendo textibus antiquioribus id totum quod affirmat vel idea christiana posterior vel dogma hodiernum explicitius, et criticismi, valorem textuum denegando, ex eo tantum quod antiquitus res non aeque explicite descripserunt atque nunc intelliguntur ; P, n. 218 sq.

568. — IV. *Nota : a. dogmatice,* Jesum verum esse Messiam praenuntiatum, *de fide ; b. critice,* omnes partes *certae.*

Prob. I : diu ante Christum vaticinia de messia edita sunt.

569. — 1° (Ex facto exspectationis messianicae, tempore Christi). — Supra, n. 519.

570. — 2° (Expositione praecipuorum textuum, juxta tres periodos).

A. Periodus prima. — Ideae messianicae prima lineamenta et genus messiae. — Adverte ea omnia oracula nexum inter se habere et momentum maximum in mente scriptoris, nam α. eorum tantum historiam scribit qui sibi succedunt in eadem benedictione (seu promissione) divina ; reliquos omittit ; β. eam benedictionem exhibet ut promittentem bona futura eaque maxima (hinc character propheticus), non tantum temporalia, sed spiritualia (hinc character messianicus).

a. Messias protoparentibus promittitur, Gen. III, 15.

P, 134 ; Corluy, Spicilegium, Gandavi, 1884, I, 347 sq. ; Wilm, p, 211 sq.

b. Genus ejus determinatur : declaratur proditurus ex stirpe α : *Sem* (Gen. IX, 25 sq.) ; P, n. 219 ; — β. *Abrahae* (Gen. XII, 1 sq. ; XIII, 14 sq. ; XVIII, 18 ; XXII, 18) ; cf. P, n. 220 ; Corluy, I, 373 ; — γ. *Isaac* (Gen. XXVI, 2-5) — δ. *Jacob* (Gen. XXVIII, 14) — ε. *Juda* (et David, ut modo dicemus).

*c. Innuitur ex tribu Juda prodituru*s ac simul indirecte adventus ejus tempus designatur : *ex prophetia Jacob* (Gen. XLIX, 8-10).

Jacob moriens α. innuit Messiam ex Juda oriturum : α'.ex textu *v.* 8 et vaticinantis scopo, scl. extollendi Judam ejusque stirpem supra reliquos ; β'.ex adjunctis : cum soboli patriarcharum et suae jam alligata esset promissio messianica, non potuit in tam splendida prophetia illam promissionem omittere ; — γ'.ex intellectione communi tum Judaeorum, tum Christianorum. — β. promittit sceptrum (regiam potestatem aut certe hegemoniam) non recessurum a tribu Juda, donec veniat Messias...

P, 136 sq. ; W, IV, 10 sq. ; Corluy, I, 456 sq. Wilm, 220 sq. ; RB, 1898, p. 526.

d. Confirmatur messiae promissio, ex stirpe Jacob orituri, per Balaam, Num. XXIV, 17-19. — Praedicit oriturum esse ex Jacob, seu Israël, post longum tempus, ducem et regem, sub symbolo stellae et virgae, qui gloriam domus Jacob ad summum adducturus sit. — Confirmatur exegesis ex contextu, ex interpretatione Judaeorum et magorum.

P, 136 sq. ; Wilm, 225 sq.

e. Tanquam propheta promittitur a Moyse, Deut. XVIII, 15-19. — Dicit ad populum : « Prophetam de gente tua... suscitabit tibi Dñs Deus tuus : ipsum audies... Ait (mihi) Dñs... Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui et ponam verba mea in ore ejus... » — His vero promittit vel ipsum unice Messiam tanquam Dei legatum, ut videtur suadere N.T. et explicant plerique Patres (Corluy, I, 440 sq.), vel seriem prophetarum, cujus Christus caput sit et culmen, ut alii intelligunt, quin N°. T°. contradicere videantur (Corluy, I, 451). — Igitur hic agi de Messia constat : α. ex textu, in cujus ambitu non potest non contineri Messias qui jam exspectabatur, β. ex intellectione Judaeorum (Corluy,I, 450), γ.et Christianorum.

P, 143 sq. ; Corluy, I, 447 sq.

571. — *B. Secunda periodus,*a David ad captivitatem.— Ideae messianicae progressus et determinatio ; Messiae persona, munera, vita et mors, triumphus...

a. Promissiones factae Davidi et Salomoni. — α. Nathan (II Reg. VII, 11-17 ; I Par. XVII, 10-15) promittit Davidi filium qui ei succedat, templum Dei aedificet, obtineat thronum sine fine duraturum, exclusa omni conditione : « Stabiliam thronum regni ejus usque in sempiternum... Si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga .. misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli a Saul » ; II Reg. VII, 13 sq. — Quod promissum iteratur, Ps. LXXXVIII, 21, 29 sq. — β. Aliunde vero David moriens promittit filio suo non desiturum regnum, si posteri legem Dei observent, III Reg. II, 3 sq., quod Dñs ipse Salomoni repetit, III Reg. IX, 4 sq. ; cf. Ps. CXXXI, 12.

Hinc duae promissiones familiae David factae sunt, altera conditionata de regno temporali, altera absoluta, quae intelligi nequit nisi de Messia ex ea prodituro. — Quare Nathan, l. c., loquitur de Salomone et posteris ejus inter quos praecipue Messiam indicat ; P, 139 sq. ; Corluy, I, 384.

b. Prophetiae in Psalmis contentae. — Exprimitur Messiae venturi praecipue : α. regnum sanctum et aeternum, gloria, divina filiatio... (Ps. II, CIX, LXXI, XLIV, LXXXVIII...) — β. humiliatio, passio, mors (Ps. XXI) — γ. resurrectio (Ps. XV)...

Cf. Corluy, II, 152 sq. ; Hettinger, Theol. fond., p. 442 sq. ; RB, 1905, p. 39 sq.

Ps. II : « *Quare fremuerunt...* » W, 67 sq. ; Corl., II, 154. — David videt reges et principes conspirantes contra Deum et Christum ejus, *v.* 1-3, sed frustra, nam Christus est filius Dei, summa potestate a Deo donatus, *v.* 4-9 : ideo timeant reges Christoque se subjiciant, nisi velint sibi parare perniciem, *v.* 10-13. — Significari vero Messiam constat : α. auctoritate veterum Judaeorum, Christianorum : Act. IV, 25 ; XIII, 33 ; Hebr. I, 5 ; V, 5 ; Apoc. XIX, 15... β. ex textu, in quo omnia conveniunt Messiae, quaedam autem ei soli : *v.* 7, 8, 13 ; confirmatur ex Ps. CIX.

Ps. CIX : « *Dixit Dñs...* » Corluy, II, 184. — David canit Messiae regnum et sacerdotium. Messias, quem ipse vocat Dñ suum, sedet a dextris Jahve et ab eo accipit regnum, *v.* 1-3 ; ad quod sibi comparandum selectam et sanctam catervam eligit et instruit, *v.* 3 ; cf. text. hebr. ; est enim a Deo constitutus et rex et sacerdos aeternus, *v.* 4. et bellica expeditione hostes concidet et fugabit, *v.* 5-7. — Agi de Messia constat : α. ex textu et irrito conatu omnium qui aliter eum explicandum voluerunt ; β. ex unanimi consensu Judaeorum

antiquorum, (quibuscum consentiunt auctores N^i T^i : Mt. XXII, 42-46 ; Lc. XX, 41-46 ; Hebr. VII, 17 ; X, 13 ; Act. II, 32-36).

Ps. LXXI : « *Deus judicium tuum Regi da...* » Corluy, II, 166. — Salomon preces fundit pro novo rege *v.* 2-4 ; cujus regnum praedicit aeternum ac universale, *v.* 5-11, justum, benignum, gloriosum, *v.* 12-17. — Agi de Messia constat : α. ex ipso textu, β. ex auctoritate Judaeorum veterum, Patrum, interpretum.

Ps. XLIV : « *Eructavit cor meum...* » Corluy, II, 173. — Epithalamium (Christi regis cum Ecclesia sponsa) : α. laus sponsi, ob speciem, fortitudinem, justitiam, aeternam throni durationem, *v.* 2-9 ; β. laus sponsae, ob ejus ornatum, amorem, imperium, comitatum, *v.* 10-16 ; γ. laus filiorum, *v.* 17, 18. — Agi de Messia tenuerunt veteres Judaei, Patres, interpretes et probatur ex textu, praecipue *v.* 7, 8 ; cf. Hebr. I, 8, 9, 12.

Ps. LXXXVIII : « *Misericordias Dñi...* » — Commemorat et explicat promissionem aeterni regni factam generi David, praesertim *v.* 4, 5, 21-38 (cf. II Reg. XII, 11-17 ; I Par. XVII, 10-15).

Ps. XXI : « *Deus, Deus meus, respice in me...* » Corluy, II, 111. — David inducit Christum pie querentem de passione sua, quam describit et a qua liberari postulat, *v.* 2-22, cujus celebrat exitum felicem tum Israeli, *v.* 23-27, tum gentibus universis, *v.* 28-32. — Agi de Messia prob. : α. ex textu ipso, β. ex auctoritate veterum Judaeorum, omnium Christianorum (cf. Mt. XXVII, 25 ; Joa. X, 24 ; Hebr. II, 12). — Nota in *v.* 17 legendum esse *caarou*, foderunt, vel *caarei*, fodientes, non *caari*, ut leo...

Ps. XV : «*Conserva me, Dñe,..*» – David exprimit plenam et laetam in Deum confidentiam, specialiter « quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem ». — Haec autem verba ostendunt eum loqui in persona Messiae, uti intellexerunt Petrus et Paulus, Act. II, 25-32 ; XIII, 35-37 ; et constans traditio catholica.

c. Abdias, Joel, Amos, Osee, nuntiant rejectionem populi Judaïci et constitutionem novi regni Dei, P, n. 230.

d. Isaias regnum Messanicum describit, item « Emmanuelis » ac « servi Dei » indolem ac missionem :

α. *Regni catholicitatem* magnifice exponit, II, 2 sq. ; idque saepe iterat, v. g. LIV-LVII ; LX-LXIII ; LXVI ; ad quod regnum « reliquiae » Israel convertentur, IV, 1 ; cf. X, 9 ; Jer. XXIII, 3 ; Mich. V, 3 ; – P, n. 231.

β. *Emmanuelis* originem, conditionem humilem, missionem beneficam, regnum et divinitatem proclamat, VII-XII : α'. nascetur ex virgine, VII, 14-16, ex radice Jesse, XI, 1 ; erit autem « Emmanuel », VII, 14, et dominus terrae Juda, VIII, 8 ; – β'. « parvulus natus est nobis...principatus...vocabitur...admirabilis, conciliarius, Deus fortis, pater futuri saeculi, princeps pacis ; multiplicabitur ejus imperium et pacis non erit finis ; super solium David sedebit... amodo et usque in sempiternum », IX, 6 sq. ; vide etiam, XI, descriptionem ampliorem hujus regni potentis, justi, felicis et benigni, XII, canticum laudis et gratiarum actionis pro recepta salute. — Agi de Messia constat ex toto complexu « libri Emmanuelis », ex traditione Judaeorum et Christianorum.

W, 69 ; Corluy, I, 394, 421, 433 ; Condamin, Isaïe, p. 59 sq.

γ. *Servum Dei* praenuntiat : α'. mediatorem salutis et lumen gentium ejusque depingit virtutes et opera, XLII, 1-9 ; — β'. dicit ejus vocationem ac munus salvatoris, XLIX, 1-13 ; — γ'. fidelitatem ac passiones in missione complenda, L, 4-9 ; — δ'. passionem et mortem pro salute nostra, gloriam et exaltationem, fidelium ejus multitudinem, LII, 13 — LIII, 12 ; — ε'. missionem ejus, nuntii et auctoris salutis, LXI ; — ζ'. novae Sion felicitatem, splendorem et extensionem, LX-LXII, LXVI. — Quod hic « Jahve servus » sit Messias, prob. : α. auctoritate antiquae synagogae... Corluy, II, 85 sq. ; β. ratione intrinseca : notae quibus insignitur servus Dei conveniunt Messiae nec, si collective sumuntur, ulli alii personae ; Corluy, II, 82 ; Condamin, p. 325-344.

e. Michaeas etiam vaticinatus est splendorem regni messianici, IV, 1-7 ;

V, 1-8 ; praeterea nativitatem Messiae in Bethleem et originem ejus aeternam, V, 2, — P, n. 231, 242 ; Corluy, I, 442.

f. Jeremias nuntiavit cultum Dei novum, III, 15-17 ; pastores novos, germen David, regem sapientem et justum salvatorem, Jahve, XXIII, 3-8 ; XXXIII, 14-26 ; foedus novum, XXXI, 31-34, sempiternum, XXXIII, 14-26. — P, n. 232.

g. Ezechiel scribit fore ut, rege Judae in captivitatem abducto, Deus conservet ex stirpe David ramum, qui fiet arbor magna, XVII, 22 sq. ; tolletur corona regia usquedum veniat ille cujus est dominatio, XXI, 25 ; Deus rejiciet pastores Israel et gregi suo praeficiet in aeterum pastorem unum David, XXXIV ; XXXVII, 24. — P, n. 233.

572. — C. *Tertia periodus,* ab initio captivitatis. — Supputatur tempus adventus Messiae ; quaedam indicantur circumstantiae speciales vitae ejus ; tandem deficit prophetia, sed designando Praecursorem, qui ipse Messiam monstraturus est praesentem, P, n. 236 sq.

a. Daniel : α. praedicit regnum messianicum,quod quatuor regnis succedet eritque aeternum et universale, II, 44 ; VII, 13, 14, 18, 27 ; — β. septuaginta hebdomadas (annorum) assignat, in quarum fine occidetur Messias, mutabitur foedus etc., IX, 21 sq. — P, n. 237 sq. ; W, IV, 30 sq. ; Corluy, I, 474.

Stat. quaest. — Cf. Lagrange, RB, 1904, p. 509. Non tantum rationalistae, sed etiam quidam catholici aiunt librum hunc non esse Danielis, neque saec. VI, sed scriptum esse circa medium saec. II ab aliquo anonymo, qui Judaeos excitare volens, ut fortiter in persecutione Antiochi se gererent, scripsisset non historiam, sed librum moralem ad modum apocalypsis, in quo Danielem induceret agentem, loquentem vel scribentem atque etiam aliqua praenuntiantem quae tempore quidem Danielis erant futura, tempore vero auctoris jam praeterita. Inter alia, fingit eum nuntiare futuram, post septuaginta hebdomadas inde a captivitatis initio numerandas,persecutionem (Antiochi), occisionem Uncti (Oniae), deinde vero persecutionis ipsius destructionem. — Quare illi exegetae non diffitentur quidem agi de Messia in libro Danielis, tum litteraliter,II, 44, VII, 13, tum typice, l.c., IX, sed asserunt computationem hebdomadum nihil juvare ad determinandum tempus adventus messianici. — Sed plerique catholici α. genuinitatem libri agnoscunt eamque probant : α'. ex traditione Judaeorum, qui eum inscripserunt in canone Palestino (proinde inter libros Machabaeis antiquiores) ; — Josephus refert librum Danielis exhibitum esse Alexandro Magno ; — Mathatias eum citat, an. 167 (I Mach. II, 59) ; — β'. ex charactere intrinseco : tum modo narrandi, qui arguit hominem eo tempore et loco viventem quibus vixit Daniel,tum lingua, quae eandem aetatem denotat, tum ipsius auctoris affirmatione ; — γ'.ex incommodis alterius sententiae... cf. Knabenbauer, In Dan., p. 20 ; sq., 63 ; Crampon, V, 646 — β. pariter consentiunt plerique catholici septuaginta hebdomadibus tempus adventus Messiae praesignari, licet in ratione computandi non parum dissentiant ; Knabenbauer, p. 63 ; Corluy, I, 510 ; W, IV, 37.

Exegesim accipe a P, I, 145 sq. ; Crampon, V, 698 sq. ; Corluy, I, 478, 486, 514 ; W, IV, 30 sq.

Argumentum : Messias praedicitur venturus ante finem hebd. 70ae, inde ab edicto numerandae quo dabitur Judaeis licentia aedificandi urbem (an. 453 ?) ; post hebd. 69am (i. e. $69 \times 7 = 483$ an.), occidetur Messias, abolebitur pactum vetus etc ; a. hoc tempus expletur circa an. 30m post Christum.

b. Aggaeus, II, 7-10. — P, 147 ; Corluy, I, 515 ; W, 49 sq. — Praedicitur Messias venturus stante adhuc templo secundo... — Agi de Messia proba-

tur α. ex traditione priorum Judaeorum, immo et quorundam recentiorum, β. ex ipso textu...

c. Zacharias praedicit Messiam ut « germen, orientem », III, 8 ; VI, 12 ; regem et sacerdotem ; ejus humilitatem ; universalem dominationem, IX, 9 sq. ; eum fore salvatorem populi, venditum iri triginta argenteis, qui projiciuntur in Domum Dñi, XI, 12 sq. ; Israelem proinde rejiciendum et dispergendum, ita tamen ut aliquando convertatur ac doleat Salvatoris mortem, XII, 9 sq., XIII.

d. Malachias α. vaticinatur novum sacrificium et sacerdotium apud omnes gentes, I ; — β. praedicit Messiae praecursorem aliquem praeiturum, Messiamque venturum ad templum Jerusalem, proinde ante quam dirutum sit, III, 1. — P, 147 ; Corluy, I, 524 ; W, IV, 49 sq.

573. — Conclusio. — *a.* Itaque promissio Messiae et exspectatio regni ejus totum V. T. pervadit ejusque idea paulatim explicata est et ad perfectionem adducta vaticiniis successivis, P, n. 243, quorum alia respiciunt ejus personam, originem aeternam et temporalem, divinitatem et humanitatem, conditionem humilem et regiam, indolem, vitam, passionem, mortem, resurrectionem et triumphum, P, n. 218-229 ; alia ejus munera : pastoris seu regis, prophetae seu legati divini, sacerdotis et salvatoris per sui ipsius sacrificium, in novo populo, foedere et cultu, P, n. 230-235 ; alia ejus adventus tempus et nativitatis locum, P, n. 236-242.

b. Messiam illum promissum esse et exspectatum tanquam unam personam determinatam constat : α. ipsis vaticiniis, tum quia plurima diversis hominibus applicari nequeunt, tum quia prophetae posteriores saepe respiciunt, saltem tacite, vaticinia priora personam individuam jam significantia, tum quia de facto omnia impleta sunt in una persona, quod fortuitum esse nemo sanus dixerit, spectata praesertim notarum collectione ac pseudo-messiarum, tempore Christi, multitudine, P, n. 244 ; — β. ex traditione constanti Judaeorum, quae speciatim manifesta fuit tempore Christi, Perrone[33], VI, 14 sq. ; supra n. 519.

Adverte prophetias illas non sumendas esse extra « prophetismum ». Non sunt enim collectae ac servatae tanquam libri inspirati, nisi postquam prophetae auctoritatem sibi conciliarunt per minores praedictiones, quarum adimpletio ab ipsis prophetis ut solum signum authenticae missionis suae proponebatur, Deut. XVIII, 22.

Quanquam nonnulla vaticinia sat obscure messianica videntur, sufficiens ratio reddi debet spei messianicae apud Judaeos indubiae ac, procedente tempore, vividioris. Ceterum necesse non erat, ut prophetae ita loquerentur, ut eorum verba de Messia non intelligi nequirent, sed mediocris claritas sufficiebat, ut fit, cum agitur apud homines bene dispositos de re non prorsus inaudita. Praeterea saepius ac prolixius de his rebus agere debuerunt verbo, quam scripto.

c. Messiam absolute esse promissum et exspectatum inde apparet, quod α. nullibi in promissionibus tam solemnibus et frequentibus, magis in dies confirmatis et explicatis, ulla insinuatur conditio ; quae contra exprimitur,

quando promittuntur Judaeis temporalia ; — β. ex ipsa rei natura, cum Messias promissus sit in remedium peccatorum ; — γ. ex modo quo Judaei textus praecedentes intellexerunt, cf. n. 519.

Prob. II : vaticinia messianica in Jesu Christo vere adimpleta.

574. — *a*. Impleta sunt quoad antecedentia et concomitantia.

b. Item quoad subsequentia : veteris pacti rescissionem novique institutionem, sacerdotii commutationem, sacrificiorum abolitionem, gentium conversionem.

W, IV, n. 84 sq. ; Perrone, VI, n. 157 sq. ; P, I, n. 245 sq. ; Wilmers, p. 400 sq.

Prob. III : prophetiarum adimpletio Christi legationem probat.

575. — Ex miraculo manifesto.

Scholion. — *De controversia cum Judaeis circa Messiam.*

576. — Freppel, Les Pères apostoliques[4], c. IV, p. 74 sq. ; S. Justin[3], c. XIX, p. 383 sq.

Ad difficultates.

577. — Vide Wirceburgenses et Perrone post singulas probationes.

Thes. LX. — B[i] Pauli conversio, I. qua portentum historice certa, II. qua miraculum ut criterium legationis Christi jure invocari potest.

578[a]. — Lyttleton, Observations on the conversion and apostelship of s. Paul, Londini, 1737 ; gallice, M, Dém. évang., IX, 645 sq. ; Bourgine, Conv. de s. Paul, (Sc. et relig.) Parisiis, 1902 ; egregie Rose, RB, 1902, p. 321 sq. ; Prat, S. Paul, I, 44 sq. ; Wilm, p. 442 sq.

578[b]. — **Praenot. : I.** *Stat. quaest.* — Jam supra argumentati sumus a Pauli conversione, praescindendo a miraculo, n. 263 ; nunc vero, probata Christi resurrectione, n. 531 sq., ejus apparitionem miramque ejus efficaciam in mutando Paulo invocamus in confirmationem thaumaturgicae Christi virtutis divinaeque ejus legationis.

579. — II. *Nota : critice*, valor praesentis argumenti *certus*.

Prob. I : apparitio Damascena, qua factum, objective certa.

580. — Perpensis praevie textibus, *A*, argumentum proponemus, *B*.

A. Textuum crisis. — Invocandi sunt : Act. IX, 1 sq. ; XXII, 4 sq. ; XXVI, 9 sq. ; Gal. I, 13 sq. — Notabis : *a. quoad eorum originem :* Act. XXII et XXVI orationes sunt ipsius Pauli ; non sunt e « Wirstücken », sed immediate praecedunt. Lucas potuit de eis a Paulo immediate erudiri, dum cum eo Romam petebat, Act. XXVII, 1. — Act. IX est narratio impersonalis ; particularitates nonnullas habet quas Lucas vel ex fonte quodam Damasceno, vel ex orali Pauli narratione accipere potuit. — *b. quoad textuum restitutionem :* Act. IX, 5[b]-6[b] est probabilius interpolatio ducta ex XXVI, 14, nam deest in antiquioribus mss Graecis. — *c. quoad eorum veritatem :* adsunt α. sive quoad antecedentia, β. sive quoad factum, γ. sive quoad subsequentia, inter varias narrationes divergentiae *materiales* nonnullae, quas urgent rationalistae ; cf. Vigouroux[12], IV, 80, nota ; Prat, I, 46, nota. *Formalis* tamen consensus, juxta trita criticae principia, n. 261, defenditur ; cf. A. Sabatier, L'apôtre Paul, p. 51 sq. ; H. Chase, The credibility... of the Acts, Cantabridgiae, 1902, p. 70.

B. Inde argumentum. — Illa explicatio admittenda est quae sola facti

cujusdam objective certi adjuncta omnia explicat ; a. apparitio vera Christi, quomodocumque physice explicetur, sola explicat... ; e...

Ad m.: mira Pauli conversio cum omnibus suis adjunctis explicaretur vel *a.* per simulationem consciam, *b.* vel per deceptionem inconsciam, *c.* vel per objectivitatem causae quam ipse Paulus allegat ; a. non *a*, nec *b* ; e...

Ad m'. ; *a. nulla conscia simulatio*, nam probata est Pauli sinceritas summa, n. 256 sq. ; ceterum simulatio non explicaret visionem Ananiae, rationem agendi sociorum, receptionem Pauli a fidelibus Damascenis, qui a sociis fraudem facile cognovissent, quam ab inimico ultro jam suspicabantur ; *b. nec deceptio inconscia*, nam α. *neque ex hallucinatione* plus minusve morbida, etenim ejusmodi causa neque vim exercet in socios, Act. IX, 7 ; XXII, 9 ; nec praesertim in absentem (Ananiae visionem), IX, 10 sq.; nec cessat impositione manuum, Act. IX, 18 ; neque unquam tales generat effectus : semper enim favet ideae seu furori dominanti ; hic mutat convictionem, nervos sedat, IX, 8 sq. ; hominem furentem reddit magistro docilem, IX, 6, 18 ; alibi cessat, ubi homo iterum sui compos factus est ; hic de facti objectivitate talis certitudo habetur, ut qui de charactere visionum aliarum pronuntiare non audet, II Cor. XII, 2, de hac categorice asserat, Gal. I, 12, 15, I Cor. IX, 1, XV, 8, etiam post diuturnam meditationem in eremo, Gal. 1, 17 ; non obstantibus omnimodis contradictionibus, durante triginta annorum labore indefesso... β. *neque per irruptionem subconscii remorsus*, nam Paulus rem pingit ut « nativitatem » vel « revelationem » prorsus improvisam, Gal. I, 15 sq. ; I Cor. XV, 8 ; sinceritatem suam in persequendis Christianis haud semel asserit, Act. XXVI, 9, 11 ; Phil. III, 6 ; I Tim. I, 13 ; ac, spectata ejus indole, si contra gratiam recalcitrasset, saepius hoc peccatum confessus esset ; — *c.* superest ergo, ut admittatur *apparitio objectiva ;* sola enim perfecte explicat conversionem sub diverso respectu simultaneam Pauli, Ananiae, sociorum, communitatis Damascenae, mox totius Ecclesiae erga Paulum, n. 265, 270.

Prob. II : apparitio Damascena Christi legationem confirmat.

581. — (Ex connexione miraculi cum Christi legatione). — Vere Dei legatus est habendus qui recens mortuus miraculo manifesto probat et resurrectionem quam in signum suae legationis proposuerat et hujus missionis perseverantiam ; a. Christus apparitione Damascena et Pauli conversione probat... ; e...

Ad M. : n. 185. — Ad m. : *a.* apparitio habenda est ut *miraculum physicum*, subitanea conversio ut *miraculum psychologicum ; b. relatio* α. *cum resurrectione* patet tum ex natura rei, tum ex verbis Christi : « Ego sum Jesus quem tu persequeris », Act. IX, 4 ; XXII, 7, 8 ; XXVI, 14 ; β. *cum missione*, tum ex iisdem verbis, quatenus identificatur Christus cum suis fidelibus, tum ex delegatione Pauli in « ministrum ac testem », Act. XXVI, 16 sq. ; IX, 6 ; XXII, 10 ; Gal. I, 16.

Ad difficultates.

582. — Vigouroux[12], IV, 80 ; Prat, I, 46 ; Wilmers, *l. c.*

De Miraculis moralibus.

Thes. LXI. — I. Probatur etiam christianae religionis divinitas ex modo quo, non obstante interna ejus indole, propagata est ; II. quod miraculum luculentius lucet perspecta aliarum religionum historia.

583. — *Historice* : cf. varios historiae ecclesiasticae scriptores : P. Allard, Le christian. et l'emp. rom.[6], Parisiis, 1903 ; Lesêtre, La S. Église au siècle des apôtres, Parisiis, 1896 ; cf. crisim Di Harnack, Mission u. Ausbreitung, Rivière, RPA, 1906, V et VI ; Monceaux, Journ. des savants, 1904, p. 412 sq... — *Polemice* : Perrone, Le Protest. comp. au cath., III, 157 sq. ; 275 sq. — *Scholastice* : Perrone[33], I, 106 sq. ; W, II, 194 sq. ; Wilm, p. 506-536 ; Lahousse, p. 441 sq. ; de Poulpiquet, Objet intégral, p. 121 sq. ; cf. de Broglie, Fondements intellect. de la foi chrét., 8e conf. ; l'échec apparent du christian., p. 209 sq.

Thes. LXII. — Probatur etiam christianae religionis divinitas ex constantia martyrum singulari.

584. — Ex recentioribus, *historice* : P. Allard, Hist. des perséc., 5 in-8o, Parisiis, 1885-90 ; Dix leçons sur le martyre, Parisiis, 1906 ; M. Harnack et le nombre des mar., RQH, 1905, LXXVIII, 235 sq. ; contra Laberthonnière, Ann. phil. chrét., 1906 ; J. Guiraud, Hist. partiale et hist. vraie[2], I, 115 sq. ; D. Leclercq, Les martyrs, I, praefat. ; bibliogr. vide, art. *Actes des mart.*, Vacant, I, 332 sq. ; D. Cabrol, I, 443 sq. — *Apologetice* aut *scholastice* : Sortais, La valeur apol. du martyre, (Sc. et relig.), 1905 ; Rivière, RPA, IV, 625 sq. ; de Poulpiquet, RPA, VII, 881 sq. ; VIII, 33 sq. ; Objet intégral..., p. 148 sq. ; Perrone[33], I, 119 sq. ; Wilmers, p. 536-559 ; Lahousse, p. 467 sq ; Ottiger, I, 877-902...

C. III. De criteriis internis.

Thes. LXIII. — Divina Christi legatio I. ex aliquot dogmatum seu mandatorum ab eo certo traditorum concordia cum ratione vel excellentia probari quidem nequit, II. immo neque ex doctrinali synthesi ullius christianae ecclesiae, donec constet utrum jure an injuria eadem Christo auctori tribuatur ; III. potest tamen, pro statu controversiae, plus minusve suaderi.

585a. — Vide auctores citatos, n. 639a, n. 648a ; sed adverte ad *diversum quaestionis statum*, n. 626, 656.

585b. — **Praenot.** : I. *Stat. quaest.* — Doctrinae Christi excellentia *apologetice* aestimanda est non in persona hominis catholici, fidei harmoniam ac sublimitatem intrinsecus contueri immo experiri soliti, sed in persona increduli vel acatholici.

Supponendum ergo est : *a.* plurimas veritates naturales, ut fit plerumque, recipi *de facto* a revelatione, paucas a philosophia ; *b.* nonnulla dogmata seu mandata, quae religio catholica exhibet ut a Christo tradita α. tum hominibus nostri temporis gravissime displicere, ut sunt v. g. existentia revelationis proprie dictae, principium auctoritatis seu triplex Ecclesiae jurisdictio, immutabilitas dogmatica, praesentia realis Christi in eucharistia, trinitas ac consubstantialitas personarum in Deo etc. β. tum a sexcentis sectis non haberi ut authenticam Christi doctrinam, nec posse quandoque nisi difficillime solius criticae subsidio probari ut indubie ab eo revelata. Proinde, cum de quibusdam post fidem tantum ac dogmatice constare possit, petitionem principii admitteret qui Christi legationem pro-

bare vellet per dogmata quorum revelatio certo manifestari potest per solum magisterium a Christo constitutum.

586. — II. *Methodus adhibenda.* — Hinc : *a.* ostendendum est dogmata vel mandata quae offendunt, aut non esse revera a Christo, aut non esse evidenter repugnantia ; *b.* distinctione facta inter veritates naturales, quas ratio judicare potest et veritates supernaturales, quae etiam post revelationem ex intrinsecis verificari nequeunt, iisque interim omissis quae rationi evidenter non repugnant, demonstrandum est, pro numero ac natura eorum quae ab adversariis ut a Christo asserta agnoscuntur, tantam in hac doctrina excellentiam splendere, ut sine speciali Dei interventu explicari nequeat ; si de hoc miraculo constiterit, secure credi potest authenticam Christi doctrinam, qualiscumque sit quoad puncta controversa, nil Deo indignum continere.

Quoniam eandem materiam plenius (atque opportunius) alibi tractabimus, n. 639 sq., 648 sq., sufficiet hic indicare valorem argumenti atque excessus in hac re consuetos declarare.

587. — III. *Nota. : critice,* quoad omnes partes, *certa.*

Prob. I : Christi legatio ex aliquot doctrinae punctis probari nequit.

588. — (Ex notione miraculi moralis). — Illud non arguit miraculum morale nec proinde originem divinam, quod per causas naturales explicari potest ; a. quo pauciora puncta e doctrina Christi spectantur, eo facilius per causas naturales hujus doctrinae praestantia explicari potest ; e...

Ad m. : nam vel spectantur solae veritates naturales, vel etiam dogmata Judaïca ; tunc eo facilius explicatur eorum in doctrina Christi praesentia vel per dotes Christi naturales, vel per meram traditionem Judaeorum — vel spectantur etiam quaedam dogmata nova a Christo inducta ; tunc eo facilius per naturale Christi ingenium naturalemque evolutionem explicantur, quo pauciora spectantur, praesertim cum eorum genuinus sensus ac proinde eorum valor non possit strictissime aestimari,nisi relate ad totam Christi doctrinam seu authenticam hujus doctrinae synthesim : « bonum enim ex integra causa ».

Proinde, cum saepissime adversarii multa doctrinae puncta a Christo vere esse tradita pernegent, in multis casibus ex reliquis doctrinae punctis non poterit nisi infirmum argumentum erui.

Prob. II : neque ex doctrina ullius christianae sectae probari potest.

589. — (Ex dissidiis inter innumeras sectas). — A perfectione operis nequit probari perfectio opificis, donec constet utrum legitime necne opus opifici tribuatur ; a. antequam constet de « judice controversiarum » a Christo constituto, seu de aliquo infallibili magisterio, nunquam *sufficienter* constabit utrum ulla doctrinalis synthesis legitime Christo tribuatur ; e. antequam constet de aliquo infallibili magisterio, nunquam *sufficienter* poterit ex ullius doctrinalis synthesis perfectione perfectio Christi ac proinde divina ejus legatio probari.

Ad m. : ubi vel rei revelatae natura, vel revelationis obscuritas prudentem dubitandi rationem faciunt, per solum magisterium infallibile de

genuina revelationis interpretatione *sufficienter* constare potest ; non sufficit enim ut ostendatur quomodocumque hunc esse genuinum sensum verborum Christi, sed necesse est ut haec probatio satis evidens sit, ut argumentationi *certum* fundamentum praebeat ; a. quaedam sunt puncta ejusmodi ; e...

Res patebit exemplo dogmatum de praesentia reali Christi in eucharistia et de consubstantialitate personarum in Deo, de quibus tot sunt inter christianas sectas dissidia. Etenim ex una parte, ipsa singularitas seu enormitas rei sufficiens causa est, cur *videantur* prudenter verba evangelica alio sensu intelligenda esse ac catholico, ni infallibilis auctoritas testetur ea obvio sensu accipienda esse ; ex altera autem parte, falsitas hujus doctrinae argueret veram idololatriam in Ecclesia Romana. Ergo ante probatum infallibile magisterium, vel arguitur simpliciter ex synthesi doctrinali Romana ut legitima — tunc fit petitio principii, cum de hac legitimitate imprimis controvertatur — vel praevie probatur haec legitimitas, sed probatio mere critica adeo difficilis ac dubia manebit, ut argumentum ex hac synthesi ductum *apologetice* maneat aut prorsus aut fere inefficax.

Aliis verbis, *veritas missionis* Christi, in complexu notarum quae Christum tanquam Dei legatum designant, longe facilius dignosci potest, quam *vera interpretatio* doctrinae Christi ; velle ergo probare legationem per doctrinam est probare obscurum per obscurius ac naturalem ordinem pervertere juxta quem Deus providere debuit, ut per authenticum magisterium constaret de doctrina, non de magisterio per doctrinam.

Habet tamen doctrina, praeter valorem criterii negativi, n. 530, aliquam efficaciam ut criterium positivum, nempe :

Prob. III : potest divina Christi legatio ex ejus doctrina suaderi.

590. — (Ex intrinseca difficultate doctrinae speculativae et ethicae). — Eo magis suadetur Deum alicui doctori affuisse, quo magis manifestum fit eum doctorem plures veritates naturales pluresque eis probabilius consentientes easque perficientes docuisse ; a. possunt dari controversiae status in quibus plus minusve manifestum fit Christum docuisse... ; e...

Ad m. : nam quo accuratius spectantur variae philosophorum vel theologorum scholae, eo manifestius fit, ex lege ordinaria, hominem in agnoscenda ac retinenda veritate de rebus divinis ac moralibus parum omnino posse ; quae infirmitas facile explicatur ex natura harum veritatum ; cf. thesim de morali revelationis necessitate, n. 194.

Fusior evolutio hujus argumenti tradetur n. 648 sq.

Objectiones praecipuae (ex analogiis ethicis ac dogmaticis atque ex syncretismo) solventur n. 732 sq.

591. Scholion. *De usu transcendentiae doctrinalis.* — Licet propter rationes allatas vix unquam argumentum ex doctrinae transcendentia possit certitudinem gignere, in nullo tamen controversiae statu videtur prorsus omittendum. Quatenus enim probabile, alia saltem confirmat ac praesertim, quatenus voluntatem allicit specie boni ac pulchri, juvat saltem ut reliquorum vis libentius ac proinde penitius perspiciatur, n. 188.

Ad difficultates.

592. — Perrone[35], I, 92 sq.

Thes. LXIV. — I. Christi virtutes, praesertim collective ac comparative spectatae, plane mirabiles apparent ; II. proinde ejus expressum ac constans de proprie dicta revelatione testimonium humana fide dignum efficiunt, III. immo, quatenus miraculum morale arguunt, etiam divina.

593a. — Bossuet, Hist. univ., p. II, c. XIX. ed. Lachat, XXIV, 447 sq. ; de la Colombière, Serm. pour l'Ascension, ed. 1900, I, 383 sq. ; Pascal, Pensées, ed. Brunschvicg, n. 783 sq.; Duvoisin, Dém. évang., c. III, ap. M, Dém. évang., XIII, 788, sq.; Bougaud, Le christian. et les temps prés.[8], II, 588 sq. ; Hettinger, Apologie[3], II, 421 sq. ; A. Nicolas, Étud. philos. sur le christian. [26], IV, 26 sq. ; Lacordaire, Conf. de N.-D., 1846, XXXVII, XXXIX, XLIII, XLIV ; Félix, Conf. de N.-D., 1864, III, VI ; Monsabré, Conf. de N.-D., 1878, XXXIII, 1880, XLV... Meschler, trad. de la Chapelle, Jésus, Parisiis, 1910 ; Jacquier et Bourchany, La résurr. de J.-C. et les mir. évang., Parisiis, 1911, c. VIII, p. 271 sq... *Scholastice*, Van Noort, De vera relig., n. 80 sq. ; Ottiger, Theol. fund., I, 629 sq...

593b. — Praenot. : I. *Stat. quaest.* — Christi testimonium vide n. 520 sq.

1° *Quaeritur* quaenam certitudo erui possit ex ejus affirmatione, quoad existentiam revelationis (seu legationis) proprie dictae, n. 167. Respondetur : α. si spectatur ut assertio *hominis prudentis*, quanta virtute excelluerit, tantam fidem humanam promerebitur, p. II ; β. si ut *hominis a Deo approbati*, eatenus fide divina dignus erit, quatenus patuerit ejus moralem excellentiam sine miraculo explicari non posse ; γ. si ut *Dei incarnati*, pariter sentiendum est, sed haec consideratio non est hujus tractatus.

2° *Arguitur* ex virtutibus Christi *collective*, quia moralis perfectio secus aestimari nequit, et *comparative*, quia secus difficile cognosci potest quid vires humanae moraliter possint.

3° *Praescinditur* a doctrina Christi speculativa, supposita tamen thesi LV, n. 530.

594. — II. *Adversarii.* — Ad declinandum Christi testimonium triplex patet via : *a.* vel negandi *revelationis proprie dictae possibilitatem*, cf. n. 171 sq.; — *b.* vel negandi *Christi testimonium*, quatenus non ipse sibi messianicitatem vindicasset, cf. n. 516, 520 ; — *c.* vel negandi *hujus testimonii auctoritatem*, Christi virtutes sive negando, ut veteres Judaei et ethnici, sive minuendo, uti rationalistae, praesertim Renan, asserendo diversos esse sinceritatis gradus, Vie de Jésus[15], p. XXII sq. ; c. XV, p. 263, c. XVI, p. 276 sq. ; XXVIII, p. 467, vel evangelistas nonnullas Christi culpas dissimulasse, c. XXVIII, p. 474 etc.

595. — III. *Nota : a. dogmatice* : Christum fuisse sanctum, *de fide ; — b. critice :* p. I, II, *certae* ; p. III, saltem *probabilissima.*

Prob. I : Christus virtutibus plane mirabilibus ornatus est.

596. — 1° (Ex facto christiano). — Ille profecto tum collectione, tum

gradu virtutum excelluit, a quo orta est reformatio moralis omnium longe perfectissima atque efficacissima ; a... ; e...

2° (Ex analysi evangeliorum). — Singulariter excellit qui virtutes exhibet : *a.* omnes, *b.* in gradu eminenti, *c.* ad invicem debite ordinatas, *d.* adeo perfectas, ut ei connaturales videantur; a. ejusmodi sunt Christi virtutes; e...

Ad M. : virtutes enim eminentes etiam *sejunctim* rarae sunt, a fortiori *conjunctae,* praesertim ita *harmonice* ordinatae, maxime adeo *intimae.*

Ad m. : *a. Christus virtutes omnes exhibuit :*

textus vide apud Lesêtre, Clef des évang.[3], c. IX, p. 185 sq. ; Vigouroux[12], III, 374 sq. ;

b. virtutes excoluit in gradu eminenti :

sufficiat commemorasse *paupertatem,* usque ad realem privationem, cum omnium temporalium bonorum contemptu... — *constantiam,* non obstantibus praevisis persecutionibus, immo imminente etiam morte, Mt. XXVI, 64 ; Mc. XIV, 62 ; Lc. XXII, 66 — Mt. XXVII, 11 ; Mc. XV, 2 ; Lc. XXIII, 3... — *patientiam,* praesertim passionis tempore, sive respondeat, Lc. XXII, 67; Joa. XVIII, 23 ; sive taceat, Mt. XXVI, 63 ; Mc. XIV, 61 — Mt. XXVII, 14 ; Mc. XV, 5 — Lc. XXIII, 9 — tanquam ovis, Act. VIII, 32 — longe mirabilior silentio, quam stoici verborum fastu, Origen., Cels., VII, 53-56, M, 11, 1497 sq... — *humilitatem* erga Deum, uti servus, Joa. IV, 34; V, 19 ; VIII, 29 ; X, 18 ; cf. n. 378 *c* ; erga homines, uti servus servorum Dei, Mt. XX, 28 ; Joa. XIII, 1 sq... — *mansuetudinem,* erga infirmos... puerulos... afflictos, Lc. VII, 12 sq. ; XIX, 41 — Mt. XXIII, 37 sq. ; Lc. XIII, 34 sq. — Lc, XXIII, 28 sq... poenitentes, Lc. VII, 37 sq. ; XXII, 61 ; XXIII, 43... etiam erga inimicos, Mt. XXVI, 50 ; Lc. XXII, 48...et occisores, Lc. XXII, 51, pro quibus orat, Lc. XXIII, 34... — *obedientiam* usque ad crucem, cf. n. 378 *c*... — *charitatem* erga omnes homines, Joa. X, 16, usque ad mortem, Mt. XX, 28 ; Mc X, 45 ; Joa. XV, 13...—*pietatem* erga Patrem, etiam passionis calicem proferentem, Joa. XVIII, 11, etiam filium derelinquentem, Lc. XXIII, 46, ita ut « Dei paternitatem » revelasse dicatur...

c. eas virtutes recte ordinatas ostendit, i. e. in omnibus « medium virtutis » tenuit, (cf. S. Thom., I, II, q. LXIV), quin ulla alteri noceret, singulasque tanti fecit, quanti recta ratio exigit, ita ut pro fundamento affuerit humilitas, unde profluit obedientia, quae per amorem consummatur...

d. eas velut sibi connaturales exercuit, quia *constanter,* absque ullo pravi affectus indicio, ac *suaviter*...

3° (Ex comparatione). — Ille omnibus ethice antecellit qui omnibus praestat *a.* tum omnibus virtutum notis, *b.* tum originalitate...; a. Christus omnibus, praestat « virtutis typis » sive fictitiis (propositis a variis scholis) sive historicis... ; e...

Ad m. : *a. sub respectu perfectionis,* sufficit Christum conferre cum viris praecipue laudatis, quoad characteres supra enumeratos (arg. 2), advertendo praesertim ad ultimos *c, d* :

vide v. g. *de Socrate* Hettinger, Apologie[3], II, 460 sq. ; *de Mahumeto,* cf. L. Gautier, Étud. et controverses historiques, Parisiis,1866, p.121-135; Gondal, Islamisme et christian., Parisiis, 1906, p. 65 sq. ; *de Luthero,* cf. Bernard, Luther intime, Études, 1908, CXVII, 160 sq., 357 sq. ; 1904, C, 528 sq. ; *de Buddha,* Valensin, J.-C.et l'hist.comp. des relig., Parisiis, 1912, p. 82 sq. ; Oldenberg, trad. Foucher, Le Bouddha, Parisiis, 1903...

b. sub respectu originalitatis, sufficit advertere Christum nil accepisse a scholis ac, si quid accepit a V^e T^o, longe tamen praestare V^is T^i sanctis ; e contra, inde ab ejus ortu, omnes sanctos ab ejus exemplo pendere, immo etiam reformatores haereticos ac rationalistas.

Prob. II : inde Christi de se testimonium humana fide dignum est.

597. 1° (Directe, ex notione auctoritatis). — Ille prae omnibus humana fide dignus est, qui prae ceteris excellit omnibus virtutibus quae testibus auctoritatem conciliant ; a. Christus... ; e.

Ad m. : vide argumenta p. I^{ae}.

2° (Indirecte, exclusione aliarum hypothesium). — Vindicare sibi immediatam a Deo revelationem, specialissimam cum Deo relationem atque universalem missionem hominis est *a.* aut perversissime mendacis, *b.* aut insani vel inconscie decepti, *c.* aut veritatis vi convicti; a. nec *a,* nec *b*; e...

Ad M. : disjunctio est (generice saltem) adaequata ; scelus autem vel insania eo major esset, quo sublimior est missio.

Ad m. : *a. non ex mendacio* Christus loquitur; hypothesis enim *pugnat cum doctrina* quam professus est (non quatenus sibi contradiceret, sed quatenus iniquus sublimia ne intelligere quidem valet), *cum ejus agendi ratione,* adeo perfecta ac constanti, n. 596, 2°, *cum primorum discipulorum persuasione,* sive de hominis virtute, sive de ejus missione (ex impossibilitate socios tam familiares decipiendi, durante triennio, ac decipiendi adeo, ut mortem pro eo libenter subeant), n. 521.

b. non ex insania habituali, ut patet ; neque ex *accidentali* (seu per crises), nam qualis Christus apparet profecto damnasset quod tunc fecisset ac socii saltem de ejus charactere ac missione dubitassent ; neque ex *insania leni ac subconscia,* nam tanto minus aptus fuit ad communes illusiones, quanto magis excelluit supra communem conditionem humilitate, prudentia ac sui ipsius dominio.

c. ergo *ex certa scientia.*

3° (Speciatim ex facto et modo solemnis confessionis, tempore passionis).

Prob. III : immo Christi de se testimonium divina fide dignum est.

598. — (Ex notione miraculi moralis). — Ille fide divina credendus est, cui Deus ipse contulit excellentiam moralem *a.* persuadendis hominibus apprime aptam, *b.* per miraculum proprie dictum ; a... ; e...

Ad M. : nam ita Deus *positive* concurrit testimonio hominis,quod proinde fit infallibiliter verum, n. 185; tanto autem magis repugnat Deum ejusmodi errori positive concurrere, quanto manifestius praedicatio Christi, si falsa est, impia est.

Ad m. : *a. mira Christi sanctitas persuadendis hominibus aptissima erat,* tum quia ex genere suo virtus auctoritatem testi conciliat, n. 597. 1°, tum quia in specie, ubi de reformatione religiosa agitur, virtutes reformatorem plurimum commendant ut pietatis peritum ac Deo acceptum ; — *b sine miraculo explicari nequit,* non tantum quia comparative spectata omnibus praestat (hinc, si miraculum morale ullibi est, ibi agnoscendum est), n. 596, 3°, sed quia absolute spectata sanctitas adeo perfecta, constans, velut spontanea ac connaturalis, naturae vires excedere dicenda est.

599. — Coroll. : I. *De Christi divinitate.* - Adverte sanctitatem Christi idem suadere atque ejus thaumaturgicam potestatem ac propheticam scientiam ; nempe hae dotes omnes in eo adeo illimitatae simul ac conna-

turales apparent, ut mero homini vix competere posse intelligantur, egregie vero Deo incarnato, cf. n. 563.

II. *Rationalistarum astutia* stulta. — Ex dictis apparet, quam turpiter sibi contradicant qui, ne vesani neve partiales videantur, Christum extollunt, ejus autem de se ipso aut de Deo testimonium rejiciunt. Quanto enim magis eum laudibus efferunt, tanto minus eum aut mendacio, aut illusioni obnoxium sinunt.

Confer de Porphyrio et neoplatonicis S. August., De consens. evang., I, 7, 11 sq., M, 34, 1047 sq. ; De civ. Dei, XIX, 23, 2 sq., M, 41, 651 sq.

E recentioribus audi v. g. J. J. Rousseau : « Voyez les livres des philosophes avec toute leur pompe : qu'ils sont petits près de [l'Évangile] ! Se peut-il qu'un livre à la fois si sublime et si simple soit l'ouvrage des hommes ? Se peut-il que celui dont il fait l'histoire ne soit qu'un homme lui-même ? Est-ce là le ton d'un enthousiaste ou d'un ambitieux sectaire ? Quelle douceur, quelle pureté... quelle grâce... quelle élévation... quelle sagesse... quelle présence d'esprit... quel empire sur ses passions !... Si la vie et la mort de Socrate sont d'un sage, la vie et la mort de Jésus sont d'un Dieu. Dirons-nous que l'histoire de l'Évangile est inventée à plaisir ? Mon ami, ce n'est pas ainsi qu'on invente... Il serait plus inconcevable que quatre hommes d'accord eussent fabriqué ce livre, qu'il ne l'est qu'un seul en ait fourni le sujet. . L'Évangile a des caractères de vérité si grands, si frappants, si parfaitement inimitables, que l'inventeur en serait plus étonnant que le héros » ; Émile, l. IV, Œuvres, Parisiis, 1822, VII, 246 sq.

Pariter Renan : « Pour s'être fait adorer à ce point, il faut qu'il ait été adorable... La foi, l'enthousiasme, la constance de la première génération chrétienne ne s'expliquent qu'en supposant à l'origine de tout le mouvement un homme de proportions colossales » ; Vie de Jésus[15], c. XXVIII, p. 464. « Bien loin que Jésus ait été créé par ses disciples, Jésus se montre en tout supérieur à ses disciples... Les évangélistes eux-mêmes... sont si fort au-dessous de celui dont ils parlent, que sans cesse ils le défigurent, faute d'atteindre à sa hauteur », p. 466... « Tous les siècles proclameront qu'entre les fils des hommes, il n'en est pas de plus grand que Jésus », p. 475.

Alios vide apud Bougaud, Le christian. et les temps prés.[8], II, 598.

III. *De modo hanc thesim proponendi.* — Potest argui sejunctim ex virtute Christi vel ut eximia, n. 597, vel ut miraculosa, n. 598. Praeterea thesis vel integre vel partim aliis praeponi potest, quia nativa Christi effigies efficacius animos ad assentiendum alliciet, quam multa argumenta ; cf. n. 188, 529, 3°.

Ad difficultates.

600. — Van Noort, De vera relig., p. 112 in nota, p. 120.

Thes. LXV. — Religionis christianae divinitatem valde etiam suadent experientiae (lato sensu) mysticae I. tum fidelium, qui asserunt eo plenius sibi satisfactum, quo perfectius eam religionem « in spiritu et veritate » professi sunt, II. tum catechumenorum, qui hujus satisfactionis spem eo firmiorem concipiunt, quo magis juxta hanc normam vitam suam ordinare coeperunt.

601. Thesis, quatenus hujus criterii valorem affirmat, est corollarium thes. VI, n. 77, 81, 91 ; quatenus valorem ei vindicat suasivum tantum, consequentia est thes. XVI, n. 185 sq. Immo, ex ipso statu quaestionis in praesenti thesi, character relativus seu subjectivus experientiae internae manifestus est, cum easdem experientias sibi concedi asserant sectae christianae plurimae inter se adeo diversae.

Bibliogr. vide n. 675ª, 770ª, sed caute adverte ad statum quaestionis diversum diversamque argumentandi rationem, n. 772.

Thes. LXVI. — Spectatis proinde criteriis tum externis tum internis, divina Christi legatio certissima dicenda est.

S. Thom., CG, I, 6 ; Suarez, De fide, disp. IV, sect. 3, 4 : Valentia, De fide, q. 1, p. 4, 19 ; cf. auctores citatos n. 687ª, 785 ª.

602. – **Praenot.** I : *Status quaest* — Eruitur conclusio thesium LV-LXVI.

603. — II. *Recolitur totius demonstrationis processus.*

604. — III. *Nota : a. dogmatice, de fide* quoad rem ; *b. critice,* ex convergentia argumentorum *certissima.*

605. — **Probatur thesis.** — 1° (Ex miraculis certis). — Certo a Deo missus censendus est legatus quem miracula certa comprobant ; a. Christus approbatus est miraculis certis ; e...

Ad M. : Vide superius, n. 180 sq.

Ad m. : Miracula sunt tum physica (resurrectio Christi ejusque « signa »), tum psychologica (prophetiae evangelicae et messianicae, mira Pauli conversio), tum moralia (propagatio christianismi, martyrum constantia).

2° (Ex convergentia argumentorum). — Uti accuratius declarabitur infra, n. 692, validior etiam est probatio ex convergentia omnium indiciorum. Licet enim argumenta quaedam, sive ex natura sua, ut arg. ex experienta interna, sive ex difficultate miraculi apodictice probandi, ut arg. ex mira Christi sanctitate, non videantur probationem invictam praebere, conjunctim tamen sumpta, quatenus consentiunt cum indiciis reliquis, eorum vim confirmant atque ab eis confirmantur.

606. — **Coroll.** I. *Demonstrationis terminus.* — Ex dictis, sola Christi *legatio* invicte probata est, non *divinitas*, quanquam ex amplitudine ejus potestatis ac scientiae summopere suadetur, n. 563, 599. Immo absolute demonstraretur, si ostenderemus illum non semel divinitatem sibimet vindicasse. Sed de hac re in tract. *De Verbo incarn.*

Item nondum scimus quaenam sit doctrinae a Christo traditae legitima interpretatio, quinam ejus auctoritatis heres. Hoc tantum interim firmiter tenemus, ejus doctrinam, ubicumque reperiatur ac qualiscumque sit, certo veram ac divinam censendam esse.

607. — II. *Ecclesiae necessitas.* — Jam vero eo ipso liquet quot ac quanta nobis desint, ut vitam secundum Christi praecepta ordinare possimus : « Dñe, ad quem ibimus? » Joa., VI, 69. Inde opportunitas immo necessitas alicujus magisterii authentici, a quo « verba vitae aeternae » repetere possimus.

Providit Christus, vicariam sui Ecclesiam constituendo.

Vide tractatum *De Ecclesia.*

Tractatus III : De religione supernaturali.

(VIA ASCENDENTI.)

PROOEMIUM : TRACTATUS FINIS, FUNDAMENTUM, METHODUS.

608. — I. Finis hujus tractatus. — *a.* Duplex est : tum ut statuatur demonstrationis via, stricte quidem scientifica, sed simplicior atque omnibus accommodatior quam praecedens ; tum ut, probationem independentem tentando, praecedentem infirmemus aut invicte confirmemus.

b. Independentia quidem *absoluta* dari nequit. Etenim, cum inquiratur de religione positiva, prorsus indigemus : α. fundamento historico, β. consequenter critica historica (etiam quoad facta omnino coacva) *substantialiter* eadem (ut constet de factis qua sensibilibus), γ. principiis philosophicis iisdem (ut constet de factis qua divinis). Verum cum, propter documentorum naturam ac copiam, longe facilior sit critica inquisitio de tempore recenti ac de antiquo, *relativam* independentiam consequemur, si intra periodum omnino recentem nos continuerimus. Ita enim et facta materialia adaequate distincta erunt et difficultas methodi longe diversa.

c. Nil aliud sane requiritur, quam fundamentum historicum sufficiens ut *prudens judicium* de essentiali saltem religionis charactere efformari possit. Licet proinde considerare vel periodum unius aut alterius generationis humanae, i. e. ultimum circiter saeculum, vel ultima saecula inde a Reformatione. Prior quidem argumentandi modus legitimus est et in quibusdam adjunctis opportunus. Alter eo melior est, quod judicium quatuor saeculorum historia innixum securius est ac quod parallela evolutio Protestantismi et Catholicismi quaestionem propositam luculentius illustrabit.Reformatio enim idcirco prodiit ut genuinum Christianismum restauraret atque, inde ab ortu suo, illud imprimis Catholicismo exprobravit,quod moderni etiam in eo reprobant, nempe « principium auctoritatis ». Plerique tandem hodie consentiunt ex omnibus religionibus christianam, ex omnibus christianis alterutram eligendam esse, vel protestanticam vel catholicam.

d. Hinc, quemadmodum in tractatu praecedenti religionis christianae veritatem probavimus *ex transcendentia originis (via descendenti)*, in praesenti religionis catholicae veritatem demonstrabimus *ex ejus transcendentia actuali (via ascendenti)*, methodum a SS. Patribus insinuatam, a Card. Dechamps nuper renovatam, ad propositum scopum accommodaturi.

Mire sane consentient utrique tractatus, si postquam praecedens desiit concludendo de magisterii ecclesiastici morali necessitate, praesens concludere cogatur catholicae transcendentiae opificem imprimis esse Romanum magisterium.

609. — **II. Factum unde orditur demonstratio.** — Breviter exponitur « factum ecclesiasticum » seu Ecclesiae Romanae historia vel inde a Gallica Revolutione aut a Josephismo, vel inde a Reformatione, peculiariter advertendo his notis, quae hominem prudentem primo intuitu satis movent, scl.: α. *rationem agendi omnium aliarum vel religionum vel christianarum sectarum erga illam* (singulare enim nescio quid habere debet quae singulari prorsus modo ab omnibus respicitur) — β. *singularem ejus extensionem*, sive quoad fidelium numerum, sive quoad loca — γ. *singulares praerogativas quas (sive jure sive injuria) sola ferme audacter sibi vindicat*, v. g. originis stricte divinae, auctoritatis infallibilis.. — δ. *singularem vitalitatem*, sive in evangelizando, sive in condendis legibus dogmaticis aut disciplinaribus, sive in persecutionibus tolerandis. sive in justa a potestate civili independentia vindicanda.

610. — **III. Fundamentum philosophicum.** — **I. Religionis alicujus divinitas jure concludi potest ex ejus transcendentia actuali, II. ita ut, postquam de hoc morali miraculo constiterit, certum sit eam, saltem circa substantialia atque in primis de regula fidei, deceptam non esse.**

Praenot. : I. *Finis inquisitionis* est : *a.* ut stabiliatur novae demonstrationis ac totius tractatus fundamentum, *b.* ut novus processus ab historica inquisitione praecedentis tractatus nitide distinguatur.

611. — II. *Praesupposita philosophica.* — Eadem omnino sunt atque in via descendenti, n. 225. Utraque nimirum *logice* praerequirit omnes veritates religionis naturalis omniaque ejus praecepta sive absoluta sive hypothetica.

De facto tamen et *psychologice* rem spectando, ipsa transcendentia (materialiter sumpta ut factum prorsus singulare) occasio esse potest cur illae veritates primum agnoscantur, quemadmodum revelatio christiana vel portentum quodlibet occasio esse potest cur primum in Dei cognitionem veniatur.

612. III. *Notiones.* — 1°. *Transcendentia definitur :*

a prout criterium sumitur ex facto vel ex jure, α. *relative :* qualitas rei qua fit ut emineat supra reliquas ejusdem generis ; β. *absolute :* qualitas rei qua fit ut sit in se valde perfecta ;

ut patet, perfectio alicujus rei vix dignosci potest, nisi ex comparatione cum reliquis ejusdem speciei, sed haec comparatio potest esse plus minusve explicita, praevie requisita aut adhibita ut criterium quodammodo ultimum ;

b. prout consideratur differentia gradus vel speciei, α. *lato sensu* : rei alicujus perfectio eminentior (supériorité) ; β. *stricto sensu :* rei excellentia talis, ut non tantum gradu ab aliis ejusdem generis differat, sed specie (spécificité) ;

quia religio sive statice sive historice sumpta totum morale constituit ac primo et per se constat relationibus moralibus, perfectio hic spectatur moralis. Quae si fuerit *alius speciei* atque in reliquis religionibus, i. e. si *exceptio* legibus moralibus manifesta fuerit, patebit adesse *miraculum morale.*

2°. *Religionis divinitas intelligitur* α. *lato sensu* : qualitas qua apparet esse nunc Deo accepta (quatenus signa habet religionis verae) vel etiam a Deo

nunc assistente (quatenus aliquot perfectiones exhibet quae Providentiae concursum supponunt forte non miraculosum sed saltem intensum) ; β. *strictiori sensu :* qualitas qua originitus a Deo revelante constituta est.

3° *Transcendentia proinde distinguitur :*

a. a religionis divinitate (non quidem materialiter sed formaliter) ; nam transcendentia notat tantum singularitatem rei (supériorité ou spécificité), divinitas autem notat hujus singularitatis causam (Deum scl. assistentem aut revelantem).

Hinc transcendentia est objectum observationis (adverte tamen perfectionem ethicam vel dogmaticam... non posse aestimari sine criterio absoluto seu principio philosophico, n. 105 β). Divinitas est objectum deductionis philosophicae.

Duo ergo respectus nullomodo sunt permiscendi, tum ne animos a nobis avocemus, dum nimis probare velle videmur, tum ut intelligamus quare, probata transcendentia, remaneat locus disputationi ac fidei libertati.

b. a singularitate omnimoda seu unicitate, quae analogiam excluderet quamlibet sive in bonis sive in malis.

Dupliciter proinde errari potest, sive a fidelibus, dum negant tum de jure tum de facto religionem suam ullam similitudinem admittere cum falsis cultibus, quia certi sunt de ejus divinitate, sive ab infidelibus, dum nolunt eam religionem esse divinam quae in multis appareat aliis similis. v. g. Vacherot, La religion, Parisiis, 1869, p. 171 sq.

Communis erroris fons est praejudicium : rei divinae nil humani admisceri posse ; cf. de Broglie, Relig. et critique, p. 122 sq.

613. — IV. *Stat. quaest.* — *a.* Transcendentia hic et in thesibus sequentibus spectatur stricte dicta. De late dicta agemus in ultima thesi, n. 692. — *b.* Vindicatur ei vis probativa non respectiva sed absoluta seu scientifica, modo res non oratorio modo proponatur, sed critice, juxta processum in thesi sequenti definiendum.

614. — V. *Nota thesis.* — Datur ut *critice certa.* De quaestione dogmatica connexa, pauca in scholio, n. 618.

Prob. I : divinitas jure concludi potest ex transcendentia actuali.

615. — (Ex notione transcendentiae strictae). — Divinitas alicujus religionis jure concludi potest ex quolibet miraculo certo ; a. transcendentia stricte dicta... ; e..,

Ad M. : vide supra, n. 180 sq.

Ad m. : ex definitione. n. 612 — proinde potest negari *factum* (a posteriori), non *jus* (a priori), in quibusdam saltem adjunctis (exceptionis certae).

Prob. II : probata religionis divinitate, excluditur error substantialis.

616. — 1° (Ex notione miraculi moralis). — Existentiam alicujus entis seu operis explicari non posse sine Deo auctore ac simul ens seu opus idem admittere substantialem errorem (specul. vel practic.) repugnat ; a. error substantialis in religione probata ut divina importaret simul... ; e...

Ad M. : talis enim erroris Deus auctor dicendus esset ; dici autem non posset, si errores adessent tantum secundarii, vel per accidens, vel mere materiales, quos propter altius bonum tolerari liceret.

Ad m. : ex definitione transcendentiae stricte dictae, n. 612.

2°. (Ex notione perfectionis). — Quod perfectum est ab errore procedere

repugnat ; a. religionem adeo perfectam ut speciali titulo divina dicenda sit admittere substantialem errorem importaret... ; e...

Ad m. : nam α. vel perfectio de qua directe agitur respicit sive unice sive partim doctrinam speculativam : tunc adesset contradictio in terminis ; — β. vel pefectio illa respicit alia elementa religionis, sed cum (juridice et constitutive) primas partes in religione teneat dogma (quatenus fundamentum est ethicae, liturgiae totiusque disciplinae ac proinde causa intima illius perfectionis),impossibile est fructus optimos ex radice substantialiter corrupto procedere.

617. — N. B. : *a.* Transcendentia stricta, quam supponimus, longe diversa est ab interventu quodam miraculoso accidentali : hic *miraculam fit in religione* ; illic *religio ipsa miraculum est*, n. 612.

b. Errores *accidentales* non excludi, saltem necessario, concluditur tum ex natura religionis,quae exemptionem absolutam non exigit, tum ex natura interventus divini, qui,ut liber, potest ad certos effectus restringi, tum ex natura hominis, qui in multis semper deficit. A fortiori non sunt ejusmodi errores exclusi, si haec religio omnibus ac singulis actibus magisterii docentis infallibilitatem non vindicat.

c. Discrimen autem inter accidentale et substantiale statuendum est, ut illud supra statuimus, n. 260 : profecto substantiale est quod religio substantiale habet atque imprimis *regula fidei :* haec enim non unum aut alterum dogma respicit, sed *totius religiosae evolutionis principium.*

618. — Scholion : I. *De hujus methodi origine.* — *a.* Argumentatio ex facto Ecclesiae coaevae *adhibita est saepe a B. Augustino* ; v. g. in libro De utilitate credendi, M, 42, 65 sq. Totus est in demonstranda necessitate confidendi auctoritati prius probatae testis idonei, XI, 25, M, 42, 83 c ; cf. Retract., I, 14, M, 32, 606, ac proinde Ecclesiae catholicae « quae culmen auctoritatis obtinuit », De util. cred., XVI, 34, M, 42, 89 c. Saepe ergo illud principium inculcat : « Illi [apostoli] videbant caput [Christum] et credebant de corpore [scl. de futura Ecclesia] ; nos videmus corpus, credamus de capite », Serm. CCXLII, 12, M, 38, 1143 c...

Textus praecipuos collegit Card. Dechamps, Œuvr. compl., Mechliniae, XV, 328 sq.

b. Exculta est potissimum haec methodus a Card. Dechamps. Innixus his rationibus, quod via critica paucis obvia est et quod experientia docet perpaucos ea via ad Ecclesiam accedere. argumentationem ex facto Ecclesiae vocabat « methodum Providentiae », Œuvres, I, 14, 101 ; XVI, XIII...

Rem revocabat ad verificationem duorum factorum, alterum scl. internum (exspectationem auctoritatis alicujus divina nos edocentis), alterum externum (propositionem hujus magisterii divini in Ecclesia catholica). « Il n'y a que deux faits à vérifier, un en vous et un hors de vous ; ces deux faits se recherchent pour s'embrasser et de tous les deux le témoin, c'est vous-même » ; Œuvres, I, 16 sq ; III, XV ; IV, 320 sq...

Neque tamen viae descendentis, ut quidam volunt, theoreticum valorem ullo modo denegabat ; Œuvres, I, 83, 97 ; XV, 339 sq. ; XVI, 20, 97...

c. Praecipuae ejus ideae expressae sunt in Conc. Vaticano, Sess. III, c. III ; E, 1794 (1642) ; neque immerito laetabatur Cardinalis suam methodum ibi sancitam esse, Œuvres, I, XVII, 80 ; I, VII D ; XVI, 8 not. 1, 24...

Quaeri tamen potest utrum Vaticanum exhibuerit hanc viam ut *per se*, i. e. sejunctim ab aliis argumentis, sufficientem. Ratio dubitandi est quod nullibi sanciendae hujus methodi voluntas in Actis Concilii manifesta est. Affirmative tamen responderi potest : α. *ex textu*

« quin etiam », quae vox gradationem indicat ; proinde motivum praecipuum potest haberi ut sufficiens — item ex verbis « quin etiam Ecclesia per se ipsa », unde patet oppositio ad praecedentia argumenta — et ex sequentibus : « magnum quoddam et perpetuum est motivum credibilitatis et divinae suae legationis testimonium irrefragabile »; — β. *ex notis* quibus constare dicitur hoc testimonium, quae revera tot sunt miracula moralia ad probationem sufficientia.

d. Nos tamen a methodo C^his Dechamps aliquatenus recedimus.

Consentimus quidem : 1° quoad « *factum internum* », quatenus totus tractatus noster I, p. 28-43, ordinatus est in modum praeparationis moralis in eamque conclusionem desinit quam cardinalis maximi faciebat, scl. aliquam revelationem aliquando locum habuisse, n. 197 sq., 638 ; — 2° quoad « *factum externum* », quatenus ex Ecclesiae notis arguimus.

Dissentimus tamen : 1° *materialiter*, quatenus « factum ecclesiasticum » spectamus intra periodum longe breviorem, n. 608, 609 ; Cardinalis enim (ac Concil. Vaticanum) quaedam facta allegabat, quae quidem historice evidentia habebat, de facto autem sine difficili originum christianarum critica invicte probari nequeunt ; nos vero, ut ab ea independentes simus, n. 608, ejusmodi characteres non spectamus ut historice *verificatos*, sed tantum ut *affectatos*, n. 632 sq. ; — 2° *formaliter* seu quoad methodum, α. quatenus *methodum scientificam* urgemus ad transcendentiam sub unoquoque respectu aestimandam, n.620 sq.; β. quatenus transcendentiam stricte dictam maxime *ex convergentia* omnium characterum probare intendimus, n. 624, 625 *b*, 687 sq.

e. Concilium Vaticanum proinde nobis non suffragatur immediate, sed proportionate et implicite.

619. — II. *De habitudine hujus methodi ad difficultates criticas.* — Objici potest hac demonstrationis via difficultates historicas seu criticas sexcentas integras relinqui. Ita de Broglie, Correspondant, 1857, XLI, 391 sq.

Distinctione facta inter solutionem *directam* (ex ipsa critica) et *indirectam* (ex infallibilitate Ecclesiae aliunde probata), respondendum est insufficientem esse methodum quae difficultates intactas relinquit tum directe (in individuo, immediate), tum indirecte (in principio, mediate), minime vero quae saltem indirecte eas solvit, cf. n. 23 sq.

Proposita ergo solutione saltem generali et indirecta, dubium illogicam mentem vel infirmam voluntatem proderet ; Dechamps, Œuvres, XVI, 17 sq. Recte quidem Card. Newman advertit ex sexcentis difficultatibus ne unam quidem dubitandi rationem conflari; Apologia, Londini, 1890, p. 239 (Hist de mes opin. relig., 1886, p. 368 sq.) ; Confér. aux prot. et aux cath., Parisiis, 1850, p. 270 sq.

620. — IV. **Ordo criticus. — Ad transcendentiam stricte dictam demonstrandam haec probare oportet : I. valorem religionis intrinsecum seu absolutum, inde manifestum quod dogmata sive speculativa sive practica tuetur quae ratio naturalis docet, neque ulla superaddit nisi iis consona atque inter se cohaerentia ; II. valorem relativum talem, ut vel sola sit hujusmodi, vel similes aliae non sint, nisi dependenter ab ea ; III. ita quidem ut haec singularis conditio per causas naturales, saltem in complexu omnium ejus characterum, satis explicari nequeat.**

Suarez, De fide, disp. IV, sect 3, n. 2.

Praenot. : *Status quaestionis.* — *a.* Multi in hac re satis sibi fecisse videntur, si vivide et oratorio modo Ecclesiae catholicae excellentiam « cordi » fidelium proposuerint. Nos vero inquirimus qua via veram ac *scientificam demonstrationem* instaurare possimus, unde conclusio erui possit *non respective sed absolute valida.*

b. Altera inquisitionis difficultas in hoc est, quod post fidem, fideli

intrinsecus et experimentaliter eam percipiente, religionis verae excellentia luce lucidior apparet ; ante fidem vero, *velut extrinsecus et speculative tantum* aestimari potest, exceptis casibus ubi, per accidens, aliquis jam juxta mentem Ecclesiae vivit ac proinde ejus *anima* vivificari dici potest, licet extra ejus *corpus* versetur. Procurandum ergo nobis est, ut argumentationis nostrae vim judicemus *non in persona fidelis, sed infidelis.*

Prob. I : transcendentia importat veritates naturales servari neque ullas addi nisi prioribus consonas atque inter se cohaerentes.

621. - (Ex notione certitudinis criticae) — Excellentia certa probari nequit nisi vel ex motivis in se certis, vel ex convergentia rationum in se probabilium ; a. in re praesenti *a.* solum motivum certum est conformitas cum veritatibus naturaliter certis, *b.* sola motiva probabilia sunt elementorum additorum consonantia cum prioribus et cohaerentia inter se ; e...

Ad M. : Nullibi enim, ubi certitudo veri nominis quaeritur, *non spontanea sed critica,* sufficit gustus internus aut delectatio aesthetica, utpote res nimis relativa dispositionibus subjecti.

Ad m. : *a. Solum certum...* veritates enim naturales ex genere suo solae sunt nobis proportionatae ; — *b. sola probabilia...* sunt :

α. *consonantia cum veritatibus naturalibus,* nam de rebus nobis non proportionatis (sive relative, ut sunt mysteria late dicta, sive absolute, ut sunt mysteria stricte dicta) non possumus judicare nisi per analogiam earum quae nobis sunt proportionatae, v. g. si *formaliter* quadrant cum infinita Dei excellentia, cum ejus infinita incomprehensibilitate, brevi, si faciunt ut divinius de Deo sentiatur..., si *finaliter* competunt cum fine quem ratio naturalis Deo dignum ostendit, v. g. ut homo non tam erudiatur, quam sanctificetur, ut pietas non curiositas foveatur .. β. *cohaerentia inter se,* nam licet dogma falsum unum aut alterum veritatibus naturalibus additum possit per accidens videri cum eis sat consonum, aegre tamen consentiret cum reliquis doctrinis revelatis ac moraliter impossibile est multa additamenta falsa cohaerere *sub omni respectu* tum inter se tum cum veritatibus naturalibus ; nullum proinde majus esse potest veritatis indicium.

Prob. II. : religio stricte transcendens debet esse unica.

622. — (Ex notione transcendentiae strictae ut exceptionis). —Exceptio stricte dicta nulla est, ubi eadem qualitas communis est aut omnibus aut multis ; a ex definitione, n. 612, transcendentia stricte dicta importat...; e...

E contra exceptio integra manet, si qualitas seu excellentia non est in aliis nisi derivata ab uno eodemque fonte, seu *participative* in pluribus, *proprie* in uno.

Prob. III : transcendentia stricte dicta exigit causam suprahumanam.

623.— (Ex notione transcendentiae). — Haec assertio addit praecedenti causam exceptionis sufficientem non esse mere naturalem, sed est merum corollarium praecedentis, si exceptio revera talis est (ex hypothesi), ut leges naturae humanae servatae non sint.

624. — **Coroll.** : *Hinc ordo sequentium thesium.* Transcendentia probabitur :
1° *directe*, *a.* ex criteriis negativis : ex absentia erroris evidentis...
b. ex criteriis positivis : α. ex affectatis characteribus, β. ex excellentia ethica, γ. dogmatica, δ. disciplinari, ε. sociali, ζ. ex efficacia practica (sociali, ethica, psychologica).
2° *indirecte* : ex odio adversariorum.

625. — N. B. *a.* Post theses singulas necesse esset, ut probaremus spectatam excellentiam humanitus explicari non posse. Verum, cum haec probatio iisdem semper principiis nitatur ac saltem probabilissima dici possit,ex eo quod de facto religio catholica fere unica sit in unaquaque excellentiae linea, licet difficillimum sit divini interventus necessitatem in unoquoque casu evidenter demonstrare, melius erit, ostensa prius excellentia in unaquaque linea, in fine inquisitionis ostendere collectionem saltem vel plurium vel omnium harum notarum Dei interventum certo exigere.

b. Proinde *methodum praesentem (via ascendenti) probare tantum censemus in complexu omnium vel saltem plurium thesium sequentium.*

c. Cum fieri possit ut una aut altera, pro adjunctis, nimiam difficultatem pariat, uniuscujusque apologetae erit theses opportunas seligere, reliquas praeterire.

626. — **Scholion.** *De discrimine inter statum quaestionis praesentem et praecedentem,* n. 585. – *a.* In via descendenti, antequam constaret synthesim *catholicam* vere esse a Christo legato, tanquam opus ejus authenticum, petitionem principii admisissemus, si ex ejus transcendentia Christi legationem probare intendissemus. Porro ex solis punctis arguere nobis licuit quae passim ut indubie *christiana* agnoscuntur. *b.* Nunc vero, viam ascendentem secuti, possumus catholicam synthesim accipere *non ut legitimum quid* (de ejus enim origine inquiritur), sed *ut totum quid,* in sua individualitate nitide definitum, ut ex operis perfectione opificis transcendentiam, quicumque ille sit, dignoscere conemur.

Thes. LXVII. — Ecclesiae catholicae hodiernae transcendentia jam inde cernitur I. quod in authentica ejus constitutione nullus error manifestus apparet, sive speculativus, sive practicus, II. in aliis vero religionibus errores non pauci.

Suarez, De fide, disp. IV, sect. 4, n. 2 sq. ; Lessius, Quae fides et relig. sit capessenda, rat. 6 sq., M, Curs. theol., III, 814 sq., 834 sq.

627. — **Praenot.** : *Stat. quaestionis.* — *a.* Solam *authenticam Ecclesiae constitutionem* respiciendam dicimus, ut occurramus causae objectionum frequentissimae, E, 1797 (1645). — *b.* Errorem *manifestum* excludimus, proinde illum tantum qui veritati alicui naturali evidenter contradiceret, non obscuritates mysteriorum..., n. 621.

Prob. I : immunis est Ecclesia hodierna ab errore manifesto.

628. — 1° Ex consensu cum theodicaea et ethica naturali.
2° Expositione mysteriorum eorumque non-repugnantiae.

Prob. II : e contra in reliquis religionibus errores haud pauci.

629. — Si conferatur Ecclesia cum religionibus *polytheisticis,* liquet.

Si cum monotheisticis *non-christianis,* patet quoad Buddhismum (apud doctos pantheisticum, apud rudes polytheisticum) et quoad Mahumetismum (saltem ex errôribus circa mores).

Si cum *sectis christianis*, patet quoad multas sectas protestanticas, quae nituntur agnosticismo, indifferentismo dogmatico, aliquando pantheismo (uti liberales). Quoad reliquas, advertendum est eas eo magis cum Ecclesia catholica consentire, quo minus ab ethica et theodicaea naturali recedunt neque tot veritates retinere sine dependentia saltem probabili ab Ecclesia catholica, ut a communi antiquitus stirpe.

630. — **Scholion**. *De efficacia hujus theseos.* — *a.* Si spectatur tantum ut removens objectiones praevias, vim habet *criterii negativi.* — *b.* Si perpenditur (praesertim ex comparatione cum reliquis religionibus) difficultas vitandi erroris, vim habet *criterii positivi.* Per se ergo vis theseos magna est; per accidens sat debilis est, quia homines gravibus praejudiciis infecti graves etiam errores non sentiunt.

Thes. LXVIII. — Ecclesiae catholicae hodiernae transcendentia commendatur I. ex eo quod nullum characterem sibi non vindicat ex eis quos recta ratio apprehendit ut verae religionis proprios, II. sola quidem de facto, III. ac sola cohaerenter, IV. neque absque jure saltem probabili.

Suarez, Lessius, l. c. in thesi praeced.; Dechamps, Entretiens sur la démonstrat. cath. de la révél. chrét., Tornaci, 1857, (edit. Mechliniensis, Œuvres, I).

631. — **Praenot.**: I. *Recta ratio hic intelligitur : a. negative,* ea quae a praejudiciis libera est, *b. positive,* ea quae agnovit theses religionis naturalis (tract. I). Probatio sane eo facilior erit, quo plures hujus tractatus theses ratio admiserit, (secus enim characteres infra enumerandos non accipiet ut necessarios); potest tamen thesis variis adjunctis accommodari.

632. — II. *De characteribus religionis verae.* — *a. Assignari possunt :*

1. obscuritas dogmatica,
2. unitas doctrinalis (et exclusivismus),
3. professio cultus externa,
4. independentia a Statu,
5. catholicitas destinationis,
6. perpetuitas inde a creatione,
7. magisterium doctrinale,
8. origo divina.

b. Quidam sunt absolute certi, uti 1, 2, 3, 4, 5, quia profluunt ex natura veritatis aut religionis. Reliqui, 6, 7, 8, quatenus intelliguntur de religione revelata, eadem necessitate gaudent, qua theses de necessitate et existentia alicujus revelationis (indeterminatae), n. 194, 198 sq. Si habentur *moraliter certi,* omnis religio potest a limine rejici quae eos sibi non vindicat; si *summe probabiles aut probabiles tantum,* eorum saltem consideratio faciet, ut benignius judicetur religio quae eos exhibet.

c. Hic autem *spectari debent tantum ut affectati* (à titre de prétention nécessaire), ut vindicati *de facto* tantum, nam de vindicationis *jure* inquiritur. Sed quatenus haec vindicatio religionis mentem prodit, ex ea jam dignosci potest utrum ea religio spiritu Dei moveatur necne.

633. — III. *Thesis efficacia.* — Factum hujus vindicationis potest considerari : *a.* prout praesens tantum, tunc habet vim *criterii negativi ; b.* vel prout, spectatis legibus moralibus, difficillimum est a genuino religionis conceptu nullatenus deflectere ; tunc habet vim *criterii positivi ; c.* a fortiori, si haec vindicatio aestimatur ut probabiliter saltem legitima.

Prob. I : Ecclesia omnes characteres sibi vindicat religionis verae.

634. — Ratio religionis (positivae) verae importat omnes characteres supradictos ; a. Ecclesia catholica eos omnes sibi vindicat ; e. saltem non est evidenter falsa...

Ad M. : Explicantur characteres, juxta theses tract. I.

Ad consequentiam, cf. n. 633.

Prob. II : Ecclesia hos characteres sibi vindicat sola.

635. — Nimirum e religionibus quae ad Eccles. Romanam aliquatenus accedunt : *a.* Mahumetismus nonnullos characteres sibi non vindicat ; ceterum jam ex praecedenti thesi patet eum gravibus erroribus infectum esse ; — *b.* Protestantismus saepissime nullam stricte dictam revelationem admittit, n. 171 ; neque ullibi admittit magisterium proprie dictum, neque ullam unitatem doctrinalem habet ; Statui plerumque subjectus est, ejusque principium (liberi scl. examinis) eo tendit ut expellat omne mysterium ; — *c.* Anglicanismus eodem vergit ; — *d.* Ecclesia Graeca saltem non est a Statu independens, immo ejus magisterium adeo connivet protestantium vel rationalistarum placitis, ut merito de doctrinae unitate dubitare possis.

Prob. III : Ecclesia sola perfecte sibi constat.

636. — Admissa vel necessitate (morali) alicujus revelationis, n. 194, vel ejus existentia, n. 200, quam de facto religiones omnes profitentur, necessario nexu ex hac hypothesi sequuntur : *a.* necessitas independentiae a Statu ; *b.* necessitas alicujus magisterii, immo,si revelatio sit valde complexa, magisterii infallibilis ; *c.* necessitas unius criterii decretorii scl. traditionis ; *d.* necessitas progressus dogmatici explicativi ; a.sola Ecclesia Romana haec omnia profitetur ; e. sola sibi constat.

Ad M. : *a.* independentia requiritur, tum ratione religionis ut sic, quae altiorem finem habet, tum ratione revelationis, quae terrenae potestati subjici nequit... *b.* magisterium requiritur, eodem nempe titulo ac ipsamet revelatio ; secus enim recurrunt omnia individualismi incommoda... *c.* criterium traditionis requiritur, tum ex natura rei revelatae, quae in aeternum vera manet, tum ex natura magisterii humani (secluso miraculo) ; nam cum difficultates de mysteriis intrinsece solvi nequeant, ex sola nota extrinseca « praescriptionis » seu « traditionis » dirimi possunt... *d.* progressus explicativus requiritur ; secus enim aut stagnatio datur aut pax aequivocationibus nititur...

Ad m. : sola quidem haec profitetur Ecclesia, ut manifestum fit ex eo quod propterea maxime ab omnibus gravissime impugnatur. Ne Graecam quidem Ecclesiam in hoc sibi constare patet, ex eo quod ultra septem priora Concilia progressum explicativum non admittit.

Prob. IV : jure saltem probabili Ecclesia haec sibi vindicat.

637. — Res est evidens quoad characteres 1. 2. 3. 4... Quoad reliquos jus ejus saltem probabile fit : *a. ex assistentia Dei* vere probabili circa priora, i. e. α. jam ex eo quod fere sola nullum evidentem errorem docet, β. a fortiori in hoc spiritu Dei recta videtur, n. 632 *c*, quod omnes supradictos

characteres sola sibi vindicat, fortitudine quidem manifestiori quam ullibi ; — *b. ex natura hujus hypothesis*, scl. ex eo quod origo vere divina egregie explicaret quae de sola Ecclesia Romana superius sunt verificata.

Inde confidenter in inquisitione incoepta progrediendum est.

638. — **Scholion.** *De thesis utilitate.* — Thesis medium quendam gressum signat inter criteria negativa et positiva ; sed nullomodo necesse est ut hic gressus explicite signetur ; sufficiunt enim quae sequuntur : minus probat qui plus probat.

Proinde, quia characteres assignati, probatis thes. XVII et XVIII, menti recte dispositae obvii ac necessarii habebuntur, juverit in hoc demonstrationis stadio aliquandiu consisti, quia jam in hoc puncto Ecclesia omnibus manifeste antecellit.

Hunc sane controversiae statum supponit Card. Dechamps : « Qui ne *sent*... qu'en cherchant la vraie religion on cherche une chose toute faite et non une chose à faire ?... Toute la controverse religieuse se réduit pour l'homme de bonne foi à cette simple question : *Où parle-t-elle, cette voix de Dieu, où est-elle, cette autorité vivante chargée de l'éducation de la grande famille humaine ?* » I Entret., Œuvres, I, 41 sq. Ac postquam de sectis egit : « Il suffit de les entendre pour les condamner, quand on a déjà entendu ou que l'on entend après elles la grande voix dont elles n'ont jamais su que singer l'accent de puissance, d'unité et d'amour. Mais on peut être trompé, quand on n'entend qu'elles seules... » p. 74 sq.

Si quis aliter dispositus fuerit, characteres supradicti arbitrarie ac subdole electi aestimabuntur ; melius ergo thesis omittetur.

Thesis LXIX. — Ecclesiae catholicae hodiernae transcendentia probatur ex morali ejus doctrina, prout ethicam naturalem I. tum integram sancit ac genuinam exhibet, II. tum mire perficit, III. tum eo modo proponit qui ad praxim efficacius impellit, IV. dum simul hominum infirmitati prudentissime consulit.

639ª. — Suarez, De fide, disp. IV, sect. 3, n. 3 ; de Rhodes, De fide, disp. II, q. 2, sect. 4 ; Bellarmin (de erroribus sectarum), De notis Eccles., IV, 11 ; Bourdaloue, Sainteté et force de la loi chrét., dñica VI post Epiph. ; Paley (prot.), Preuv. évid. du christ., p. 11, c. 11, M, Dém. évang., XIV, 812 sq. ; Lacordaire, Confér. de N.-D., 1844 ; Gillet, O. P., La valeur éducative de la morale cath., Parisiis, 1911 ; de Ruville, La marque du véritable anneau, trad. Lapeyre, Parisiis, 1912 (i. e. de humilitate) ; Brugère, De vera relig[2]., p. 121 sq. ; Fénelon, Lettres sur la relig., lettre V.

639ᵇ. — **Praenot. I** : *Demonstrationis methodus.* — Critice rem spectando, una est methodus, quam supra perpendimus, n. 621 sq. Inde totius thesis ordo. Verum cum abstractae illae veritatis notae aegre a multis perspici possint, dum e contra praeceptorum sublimitas sensui morali recto obvia est ac certitudinem per se gignit saltem directam ac naturalem, n. 39, modus proponendi argumenta singulorum captui accommodandus est. Immo semper, una cum argumentis criticis, doctrinae pulchritudo illustranda est fusius ac vividius quam hic fieri vacat ac juvat.

640. — II. *Thesis momentum.* — 1° Multo majus est ac praecedentium thesium ; *a.* tum quia transitus fit a criteriis negativis vel quasi-negativis

ad stricte positiva ; *b.* tum quia tantus est morum in doctrinam influxus, ut ex disciplina morum possit fere certo concludi ad indolem dogmatum : id enim plerumque creditur quod amatur.

2° Valet thesis contra omnes religiones non christianas ; quoad christianas sectas, valet tantum contra eas quae vel aliquot praeceptis ab Ecclesia Romana differunt, vel praeceptorum quorundam sensu, n. 646 ; contra reliquas non valet nisi adjectis thesibus sequentibus, v.g. de efficacia practica seu de *sanctitate fidelium*, n. 671 sq. Hic respicitur tantum *sanctitas legis*.

Prob. I : transcendentia ex consensu singulari cum ethica naturali.

641. — Illa ethica vere transcendens est habenda quae legis naturalis praecepta exhibet *a. omnia*, *b. genuina*, *c.* et quidem *sola ;* a.ita ethica catholica ; e...

Ad M. : Probari potest tum ex difficultate rei *in se*, tum *comparative*.

Ad m. : *a.* Ecclesiam Romanam docere *omnia praecepta naturaliter certa* liquet expositione doctrinae catholicae de officiis erga Deum, erga proximum, erga seipsum.

b. Eam docere praecepta *omnia genuina* probatur ex eo quod retinet singulorum praeceptorum relativum seu proportionatum valorem omniumque rationalem inter se consensum, nimirum : α. *tanquam fundamentum* proponit humilitatem, quae immediate nititur in dogmate creationis ex nihilo ac proinde « pene una disciplina christiana est », S. August., Serm. CCCLI, n. 4, M, 39, 1538 sq. ; De civ. Dei, XIV, 13, 1, M, 41, 421 ; « omnium magistra virtutum », Cassian., Coll. XV, 7, M, 49, 1004 sq... — β. *tanquam actum primarium cultus* proponit obedientiam, quae immediate ex natura creaturae uti talis sequitur ac necessario ex humilitate efflorescit ; qua in re doctrinam evangelicam, n. 378 *c*, ut propriissimam sibi vindicat ; — γ. *tanquam terminum* ac finem indicat charitatem, quae est obedientia perfecta seu « legis plenitudo », Rom. XIII, 10, nam « pietas cultus Dei est, nec colitur ille nisi amando », S. August., Epist. CXL, 18, 45, M, 33, 557...

c. Quod *sola Ecclesia* haec praestet, probatur comparatione sectarum, nempe : α. *quoad fundamentum* errant quaecumque a dogmate creationis recedunt : ibi enim nulla stricta obligatio, ubi naturae identitas inter legislatorem ac legis subjectum, ut fit in pantheismo (buddhistarum, protest. liberalium...) — β. *quoad objectum* legis errant quaecumque actus malos imperant vel tolerant, ut philosophiae omnes antiquae (v. g. in Platonismo communismum feminarum... in Stoicismo suicidium, liceitatem luxuriae prudentis...), ut omnes cultus ethnici (prostitutiones sacras etc.), ut Mahumetismus... quaecumque item vel pronuntiant justificationem non a « justitia activa » pendere, sed a « fide passiva », uti Lutheranismus, vel negant amissibilem esse justificationem in electis, uti Calvinismus, vel asserunt religionem esse radicitus distinctam ab ethica, uti Schleiermacher ejusque schola et quicumque nunc pietatem cum mystica quadam experientia identificant etc. — γ. *quoad terminum*, mirum est amoris praecep-

tum a solo Christianismo inculcatum esse. Immo extra Catholicismum vix eam amoris legem illibatam reperies, tum quia Lutherus naturae corruptae amorem effectivum impossibilem ac inutilem docuit (Denifle, Luther u. Luthertum², p. 658 sq., 709 sq.), tum quia multi, ut diximus, pro amore effectivo affectivum ac passivum instaurant ac aestheticam religiositatem.

« Il n'y a que la religion chrétienne qui consiste dans l'amour de Dieu. Les autres religions ont consisté dans la crainte des dieux qu'on voulait apaiser et dans l'espérance de leurs bienfaits... La seule religion enseignée par J.-C. nous oblige à aimer Dieu plus que nous-mêmes et à ne nous aimer que pour l'amour de lui [Cave tamen a quietismo.]... Voilà ce que l'esprit de l'homme n'a pu inventer » ; Fénelon, Lettres sur la relig., V, p. 11.

Prob. II : ethica catholica naturalem complet ac perficit.

642. — Tanto magis elucet ethicae alicujus transcendentia, quanto magis naturalem non tantum integram sancit, sed mire complet ac perficit ; a. ita ethica catholica ; e...

Ad m. : *a.* Singulariter doctrina catholica *ethicam naturalem complet*, dum suadet actus virtutum heroicos (misericordiae, patientiae, charitatis...), vel dum consilia evangelica inculcat (castitatis, paupertatis, abnegationis), quae non tantum plus (materialiter) ab homine requirunt sed, quatenus evellunt vitiorum fomentum, via sunt ad virtutem perfectiorem, fatente primitus Luthero : « sunt quaedam viae et compendia facilius et felicius implendi mandati... facilius enim continet qui viduus aut virgo est » ; Contra Joh. Eccii judicium, art. VI, ed. Weimar., II, 644.

b. Immo *ethicam naturalem ad perfectionem adducit*, dum proponit in exemplum excellentissimum Christi typum vel, juxta Christi verbum, ipsammet Dei perfectionem, ut sint homines « perfecti sicut et Pater... caelestis », Mt. V, 48, sive moralis individualis spectetur, sive socialis : « Diligite inimicos vestros... ut sitis filii Patris... qui solem suum oriri facit super bonos et malos », Mt. V, 44 sq. ; « quandiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis » ; Mt. XXV, 40 sq.

Prob. III : manifestior transcendentia ex aptitudine ad eliciendam praxim.

643. — Excellentior est profecto ethica quae in se, velut in actu primo, habet unde efficacius ad virtutem impellat ; a. ita ethica Romana, nam prae ceteris :

a. vehementius timorem poenarum ac spem praemiorum inculcat ; etenim bonum vel malum promittit infinitum non tantum duratione, sed aliquomodo intensive, cum promittat possessionem vel privationem ipsius Dei ut ipse se ipso fruitur...

b. aptius hominem uti talem ad bonum hortatur, quia exemplum proponit non abstractum, ut stoici, sed concretum et in actibus Christi omnibus intelligibile (une morale en images) — non ab homine remotum, sed propter humanae naturae in Christo similitudinem omnino proximum ac plane congruum — non controversiae obnoxium, sed propter divinam Christi naturam auctoritate validissimum — non uti demortuae legis verba frigidum, sed eo vividius ad imitationem provocans, quod ex amore solo Christus munus assumpsit homines ad veram vitam tanquam fratres ad Deum

adducendi — tandem eo efficacius, quod continua abnegatione ac praesertim sua Passione Christus praestitit, « ut non modo illa faceret quibus ad sequendum Deum invitaremur, sed etiam illa pateretur, quibus a sequendo Deo deterrebamur » ; S. August., De util. cred., XV, 33, M, 42, 89 B.

Prob. IV : Ecclesia tamen hominum infirmitati consulit.

644. — Praestat etiam aliis disciplina quae non tantum idealem perfectionem proponit, sed humanae infirmitati aptius providet ; a. ; e...

Ad m. : Tripliciter praesertim succurrit :

α. *moderato usu rituum externorum* seu sacramentorum, quibus singulae vitae periodi consecrantur, homo sensibiliter eruditur ac sensibiliter certior fit de sua justificatione...

β. *moderata coercitione*, qua torpor excutitur, dum certus sacramentorum usus exigitur...

γ. *apto peccati remedio*, nempe auriculari confessione, de cujus utilitate multiplici cf. tract. *de Poenit.*

645. — **Coroll.** : I. *De efficacia hujus theseos.* — Adeo obvia est sensui morali, ut, si rite evolvatur, vix ulla hominem a praejudiciis vitiisque liberum aeque moveat.

Recte Fénelon : « Dites à l'homme le plus simple et le plus ignorant qu'il faut aimer Dieu, notre père... Cette parole entre d'abord dans son cœur, si l'orgueil et l'amour-propre ne le révoltent pas : il n'a aucun besoin de discussion pour sentir que voilà la religion tout entière. Or il ne trouve ce vrai culte que dans le christianisme. Ainsi il n'a ni à choisir ni à délibérer... Tout homme simple et droit ne peut s'arrêter que chez les chrétiens, puisqu'il ne peut trouver que chez eux le parfait amour. Dès qu'il le trouve là, il a trouvé tout et il sait bien qu'il ne lui reste rien à chercher... C'est en ce sens qu'il est vrai de dire qu'on trouve la vraie religion par le cœur et non par l'esprit. — Confiteor tibi, Pater, quia abscondisti haec a sapientibus... et revelasti ea parvulis, Mt. XI, 25 ; Lc. X, 21... » Lettres sur la relig., let. V.

Inde non parum illustratur psychologia conversionum, ubi Deus vere quaeritur « in spiritu et veritate ».

646. — II. *De connexione inter rem ethicam et dogmaticam.* — Cave tamen putes ethicam doctrinam posse a dogmatica separari ac proinde ethicam catholicam quasi communem esse omnibus christianis sectis : ***pro dogmatum enim natura mandatorum sensus ac vis immutatur.***

Res duplici exemplo patebit : *a.* divinitas Christi, prout stricte intelligitur (ex consubstantialitate) vel late (metaphorica, adoptiva...) facit ut ejus exemplum absolute valeat, tanquam lex suprema, vel relative tantum, ac proinde ad imitandum provocet vel incarnati Dei amore, vel admiratione plus minusve platonica... *b.* dogma creationis, quatenus solum absolutam Dei legislatoris auctoritatem fundat, prout adest vel abest, facit : α. ut ethica christiana lex sit absolute obligans vel mera convenientia, β. consequenter ut stricta obedientiae notio ac simul summum amoris obsequium (quod totum est in perfecta propriae voluntatis abnegatione) in religione adsit vel absit : « Quand il n'y aura plus d'autorité debout, si ce n'est la conscience personnelle de chacun, quand l'homme en un mot, ayant déchiré tous les voiles et pénétré tous les mystères, contemplera face à face le Dieu auquel il aspire, ne se trouvera-t-il pas que ce Dieu n'est autre chose que l'homme lui-même, la conscience et la raison de l'humanité personnifiées, et la religion, sous prétexte de devenir plus religieuse, n'aura-t-elle pas cessé d'exister... Qu'on y prenne garde : l'avenir du christianisme est tout entier dans la solution de cette difficulté » ; E. Schérer, R2M, 1861, XXXIII, 424.

Vides ergo quid christiani supersit apud protestantes « liberales », immo quid religiosi.

Ad difficultates.

647. — Perrone[55], I, 92 sq.

Thes. LXX. – Ecclesiae hodiernae transcendentia elucet etiam in re dogmatica, ex eo quod docet : I. tum omnes omnino veritates quas ratio naturalis demonstrat, II. tum mysteria quae praedicta dogmata singulariter confirmant, III. miro modo inter se cohaerent, IV. ac pietati egregie favent, V. reliquis religionibus longe aliter docentibus.

648[a]. — Lacordaire, Confér. de 1843 ; Monsabré, Conf. convent. (XXXVIII), IV, 261 sq. ; de Broglie, Les fondements intell. (VI sq.), p. 159 sq. ; Brugère, De vera relig.[2], p. 112 sq.

648[b] — **Praenot.** : I. *Demonstrationis methodus.* — Eadem erit ac supra, iisdem de causis, n. 620 sq. — Cum in re dogmatica duo possint spectari, excellentia doctrinae et excellentia modi quo traditur, primum perpendemus in thesi praesenti, alterum in sequenti.

649. — II. *Synthesis catholica.* — Dilucide proponitur a D° Brugère, p. 112 :

« 1°. — *Quoad Deum,* [Ecclesia cathol.] confirmat naturae divinae *unitatem* ; — addit vero personarum *trinitatem.*

2°. — *Quoad mundi et hominis originem,* confirmat mundi *creationem ex nihilo* itemque animae humanae *spiritualitatem, libertatem, immortalitatem ;* — addit autem *angelorum* creationem ; addit praesertim hominum, sicut et angelorum, *vocationem supernaturalem* et *lapsum* atque inde totius generis humani praesentem conditionem repetit.

3°. — *Quoad generis humani reparationem,* hic silente penitus philosophia, dogmatica nostra pandit quasi cor totius Christianismi, in illa nempe reparationis humanae oeconomia quae ab *Incarnatione* proficiscitur, in *Redemptione* explicatur, in *Eucharistia* consummatur.

4°. — *Quoad nostrum finem,* confirmat existentiam *praemiorum* ac *poenarum post hanc vitam* ; — insuper autem... *poenarum non secus ac praemiorum aeternitatem* declarat ; addit et dogmata [*visionis intuitivae*], *purgatorii, communionis sanctorum* et *resurrectionis finalis* ».

Prob. I. : Ecclesia omnes omnino veritates naturales docet.

650. — *Res* patet ex dictis, *causa* ex dogmate de rationis valore ejusque ad fidem relatione, n. 54, 57, *effectus,* quem multi nobis invident, ex quotidiana experientia.

Nimirum, ut ait S. Thomas : « nullus philosophorum, ante adventum Christi, cum toto suo conatu, potuit tantum scire de Deo et de necessariis ad vitam aeternam, quantum, post adventum Christi, scit una vetula per fidem » ; Opusc. VII, in Symbol, a. 1, ed. Parm., XVI, 135. — Inde etiam notissima verba Th[i]. Jouffroy : « Voulez-vous un exemple de la portée et de l'étendue d'une grande religion ?... Il y a un petit livre qu'on fait apprendre aux enfants... Demandez au chrétien d'où vient l'espèce humaine, il le sait ; où elle va, il le sait ; comment elle va, il le sait. Demandez à ce pauvre enfant, qui de sa vie n'y a songé, pourquoi il est ici-bas et ce qu'il deviendra après sa mort, il vous fera une réponse sublime, qu'il ne comprendra pas, mais qui n'en est pas moins admirable... Voilà ce que j'appelle une grande religion : je la reconnais à ce signe qu'elle ne laisse sans réponse aucune des questions qui intéressent l'humanité... » Mélanges philos.[2], (leçon de 1830), p. 424 sq.

Prob. II : fides catholica veritates naturales singulariter confirmat.

651. — Sufficit inspicere brevem synopsim, n. 649, ac perpendere quantum dogmata addita congruant cum veritatibus naturalibus, v. g. α. *cum*

attributis Dei : cum infinitate consentit actus immanens suo principio adaequatus seu generatio Filii et Trinitas personarum..., cum amore elevatio ad ordinem supernaturalem, incarnatio, reparatio, adoptio, eucharistia, visio beatifica.... cum sanctitate aeternitas poenarum, purgatorium, immaculata conceptio B. V... — β. *cum natura intellectuali hominis* : cum infinitate (relativa) intellectus et appetitus humani consentit dogma visionis intuitivae et unionis cum Deo perfectae...

Hic sane consensus non est veritatis *demonstratio* sed *indicium*, n. 621 β.

Spectari pariter potest quantum ea dogmata illustrent aenigmata quae supersunt in rebus humanis.

Prob. III : dogmata catholica miro modo inter se cohaerent.

652. — Hujus criterii *valorem* explicuimus in prooemio, n. 621.

Ad factum quod spectat, sufficit advertere v. g. quomodo cohaereant *inter se ratione infinitatis* : infinitas peccati, infinitas reparationis, infinitas damni... — *ratione amoris :* amor in elevando, in reparando, in juvando (eucharistia), in consummando (visio beat.), ubique prodigus ac soli creaturae proficuus.

Prob. IV : dogmata catholica pietati egregie favent.

653. — Excellit nimirum doctrina quae *a.* nil proponit quod otiosam curiositatem fovere possit, *b.* sed e contra abunde praestat quae pietati favent, *c.* eoque modo quo omnibus piis obvia sint ; a.; e...

Ad M. : Etenim, ad finem ultimum non refert quantum scias, sed quantum diligas ; proinde cum multa sint ad amorem parum conducentia, aut quae speculandi cupiditate actionem praepedirent potius quam juvarent, *prudentia* exigit ut ea tantum revelentur quae pietati prosunt et *bonitas* ut eadem ad captum omnium piorum accommodentur.

Ad m.: *a. Nil proponit quod meram curiositatem foveat*,nam dum ethnicarum religionum dogmata cosmologica fuerunt potius quam theologica, « quibus explicatis... rerum magis natura cognoscitur quam deorum », Cicero, De nat. deor., I, 43, doctrina catholica mundum tradit disputationi physicorum atque etiam de Deo plurima se ignorare profitetur, cf. A. Nicolas, Étud. sur le christ.[16], II, 367 sq. 387

b. Ea autem quae fidei proponit pietatem egregie fovent, v. g. *dogma Trinitatis* facit ut incomprehensibilem Dei naturam humillime revereamur ac semper de trium personarum circa nos providentia certi simus ; item *promissum praemium*, nempe ipsius Dei participatio, incitamentum virtutis praebet maximum ; *stupendus Dei amor* in incarnatione, in passione, in eucharistia, in missione Spiritus Sancti hominis amorem strenuissime provocat... Proinde cum spes et amor duo sint actionis stimuli, spectata hac doctrina, vix fieri posse dices ut, impositis fidei dogmatibus adeo paucis, pietas in Deum efficacius promoveatur.

c. Omnia tandem omnibus, etiam rudibus, intelligibilia proponit. Licet enim technicam terminologiam adhibeat, ubi cum dialecticis ac philosophis agit, sermonem vulgi in usum communem retinet, sive in Symbolo, sive in Catechismo, evangelicamque simplicitatem. Vide verba D[i] Jouffroy, n. 650.

Sive ergo *in his quae tacet,* sive *in his quae docet,* sive *in docendi modo,* Ecclesia prudentiam prae se fert egregiam, plus quam humanam.

Prob. V : **religiones reliquae in hac re longe a Romana discrepant.**

654. — Etenim *a.* si Graecam Ecclesiam excipias, aut *absurda reperies,* ut in polytheismo et Mahumetismo, aut eandem doctrinam ac Romanam, sed *truncatam, mutilam, quandoque penitus vitiatam,* ut in Judaismo et Protestantismo...

b. Immo, spectata evolutione praesenti, ceteroquin plane necessaria, n. 78 sq.,sive religionum a-christianarum,sive christianarum quae « auctoritatis principium » rejecerunt, ut ecclesia Lutherana, Calviniana, Anglicana... aut quae magisterium independens a Statu atque infallibile non retinuerunt, ut ecclesiae orientales schismaticae, vix *ullam doctrinam firmam ac definitam haberi animadvertes,* adeo ut de formula fidei nullus sit consensus.Vide etiam de Ecclesia Russiaca,de Maistre,Du Pape, l. IV, c. I, II, Œuvres, Parisiis, 1884, II, 445 sq. ; Lettre à une dame russe, VIII, 150 sq. ; Quatre chap. sur la Russie, c. III, VIII, 309 sq.

c. Consequenter *mirus fit dissensus,* quoad dogmaticarum formularum sensum, inter rudes et doctos ac *religio vergit in intellectualem aristocratiam genuinae pietati exitiosam ;* cf. de Ruville, Retour à la S^te^ Eglise, Parisiis, 1911, p. XVI sq., 42 sq., 188 sq.

655. — Coroll. : *De suffragio doctorum.* - Ex dictis explicatur cur tot eruditi sublimiorisque ingenii viri in catholicam fidem profitendam consenserint ac vicissim ex hoc facto, tanquam ex affectu ad causam, optimum argumentum erui potest ; cf. Lodiel, Nos raisons de croire,Parisiis, [1895], c. VI, p. 539-581.

656. Scholion : *De duplici usu transcendentiae doctrinalis.* — Ne contradictionem adesse putes inter thes. LXIII, n. 585 sq. et praesentem, caute advertas ad diversum utrinque controversiae statum.

a. In methodo descendenti dicitur : « *haec* doctrinalis synthesis transcendens est (ac revera saepe vel maturius vel praepostere res asseritur, n. 589), ergo *Christus* est divinus legatus ». Syllogismus revera non valet nisi hypothetice, scl. si synthesis haec veram Christi doctrinam exhibet, qua de re haud immerito controvertitur, n. 589. — *b.* In methodo ascendenti accipitur Ecclesiae catholicae doctrina ut authentica doctrina *hujus* ecclesiae ac dicitur : « haec synthesis est transcendens ; ergo haec ecclesia divina est, proinde credenda est, si solemni modo profitetur hanc doctrinam esse Christi ».

In priori casu fit transitus arbitrarius ab *hac* doctrina ad *Christum ;* in altero transitus fit mediante *divina Ecclesiae auctoritate.*

Thes. LXXI. — Ecclesiae catholicae hodiernae transcendentia probatur etiam ex eo quod authentica ejus constitutio mira harmonia respondet necessitatibus I. tum individui, II. tum societatis.

657^a^. — A. Nicolas, Étud. philos.^26^, IV, c. VII, p. 494 sq. ; Du protestantisme et de toutes les hérésies dans leur rapport avec le socialisme^5^, 2 in-8°, Parisiis ; Perrone, Le protest. et la règle de foi. 3 in-8°, Parisiis, 1854 ; J. Balmès, Le protest. comparé au cathol., 3 in-8°, Parisiis, 1842-44 ; F. Martin, De l'avenir du prot. et du cathol., Parisiis, 1869 ; Lacordaire, Confér. de N.-D., 1845 ; Félix, S. J., Confér. de N.-D., speciatim. 1856, 4^a^ ; 1858, 1^a^ ; 1859, 1^a^, 2^a^, 3^a^ : 1862, integr... ; Christianisme et socialisme, Parisiis, 1879...

657b. — **Praenot.** : I. *Discrimen thesis praesentis a praecedentibus.* — Theses praecedentes elementa Ecclesiae spectabant sejunctim et relate ad unum alterumve respectum activitatis humanae ; praesens thesis ea spectat conjunctim, prout respiciunt tum integram hominis activitatem, tum societatis humanae utilitatem.

658. — II. *Ecclesiae constitutio hic intelligitur :* complexus legum quibus interne ordinatur et ab omnibus aliis societatibus distinguitur. Eadem dici potest, prout individuum respicit ad finem suum perducendum, *Ecclesiae paedagogia.* Complectitur : *a.* veritates speculativas (la dogmatique), — *b.* praecepta ethica (la morale ou l'ascèse), *c* ritus (la liturgie), — *d.* relationes quibus singulae ecclesiae partes hierarchice definiuntur (le droit canon).

659. — III. *Harmonia cum natura definitur.* — Omnis harmonia res est relativa ; ergo tantum probat quantum valet criterium ad eam aestimandam adhibitum. Ita nec concordia cum aliqua hominis facultate, nec congruentia cum aliquo statu sociali absolutam alicujus religionis veritatem probant, nisi prius probaveris vel hunc facultatis usum vel hunc societatis statum esse absolute legitimum aut necessarium. Ergo, ut ex praesenti thesi veritas absoluta catholicae constitutionis probari possit, praesupponendae sunt omnino theses de ultimo fine (naturali) tum individui, tum societatum. His positis, *harmonia cum bono individui* ea est quae respondet naturae hominis prout est non in termino sed in via ; non est ergo adaequata hominis satisfactio, sed connaturalis ac perfecta manuductio quae singulas facultates ad finem ultimum adjuvet ; — *b. harmonia cum bono societatis* ea est non quae spectat finem temporalem exclusive, immo nec praecisive, sed prout rite conducit ad finem ultimum, procurando ut hominis facultates rite evolvantur ac recte exerceri possint.

660. — IV. *Probationis methodus et efficacia :* Methodus semper eadem adhibenda est, iisdem de causis, n. 620 sq. Probationis autem momentum eo majus est, quo perfectio rarior est in synthesi omnium elementorum, quam in uno aut altero.

Prob. I : Ecclesiae constitutio individui necessitatibus mire respondet.

661. — (Ex analysi paedagogiae perfectae). — Excellit inter omnes paedagogia quae *a.* debitam facultatum subordinationem servat, *b.* omnes facultates excolit, *c.* coactionem adhibet, *d.* ita tamen ut auctoritatis usus libertatem non perimat ; a. ejusmodi est ratio agendi Ecclesiae Romanae erga individuum ; e...

Ad M. : Ita enim duplicem perfectionem manifestat : 1° his quae imponit, procurat ut hominis educatio sit α. normalis, β. integra, γ. efficax 2° in moderatione quam servat, ostendit prudentiam longe difficiliorem et credibile reddit id quod asserit, scl. se exigere tantum quantum Deus exigendum praescripsit. Omnis enim auctoritas mere humana ad usurpationem prona est.

Ad m. : *a. debitam facultatum hierarchiam servat,* α. quatenus rejicit

omnes doctrinas quae rationis primatum tollunt (agnosticismum, fideismum, sentimentalismum, illuminismum), quae hodiedum fere ubique vigent, n. 71, et quidem ex evolutione fere necessaria, n. 78 sq. — β. quatenus omnem doctrinam condemnat quae naturam essentialiter vitiatam pronuntiat, uti Lutheranismus et Calvinismus, cf. Huby, Christus[6], p. 1002.

b. *omnes facultates excolit*, quatenus sola exhibet *doctrinam (speculativam simul et ethicam) stricte definitam*, qua intellectum efformet, *ascesim* seu mortificationis regulas, quibus voluntatem ac sensus exerceat, *liturgiam*, qua actus externos regat ac per eos etiam internos dirigat, S. Thom., C.G., III, 119. Brevi sola, ut totum hominem efformet, singulas facultates erudiendas esse intellexit, Rev. Phil., 1912, p. 489 sq. Revera aliquatenus ei similes sunt in hac re (propter communem originem) Ecclesia Graeca, religio Judaïca et Mahumetica, sed gradu saltem Ecclesia Romana eminere videtur. E contra Protestantismus nec doctrinam habet firmam, neque ascesim, nec cultum externum congruenter evolutum.

c. coactione seu auctoritate utitur, adeo ut inter omnes religiones (una cum Eccl. Graeca) magisterium habeat perfecte constitutum, ac sola fere « principium auctoritatis » contra « principium autonomiae », vel « liberi examinis » efficaciter defendat. Magisterium autem auctoritativum aeque necesse esse ac ipsammet revelationem supra indicatum est, n 201; fusius probabitur in tract. *De Ecclesia*, ac sufficienter demonstratum habetur ex incredibili confusione dogmatum, ubi viget liberi examinis regula, cf. declarationes Protestantium, n. 80.

d. moderate tamen auctoritatem invocat, quatenus nullomodo jus sibi arrogat aut revelationes novas imponendi, aut dirimendi per revelationes supernaturales novas quaestiones dogmaticas — hoc enim facile hominis activitatem perimeret — neque jus sibi vindicat novas revelationes privatas excludendi, sed tantummodo eas verificandi. ita ut deceptiones amoveat, Dei vero speciales liberalitates revereatur, AA, I, 1181.

Prob. II : Ecclesiae constitutio societatum necessitatibus mire respondet.

662. — N B. Quo magis pateat catholicismi transcendentia, triplici stadio probationem absolvemus, ostendendo 1° societati perutilem esse in genere *religionem*, 2° ex omnibus religionibus potissimum societati favere *christianam*, 3° ex omnibus religionibus christianis maxime favere *catholicam*.

663. — 1. *Perutilis est societati religio.* — Perutile est societati quod ejus *a.* ordini *b.* ejusque progressui consulit ; a. nil hoc magis praestat quam religio ; e...

Ad m. : *a. ordini consulit* multipliciter : α. *perfectius eum describit*, quatenus non determinat tantum officia justitiae (commutat., distrib., legal., vindic.) sed etiam officia moralitatis (nec tantum quoad actus externos, sed etiam quoad actus internos, quos nisi prohibueris, neque externos de medio tolles), speciatim officia charitatis, quae societas praescribere nequit, licet maxime faciant ad bonum commune. — β. *efficacius sancit* eum ordinem,

quatenus auctoritati humanae divinam ac proinde absolutam addit ac praesentis vitae poenis sanctionem vitae futurae...

b. progressui consulit, quatenus religio praecipue excolit quod est in ente sociali praecipuum (le capital-âme), efficacius quidem ac causa quaelibet, quia sola habet extra mundum tum fundamentum auctoritatis suae, tum terminum idealem evolutionis (un point d'appui hors du présent et du contingent et un idéal infini ou au moins supérieur).

664. — 2. *Ex omnibus religionibus potissimum societati favet christiana.* — Potissimum nempe societati favet religio quae *a.* de facto, ubique conjuncta est cum cultura ac civilisatione perfectiore, — *b.* de jure, apta est ad ordinem progressumque socialem perfectius procurandum ; a. christiana religio ejusmodi est ; e...

Ad m. : *quoad factum*, sufficit respicere ad societates coaevas.

Egregie de hac re, A. Nicolas, Étud. philos.[26], IV, 515, 518 sq. ; H. Taine, Régime moderne, II, 112 sq., 117 sq. ; Guizot : « Le christianisme a fait deux choses également grandes et nouvelles. Il a placé la simple qualité d'homme en dehors et au-dessus de toute circonstance accidentelle et locale, en dehors et au-dessus de la nationalité comme de la condition sociale.. C'est au nom de la foi et de la loi chrétiennes qu'est né, dans la chrétienté, le droit des gens », L'Égl. et la société chrét.[5], c. XIV, p. 102 sq. ; cf. Le Play...

b. quoad jus, scl. ut probetur hanc prosperitatem genuinum esse effectum « fermenti christiani », sufficit advertere principia christiana tum ordini, tum progressui procurando aptiora esse : α. *ordini* quidem, nam leges morales in christianismo strictiores sunt, immo perficiuntur consiliis evangelicis, officia autem charitatis quodammodo aequiparantur officiis erga Deum. Hinc mira efficacia socialis. Harnack, Essence du Christ., c. V, p. 82 sq. — β. *progressui* melius favet, quatenus dogmata de anima humana (prout est ad imaginem Dei), de adoptione divina (unde homo filius Dei), de Deo (ut infinito), efficacius tuentur quae necessaria sunt progressui sociali, v. g. humanae personae dignitatem, conscientiae libertatem, notionem juris sive individuorum sive gentium, verae fraternitatis conceptum.., ideale infinitum.

665. — 3° *Ex omnibus religionibus christianis societati maxime favet catholica.* — Sola enim servare atque efficaciter tueri potest « fermenti christiani » vim genuinam, seu ea quae tum ordini, tum progressui conducunt in religione christiana ; nimirum :

a. quoad ordinem sufficit advertere eam solam retinere α. *principium auctoritatis* (una cum Eccl. Graeca), quo solo potest efficaciter defendere valorem normativum Evangelii (i. e. textus integritatem, sensus genuinitatem) ; secluso enim magisterio authentico Evangelium potest ad omnia detorqueri, v. g. ad socialismum et communismum, uti factum est...— β. *independentiam a Statu*, (exclusa Eccl. Graeca), qua independentia sublata nequit sufficienter neque dogmata necessaria praedicare ; cf. Guizot, apud A. Nicolas, Étud. phil.[26], IV, 504, not. ; de Ecclesia Graeca, Schouvaloff, Ma conversion, Parisiis, 1859, p. 443 sq.

b. quoad progressum, advertas etiam eam solam ejus causas efficaciter tueri posse quae sola evangelium integre servare potest, ac praeterea eam

solam, exclusa Eccl. Graeca, *apte conciliare principium auctoritatis cum principio libertatis*, dum vim normativam Evangelii retinet, sed simul progressum explicativum admittit (in omni linea), illud tantum professa : nullum progressum dari posse nisi in identitate substantiali, seu « fermentum christianum » vim suam exserere non posse, si in aliud mutetur, ut fit in Protestantismo, aut indebite coarctetur, ut fit in Ecclesia Graeca.

666. Coroll. I. *De catholicismo ut religione perfecta.* — Ex dictis concludes omnia religionis elementa in solo catholicismo *ad perfectionem adducta* esse ac *cohaerenter* inter se sociata.

Inde eum vocat J. Simon : « religion complète, où tout est caractérisé avec vigueur », Relig. naturelle[8], p. IV, c. II, p. 388. Idem de cultu externo : « Il est difficile de ne pas oublier Dieu partout ailleurs ; et il est difficile, dans une chapelle catholique, de ne pas s'en souvenir », p. 366.

Protestantismi ac catholicismi indolem hoc modo describit : « On peut dire que le protestantisme, sous ses diverses formes, est une tendance de la religion positive à se rapprocher de la religion naturelle, tandisque le catholicisme peut être justement appelé l'idéal d'une religion positive », p. 257 sq.

667. Schol. : I. *De protestantismi evolutione ac natura.* — Admisso principio « liberi examinis », perit omnino notio religionis tanquam paedagogiae divinitus institutae. Nulla enim educatio habetur, ubi subjectum sua sibi lex est.

Eadem de causa necesse est multos errores atque abusus in religionem irrepere ; vide omnino Suarez, De fide, disp. IV, sect. 4, n. 11 sq.

Sed praecipue, quatenus « principium liberi examinis » valorem absolutum confert sensui individuali, necesse est religionem sensim tendere, apud intellectuales ad deificationem hominis idealis, apud alios ad deificationem idealis materialis.

Vide de priore tendentia, Schérer, supra n. 646, et auctores citatos n. 80. De altera, cf. Ét, 1904, C, 265 sq. ; Hammerstein, Begründung des Glaubens, III, 129 sq. ; A. Nicolas, Le protest., I, 157 sq. ; II, 31 sq. ; Balmès, Du protest., I, 125 sq. ; Martin, De l'avenir du prot., p. 540 sq.

668. — II. *De protestantismo qua progressus principio.*

Vide J. Balmès, Le protest., I, 141 sq., II, 45 sq., 143 sq., III, 1 sq., 405 sq. ; A. Nicolas, Du protest., II, 90 sq. ; F. Martin, Avenir du prot. et du cathol., 477 sq.

669. — III. *De influxu catholicismi in reliquas religiones.* — Quemadmodum omnis vir justus non sibi soli prodest, sed aliis, ita religio catholica, ut excellentior, in ceteras influxum habet : α. *apostolatu*, quo ideas evangelii sive praedicatione sive scriptis libris propugnat, — β. *controversiis*, quibus eadem dogmata, i. e. Scripturae Sacrae textum ac sensum defendit, — γ. *aemulatione sui exempli.* Necessario enim eam imitari debent, qui ab ea optimos quosque avertere volunt. Ita olim Julianus Apostata ac nostris temporibus rationalistae quoad opera misericordiae. Ita in omnibus sectis, quo propiores sunt Ecclesiae, v. g. apud ritualistas.

Recte S. Augustinus : « Quaerunt ergo plerumque tales homines etiam persuadere hominibus ut bene vivant et christiani non sint » ; In Joa., XLV, 2, 3, M. 35, 1720 ; Epist. CXVIII, 3, M, 33, 442. Inde vox Christi : « Vos estis sal terrae », Mt. V, 13.

Ad difficultates.

670. — *De principio auctoritatis* ut libertatis oppressivo, cf. Bougaud, Le christian. et les temps prés., IV, 368 sq. ; Matignon, La liberté de l'esprit humain dans la foi catholique, Paris, 1864... — *De protestantium nationum prosperitate*, A. Nicolas, Du protestantisme... t. II, l. III, c. v, p. 387 sq. ; Flamérion, S. J., De la prosp. comparée des nat. prot. et des nat. cath. (Sc. et relig.), Paris, 1901 ; de la Brière, Ét, 1905, CIV, 625 sq., 801 sq. ; Devas, Église et progrès..,p. 101 sq., 143 sq. — *In genere*, Perrone, Prael. theol.[35], I, 92-106.

Thes. LXXII. — **Ecclesiae catholicae hodiernae transcendentia probatur etiam ex ejus efficacia singulari, I. sive quoad sanctitatem tum heroicam, tum communem, II. sive quoad apostolatum.**

671ª. — *De sanctitate in genere :* Ottiger, S. J., Theol. fundam., II, 964 sq., 1052 sq.; Hugueny, Critique et cathol., p. 223 sq. ; Devas, (trad. Folghera), L'Église et le progrès, p. 165 sq. ; Félix, Conf. de N.-D., 1868, 3ª et 4ª ; ac praesertim Card. Dechamps, Entretiens, 5ᵉ, (ed. Mechliniensis) I, 411 sq. — *De scandalis* intra Ecclesiam ; Ottiger, Devas, l. c.; Bertrin, AA, I, 544 sq., art. (Crimitalité du) Clergé. — *De missionibus protest.*, cf. Macaulay, ap. Crétineau-Joly, Hist. de la Cie 3, II, 131 sq. ; Wiseman, Stérilité des miss. protest., ap. Migne, Dém. évang., XV, 833 sq., XVI, 125 sq. ; Marshall, Les missions chrét., 2 in-8º, Parisiis, 1865 ; brevius Pisani, Les miss. prot. à la fin du XIX s., (Sc. et relig.), Parisiis, 1903.

671ᵇ. — **Praenot :** I. *Discrimen thesis praesentis a praecedentibus.* — Theses praecedentes respiciebant excellentiam Ecclesiae *in ordine intentionis*, tanquam a Deo ejus constitutionem inspirante ; praesens eam spectant *in ordine exsecutionis*, tanquam a Deo assistente ac movente.

672. — II. *Thesis momentum.* — Eo efficacior est ad probandum quod : α. longe difficilior est humanae voluntati exsecutio, quam intentio ; — β. multo minus causae naturales virtutem explicare possunt : scientia enim, quatenus necessaria, potest quadantenus ex evolutione naturali proficere ; sed quatenus voluntas est libera, virtus ex evolutione non efflorescit ; — γ. plura proinde virtus praesupponit, i. e. veritatem speculativam (secus enim adessent errores practici) et assistentiam Dei specialem (propter specialem difficultatem). Inde est quod tam cito ex virtutis praesentia ad Dei praesentiam concludi solet ; inde etiam quod Deus (etiamsi res naturaliter possibilis esset) non videatur posse permittere, ut major sit sanctitas in religione falsa quam in vera.

673. — III. *Stat. quaest.* — Thesis asserit *excellentiam virtutis* in Ecclesia non *exclusivam ejus virtutem* ; item vindicando excellentiam *corporis*,non diffitetur vitia *membrorum*. Apte Suarezius, De fide, disp. IV, sect. 3, n. 3.

674. — **Probatur thesis** in tractatu *De Ecclesia*.

Thes. LXXIII. — **Ecclesiae catholicae hodiernae transcendentia probatur etiam ex mysticis fidelium experientiis, quorum propria est « pax illa quae exsuperat omnem sensum », ad Phil. IV, 7.**

675ª. — Bourdaloue, Serm. sur la paix chrét., (dim. de Quasimodo) ; Perrone, Le protest. et la règle de foi, III, c. XI sq., p. 492-595 ; Delaporte, Le rire des Saints, Ét, 1902,

XCIII, 35 sq. ; H. Joly, Psychol. des saints, Parisiis, 1897 ; Ollé-Laprune, Les sources de la paix intellectuelle, Parisiis, 1910 ; de Ravignan, Confér. de N.-D., La relig. du cœur, 46ª ; cf. Vac, IV, 1857 sq.

675b. — Praenot. I : *Notiones. — a. Experientiae mysticae* hic lato sensu dicuntur consolationes quas fideles experiuntur, n. 72. — *b. Pax* — α *: formaliter* distinguitur a gaudio (quatenus includit quietem sive a perturbantibus extrinsecus, sive a passionibus intrinsecis) et a satisfactione (quatenus non includit satietatem omnimodam), S Thom., I, II, q. 70, a. 3, c ; immo coexistere potest cum intenso dolore ; — β. *causaliter* est « tranquillitas ordinis », S. Aug., De civ. Dei, XI, 13, 1, M. 41, 640 D ; S. Thom., II, II, q. 29, a. 2 c ; — γ. *dividitur* in sensibilem et spiritualem.

676. — II. *Stat. quaest. — a.* Non invocamus pacem *ut solam* experientiam catholicis propriam, sed ut cognitu faciliorem et in se gravissimam, tum quia rarissima est inter homines, tum quia multa praerequirit, tum quia consequenter multum movet — *b* Neque argumentamur ex pace prout est in singulis *distributive*, sed prout est *collective* nota communis fidelium, quia ex collectione magis patebit character Ecclesiae et quia desunt nobis documenta sufficientia ad explicandos *saltem adaequate* omnes casus individuos. — *c.* Non negamus analogias mysticas multas, de quibus infra, n. 770 sq.

Prob. : pax catholicorum fidei catholicae veritatem comprobat.

677. — (Ex natura pacis). — Pax in sola religione vera perfecte reperiri potest ; a. in sola religione catholica perfecte reperitur ; e...

Ad M. : *a. ex natura sua* pax, ut « tranquillitas ordinis », importat : ordinem in intellectu ex perceptione certa veritatis, in affectu ex proportionata boni fruitione, in sensu ex sufficienti satisfactione vel ex congrua compensatione. Proinde « non est pax impiis », Is. XLVIII, 22, LVII, 21 ; « Jussisti enim, [Dñe], et sic est ; ut poena sua sibi sit omnis inordinatus animus », S. Aug., Confess., I, 12, M, 32, 670 A ; « opera sua malis inimica sunt », II, 6, 13, 680 D ; proinde « qui a Deo noluit suaviter regi poenaliter a seipso regitur ». S. Bernard., De diligendo Deo, XIII, 36, M, 182, 997 A ; — *b. ex providentia sua* Deus nequit (per se) pacem concedere extra veram religionem, quia auferret stimulum inquietudinis, quo maxime ad veritatem inquirendam urgemur, et quia videretur praemiari contra ordinem sapientiae suae.

Ad m. : probatur 1° *directe, ex testimonio conversorum :*

Newman, Hist. de mes opin. relig.², (Apologia), p. 367 sq. ; Mrs Pittar, Une protest. convertie..., p XXXII sq., 242 ; Autobiographie, p. 168 ; Schouvaloff, Ma convers. et ma vocat., p. 236, 272, 319, 322 .. cf. Mgr. Baunard, La foi et ses victoires.., Migne, Dict. des conversions, 1866 ; Dutilleul, Apostats et convertis, Ét, 1910, CXXIV, 317 sq., 507 sq.

N B. Hujusmodi testimonia suspecta esse possunt, saltem ex eo quod etiam apostatae et increduli pacem venditant suam, ne remorsum fateantur. Hinc securiora indicia indirecta.

2° *indirecte : a. ex indiciis pacis*, scl. : α. *ex gaudio et charitate* quibus redundant opera eorum qui ad Eccles. catholicam conversi sunt ; ex amaritudine et odio quibus scatent opera apostatarum, cf. Döllinger, La Réforme, 3 in-8° ; Herminjard, Correspondance des réformateurs², 9 in-8°, Pari-

siis, 1878-97 — β. *ex versatilitate fidelium* extra Ecclesiam, sive in vitae decursu (conquiescerent enim, si pacem invenissent), sive praesertim in articulo mortis (ubi sinceritas major ; cf. Perrone, t. III, c. XII, p. 561 sq. ; Lessius, Quae fides sit capessenda, sub finem, Antverpiae, 1626, p. 735) — γ. *ex doloribus vel persecutionibus* eorum fere omnium qui in Ecclesia sanctitate eminuerunt : hoc enim non sinit eorum pacem explicari ex sola apathia, vel prosperitate, vel communi fortitudine, sed eam pacis plenitudinem arguit, quae sufficiat ad compensandum dolorem ex vexationibus omnimodis conceptum. Probat ergo miram catholicae disciplinae efficaciam.

b. ex causis pacis : suppetunt nempe in Ecclesia catholica : α. *fides rationalis*, certa probatione nixa, proinde affectus aut sensus mutationibus non obnoxia ; — β. *magisterium visibile*, quocum consensus facile dignosci potest et animam (ex probatis) plenissime quietare debet ; — γ. *paedagogia adaequata*, quae scl. singulas facultates efformat adducitque ad congruam satisfactionem, n. 658, 661. In omnibus aliis religionibus longe secus.

Audi de Ecclesia Anglicana J.-H. Newman : « Autre chose est l'attachement, autre chose est la confiance ; obéir n'est pas la même chose que croire et avoir confiance, et je suis convaincu qu'il n'est pas un seul homme réfléchi et instruit qui croie ou qui ait quelque confiance en la parole de cette Église. *Pour moi, je n'en ai jamais rencontré un seul et je ne crois pas qu'une telle personne existe et avoue qu'elle a cette confiance.* Les partisans de cette Église croiraient certainement, s'ils le pouvaient, mais leur plus haut degré de confiance est accompagné de soupçon... » Confér. aux prot. et aux cath., (trad. J. Gondon), Parisiis, 1850, c. XI, p. 272.

678. — **Coroll.** : *De relatione inter experientiam internam et auctoritatem externam*, scl. dogmata et mandata.

a. Ex facto pacis catholicae, jam liquet quam immerito protestantes et modernistae formalismum Romanum impugnent...

Rem confiteri debet A. Harnack : « L'Église garde un puissant élément de vie. En tous temps, elle a produit des saints, autant qu'on peut donner ce nom à des hommes, et elle en fait naître encore » ; Essence du christ., Parisiis, 1902, p. 280 sq.

b. De jure, patet nihil posse ad experientias aeque satiantes adducere, quam leges sive cogitandi (orthodoxia), sive operandi (obedientia), a Deo revelatas.

Cf. Vac, IV, 1849 sq. ; R Phil, 1912, p. 489 sq.

679. — **Schol.** : *De apparentibus exceptionibus.*

a. Nullomodo repugnat thesi magnam *aliquando* videri pacem in eis qui fere ad modum catholicum vixerunt, licet bona fide, quantum conjicere fas est, extra Ecclesiam catholicam manserint ; cf. H. Brémond, La sérénité intellect. du Dr Pusey, Ét, 1896, LXVII, 77 sq., 235 sq., 449 sq.

b. Repugnaret vero in haeresiarchis aut rationalismi antesignanis, qui modo plane contrario vixerunt ; cf. Bernard, Luther intime, Ét, 1908, CXVII, 160 sq., 357 sq.

Thes. LXXIV. — Ecclesiae catholicae hodiernae transcendentia indirecte tandem manifestatur : I. tum ex hoc facto quod vix non sola eo odio lacessitur quo religio vera impeti debet, II. tum ex hujus odii motivis, quippe quae genuinae religionis indolem in ea reprehendant, III. tum ex modo quo odium illud patitur.

680ª. — S. Thomas, II, II, q. 29, a. 5 ; Bossuet, Serm. sur la haine de la vérité, (ed. Lebarq), III, 659 sq. ; V, 135 sq. ; Bourdaloue, Serm. sur l'amour et la crainte de la vérité, (IV dim. après Pâques) ; Mgr Pie, Œuvres sacerd., Parisiis, 1891, I, 378 sq. ; Félix, S. J., Conférences de N.-D., 1868, 2ª.

680ᵇ. — **Praenot.** : *Stat. quaest.* — Thesis praesupponit, ut patet : α. *sensum moralem ac religiosum rectum ;* — β. *sufficientem Ecclesiae catholicae cognitionem,* ut saltem certum sit injuste ei tribui quae certo impia sunt, v. g. idololatriam, laxismum... — Verum etiam si de hac injustitia non ita certo constiterit, mirabitur saltem vir quilibet prudens multa in Ecclesia reprehendi quae sancta sunt et quae impia apud eam dicuntur ab hominibus saepe impiis, suspectissimo proinde zelo, reprehendi.

Pars III proprie pertinet ad thesim de Ecclesiae sanctitate, n. 671 sq.

Prob. I : odium in Ecclesiam singulare ejus veritatem comprobat.

681. — (Ex natura religionis verae). — Vera religio sola odium in se concitare debet : *a. acrius, b. radicale, c. generale, d. saepius illogicum, e. vehementius apud eos quos sensus naturaliter religiosus ut magis irreligiosos agnoscit ;* a. de facto sola Ecclesia Romana odium in se hujusmodi concitat; e...

Ad M. : Odium debet esse *a. acrius,* quia prae ceteris debet audacter ac constanter praedicare quae displicent ; — *b. radicale,* quia homini irreligioso non aliqualiter displicere debet, sed radicitus, quippe quae securim ad radicem vitiorum admoveat ; — *c. generale,* quia debet offendere non tantum perversos, sed etiam relative bonos, qui volunt duobus dominis servire etc. — *d. saepius illogicum,* tum subjective, quia quidquid est pietatis in his relative bonis deberet deterrere eos ab insectanda religione saltem relative bona, sorore sua, et a societate ineunda cum sectis minus religiosis ; tum objective, quia iniquitas sibi mentiatur necesse est, Ps. XXVI, 12, testimoniaque prodat inter se non convenientia, Mc. XIV, 56 ; — *e. vehementius* apud homines magis irreligiosos...

Ad m. : Ex factis constat.

Prob. II : motiva hujus odii Ecclesiae veritatem comprobant.

682. — (Ex natura religionis verae). — Illa religio vera est, cui soli crimini vertitur quod in religione vera odio haberi debet ; a. ; e...

Ad m. : In Ecclesia Romana sola (si Graecam excipias) *a. impugnantur :* α. *immutabilitas,* β. *exclusivismus dogmaticus,* γ. *auctoritas* — *b.* quae quidem in religione vera (natur. aut positiv.) necessario *impugnari debent...*

Prob. III : modus quo Ecclesia odium illud patitur pro ea testatur.

683. — Illa religio vera est, quae sola odium in se deflagrans eo modo tolerat qui pietatem decet ; a. ; e...

Ad m. : nempe Ecclesia Romana α. *odium praevidet*, ut sibi proprie a Christo promissum, Mt. X, 16 sq., Lc. X, 3, XXI, 12 sq... Joa. XV, 20 sq .. cf. n. 377 *a* — β. *odium tolerat*, juxta mentem Christi, ut genuini apostolatus signum : « Vae cum benedixerint vobis homines : secundum haec enim faciebant pseudoprophetis patres eorum », Lc. VI, 26, et « vincendo in bono malum », Rom. XII, 21 ; Lc. VI, 27 sq... — γ. *quin propterea quidquam de doctrina aut de disciplina*, quam a Christo revelatam putat, *detrahere velit*, uti confitentur qui ejus intolerantiam reprehendunt.

684. — **Schol.** I. *De principio oppositionis inter Ecclesiam et mundum.* — Penitius rem scrutando ac supra, n. 681, advertes hujus odii causam esse : *a.* quoad elementa naturalia, *theoriam humilitatis*, quae immediate sequitur ex dogmate creationis imperatque obedientiam omnimodam tum voluntatis, tum intellectus, si Deus revelaverit ; — *b.* quoad elementa supernaturalia, *praedicationem Crucis*, per cujus « stultitiam... placuit Deo salvos facere credentes » ; I Cor. I, 21.

685. — II. *De valore argumenti.* — Eadem argumenta possent proponi sive de Christo, sive de Ecclesia ; ambo sunt « signum cui contradicetur », Lc. II, 34 ; amborum communis est « passio ».

Bougaud, Le christian.[5], t. II, p. III, c. VII, p. 638 sq.; t. IV, p. I, c. XII, p. 264 sq.

686. — III. *De argumenti usu apud Patres.* — Vide exempli gratia : S. Justin, Apol. I, 24, 26, M, 6, 364 B, 369 A ; Tertull. : « Plane olim, i. e. semper, veritas odio est » ; Apol., 14, M, 1, 354 A ; 2, 271 A, 278 A ; Ad Nat., I, 3, 632 B ; S. Irenaeus : « Quapropter Ecclesia omni loco... multitudinem martyrum in omni tempore praemittit ad Patrem, reliquis autem omnibus non tantum non habentibus hanc rem ostendere apud se, sed nec quidem necessarium esse dicentibus tale martyrium... Opprobrium enim eorum qui persecutionem patiuntur propter justitiam... sola Ecclesia pure sustinet... ut veteres prophetae... quoniam nove quidem sed idem Spiritus requiescens super eam, ab his qui non recipiunt Verbum Dei, persecutionem patitur » ; Adv. haer., IV, 33, 9, M, 7, 1078. — Lactant., Div. Inst., V, 15 sq., M, 6, 595 sq. — Item B. Augustinus ethnicum syncretismum impugnans ait : « Cur ergo a numero ceterorum iste [Deus] rejectus est ?... — Nihil ergo restat, ut dicant cur hujus Dei sacra recipere noluerint, nisi quia solum se coli voluerit » ; De cons. evang., I, 16, 25 sq., M, 34, 1053 ; 20, 29, 1055.

Thes. LXXV.—I. Jure ergo religionis catholicae hodiernae divinitas concludi potest ex ejus transcendentia sive stricte, II. sive late dicta ; III. adeo ut necessario futurum sit, ut aliae quaecumque religiones serius ocius ad Ecclesiam catholicam accedant, vel ad varii nominis atheismum dilabantur.

687[a]. Suarez, De fide, disp. IV, sect. 3, n. 12 ; de Rhodes, De fide, q. 2, sect. 4, § 3 ; Lessius, Quae fides sit capessenda, consid. 10, M, Curs. theol., III, 858 sq. ; Newman, Conf. aux prot. et aux cath., c. XIII, 327 sq.

687[b]. — **Praenot.** : I. *Stat. quaest.* — Conclusio totius inquisitionis (via ascendenti) eruitur. Thes. LXVII-LXXV singulares Ecclesiae catholicae dotes illustrarunt, qua sensibiliter cognoscibiles ; jam inquiritur de eorum

characterum causa ac proinde de eorum valore, qua verae religionis proprietates sunt ac notae.

688. — II. *Praesupponuntur :*

a. moralis certitudo de alicujus revelationis existentia, n. 198 sq.

b. verificatio sufficiens factorum ; sunt autem :

A. *quoad interna Ecclesiae constitutiva :* th. LXVII, cujuslibet erroris absentia ; th. LXVIII, vindicatio omnium requisitorum characterum ; th. LXIX, doctrinae ethicae excellentia ; th. LXX, doctrinae theoreticae perfectio ; th. LXXI, 1°, disciplinae seu paedagogiae excellentia ; th. LXXI, 11°, utilitas socialis ;

B. *quoad efficaciam practicam :* th. LXXI, 11°, utilitas socialis ; th. LXXII, efficacia moralis ; th. LXXIII, efficacia psychologica ;

C. *quoad testimonia extrinseca :* th. LXXIV, testimonium malorum.

N. B. : *a.* Antecedens revelationis certitudo nullo modo ***necessaria*** est, sed ad disponendum animum *perutilis.* — *b.* Neque ***necessaria*** est integra thesium praecedentium series, sed eo *facilior* probatio erit atque homini prudenti eo *validior*, quo magis Ecclesiae natura sub omni respectu perspecta fuerit.— Thesis ergo adjunctis aptanda est, cf.n. 625,632 *b*,638.

689. - III. *Argumentandi ratio duplex.* — Duplex controversiae status esse potest, prout praecedentium thesium vis plus minusve agnita est. Hinc pars I respicit eos quibus manifestum est in Ecclesia adesse veram exceptionem legibus humanis ; pars II eos qui agnoverunt eam saltem aliquatenus reliquis religionibus praestare. Vide distinctiones datas n. 612.

690. — IV. *Nota theseos : a. dogmatica* : Ecclesiam esse per se ipsam motivum credibilitatis sufficiens, *de fid. def.*, E, 1794 (1642), etiam consideratam in statu praesenti, *proxim. fidei* ; — *b. critica : certissima* quoad p. I, *certa* quoad reliquas.

Prob. I : **Ecclesiae divinitas ex ejus transcendentia stricte dicta.**

691. — (Ex notione miraculi). — Aliqua exceptio legibus moralibus quae tota ad Dei honorem tendit nequit esse (med. vel immed.) nisi a Deo ; a. Ecclesia Romana ejusmodi exceptio est ; e...

Ad M : vide n. 615.

Ad m. : leges naturae humanae dignosci possunt, vel ex agendi ratione quae *de facto* communis est, vel ex proportione *de jure* inter rem propositam et facultates naturae ; a. sub utroque respectu Ecclesiae Romanae exceptio manifesta est...

a.de facto : — tum quoad tempus praesens : α.quia secundum *singulos respectus* supra consideratos Ecclesia unica est, (vel si qua secta secundum aliquem respectum ad eam aliquatenus accedit,omnes consentiunt hoc non fieri nisi dependenter ab origine communi) ; β. quia quoad *complexum horum respectuum* seu exceptionum unica omnino est ; — *tum quoad tempus praeteritum,* quia practice neque ei opponitur ulla religio ethnica, neque ullus status pristinus religionum modernarum (Iudaïsmi, Mahumetismi, sectarum christian.), sed tantummodo originalis ecclesiae christianae status ; atqui vel hic aureus status omnino periit — sed hoc asserere nequeunt qui asserunt se ipsos esse heredes Ecclesiae primaevae legitimos ; — vel hunc statum retinent ac perfecerunt sectae christianae coaevae, ut dicunt Protestantes

et Graeci — sed tunc ex probatis negatur omnino eorum transcendentia ; — vel perseverat aliquatenus saltem in Ecclesia Romana, ut omnes concedunt — sed tunc splendor ille major originis probat tantum luculentiorem fuisse olim exceptionem ; nihil autem evincit contra exceptionem praesentem ; immo accusatio jure suspecta est...

b. de jure : ibi exceptio manifesta est, ubi apparet improportio de jure inter naturae vires et rem consideratam ; atqui improportio (moralis, non physica) apparet manifesta, spectata natura objecti (scl. veritatis religiosae et ethicae) et natura subjecti (prout sensibilis, necessitatibus vitae oppressi...) : α. jam quoad *singulos respectus* transcendentiae (ethicae, dogmaticae, socialis...) ; β. ergo a fortiori quoad *omnium complexum ;* cf. S. Thom., CG, I, 4 ; supra, n. 194.

Prob. II : Ecclesiae divinitas ex ejus transcendentia late dicta.

692. — 1° (Ex convergentia thesium praecedentium). — Dupliciter argui potest :

A. Probatur *prudentialiter,* v. g. ex analogia convergentium testimoniorum in re forensi, cf. n. 142.

B. Probatur *dialectice,* cf. n. 143. — Exigentiae *saltem probabiles* specialis Dei interventus, *constantes et uniformes in materia quantumlibet diversa, certo* requirunt ut causam hunc ipsum Dei interventum ; a. theses praecedentes probarunt exigentias... ; e...

Ad M. : Convergentia enim harum exigentiarum : α. quatenus sunt *relationes uniformes ac constantes,* nequit habere causam per accidens, v. g. illusionem, mendacium, casum fortuitum... ; nam cum causae ejusmodi intrinsecam dualitatem vel deordinationem involvant, impossibile est ut eorum effectus sit unius ejusdemque perfectionis, variatis quantumlibet adjunctis, n. 143. — β. quatenus sunt *relationes ad Deum,* non habent causam proportionatam nisi ipsum Deum ; nam neque causa potest esse mala (ex natura effectus), neque mere naturalis (ex hypothesi seu ex antea probatis).

Ad m. : Convergunt theses LXVII-LXXV, quatenus perfectio major (vel longe major), quam unaquaeque thesis sub unoquoque religionis respectu demonstravit, *saltem serio probabilem reddit* specialem Dei interventum quoad unamquamque perfectionem, nimirum propter specialem rei difficultatem, quae, sive *a priori* (ex natura rei), sive *a posteriori* (ex comparatione cum religionibus coaevis), satis superque manifesta est, cf. n. 691.

693. — N. B. — Qualis hic interventus sit, α. *ante spectatam convergentiam,* in hoc controversiae statu, dici non potest absolute, sed probabiliter saltem potest putari miraculosus, tum ex probabilitate exceptionis stricte dictae legibus naturae, tum ex assertione explicita ipsius Ecclesiae... — β. *post spectatam convergentiam,* agnoscendus est talis qualem eum describit Ecclesia quam convergentia demonstravit certo a Deo substantialiter saltem approbatam, n. 616, 617.

694. — 2° (Ex Dei providentia). — Dei providentiam speciali concursu procurare ut religio falsa prudenter aestimari debeat perfectior religione vera repugnat ; a. religio catholica prudenter saltem agnita est *a.* perfec-

tior reliquis, *b.* quod sine speciali Dei concursu fieri non potuit ; e. eam non esse veram repugnat.

Ad M. : Esset enim : α. *contra Dei bonitatem,* nam melior quisque, dum quaereret viam meliorem, immo, ut debet, viam tutiorem, deciperetur et quidem a Deo, qui hunc splendorem religioni falsae conferendo causa esset cur meliores melioribus auxiliis destituerentur... — β. *contra Dei sanctitatem,* nam conferendo splendorem religioni falsae, deduceret homines ad finem bonum per errorem... et deesset officio procurandi per manifestationem veri honorem sibi debitum...

Ad m. : Religio catholica : α. *agnita est prudenter perfectior* — hic totius rei cardo est — nam agnita est talis ex prudenti consideratione thesium praeced. et ex motivo maxime valido apud prudentes in qualibet materia, nimirum ex perfectione constanter majore sub omni respectu seu ex indiciorum convergentia... — β. *nec sine speciali Dei concursu* fieri potuit, nam omnia subsunt providentiae divinae, sed speciatim res religionis, quae sunt, relate ad hominem, maxime arduae ac necessariae et, relate ad Deum, totius creationis finis.

695. — 3° (Via experimentali). — Si qua datur religio vere revelata : *a. manifestari debet* characteribus directis (internis : perfectionis speculativae, ethicae, disciplinaris ; externis : efficaciae socialis, moralis, psychologicae) et indirectis (odii communis...) supra enumeratis, n. 688 ; — *b. et quidem sola* ; a. religio catholica *a.* manifestatur... *b.* et quidem sola... e. sola vera est.

Ad M. : *a. Religio revelata debet exhibere has notas :* α. *quoad speciem, necessario,* quia omnes sequuntur ex natura rei... β. *quod intensitatem, in nullo gradu a priori determinabili,* quia intensitas pendet a libero Dei decreto, prout voluit veritatem plus minusve evidenter manifestari...— *b. Debet autem eas exhibere sola* (i.e. ita saltem ut nulla alia easdem habeat in gradu eminenti, nisi dependenter ab ea) : α. *ex natura veritatis,* quae una est ac sola potest, ut causa per se, constantes et uniformes effectus determinare secundum omnes religionis respectus (speculativos, ethicos, sociales, psychologicos...) ; β. a fortiori *ex natura divinae sapientiae* revelantis, n. 694.

Ad m. : Vide theses inde a thes. LXVII[a].

N. B. : *a.* Hoc argumentum explicite proponit quod multi inconscie persentiunt ; sed alii plus efficacia sociali moventur, alii ethica (sanctitate), alii psychologica (mira fidelium pace). Ex complexu notarum, prout generice omnes religionis respectus exhauriunt, apodictica probatio est. — *b.* Praejudicium quo argumenti valor plerumque obvelatur habes praeoccupatum in M., scl. certum intensitatis gradum esse requirendum ; cf. n. 713.

Prob. III : proinde futurum est ut serius ocius reliquae religiones dissolvantur.

696. — 1° (Ex natura rei). — Crescente veritatis promulgatione atque erroris necessaria evolutione, unde saltem ex fructibus suis fiet manifestior, futurum est ut dilucidius proponatur electio inter veritatem et errorem ; a. ; e...

697. — 2° (Ex experientia). — Constat ex paganismi antiqui ruina

atque ex coaeva historia religionum vel sectarum, accedente veritatis catholicae promulgatione, *ubi utrinque libertas conceditur*...

698. — 3° Auctoritate etiam probari potest, v. g. sive protestantium, supra n. 80, 204, sive catholicorum, v. g. de Ecclesia Russiaca, de Maistre, Œuvres compl., Lugduni, 1884, Du pape, l. IV, c. 1 sq. (II, 445 sq.) ; Lettre à une dame russe (VIII, 150 sq.) ; Quatre chapitres sur la Russie, c. III (VIII, 309 sq.)...

699. — Scholion I. *De argumentatione ex convergentia.* — Ex dictis animadvertes quantum differat haec argumentandi ratio a propositione damnata : « *Assensus fidei ultimo innititur in congerie probabilitatum* », Decr. « Lamentabili », prop. 25, E, 2025. Arguendo ex convergentia, vim facimus *in facto* a singulis probabilitatibus et a summa earum *distincto*, nempe quod convergunt ; egregie Newman, Grammar of Assent, Londini, 1895. p. 321, 412 sq. ; (trad. G. Paris, Parisiis, 1907, p. 256 sq., 328 sq.).

700. — II. *Demonstrationis terminus.* — Ex probatis in tract. III, habes Ecclesiam certo *substantialiter veram esse,* proinde non posse errare in his quae sibi *substantialia* esse declarat, n. 616, 617.

Non parum confirmatur haec demonstratio ex modestia (a naturali hominis tendentia longe diversa) qua Ecclesia se institutam profitetur *a. ad custodiendum tantummodo fidei depositum,* nullo modo ad illud novis revelationibus augendum aut variis temporibus substantialiter accommodandum ; *b. ad manuducendos tantum fideles eosque ab illusionibus servandos,* nullo modo ad mensuranda Dei dona, perinde ac si cum singulis immediate non ageret ac consequenter, salva dogmatis et disciplinae identitate, ea singulis non conferret aut revelaret, quae luberet, AA, I, 1181 ; *c.* ita quidem ut nulla sit in Ecclesia privilegiata classis, sed e contra *sive hierarchia sive fidelium turba legi cuicumque pariter sit subjecta.*

701. — III. *De mente Patrum.* — In eundem modum argumentatus est v. g. B. Augustinus. Vide ejus principium : « Si Dei providentia non praesidet rebus humanis, nihil est de religione satagendum » ; De util. cred., XVI, 34, M, 42, 89 c ; « quem [Deum] nisi et esse et humanis mentibus opitulari credimus, nec quaerere quidem ipsam veram religionem debemus » ; XIII, 29, 86 A. Hinc tantum valet certitudo nostra de catholica veritate, quantum de Dei attributis. Jure ergo aut ea admittenda est, aut nulla.

Idem Augustinus, postquam Ecclesiae dotes recensuit : « Cum igitur tantum Dei auxilium videamus... dubitamus nos ejus Ecclesiae condere gremio, quae... *culmen auctoritatis* obtinuit » ; Ibid., XVII, 35, 91 C.

Ad difficultates.

702. — Valentia, De fide, disp. I, q. 1, p. 4, (Comm. theol., Parisiis, 1609, III, 72 sq., 104 sq.) ; Billuart, De fide, diss. I, a. 6, (Curs. theol., Wirceburgi, 1758, II, 7 sq.).

Tractatus IV : De religione supernaturali.

(VIA COMPARATIVA.)

C. I : De analogiis *dogmaticis*.
C. II : De analogiis *liturgicis* seu ritualibus.
C. III : De analogiis *psychologicis* seu mysticis.

PROOEMIUM : TRACTATUS FINIS, FUNDAMENTUM, ORDO.

703. — I. Tractatus finis. — *a*. Ex natura rei, duplex esse potest : α. defensivus (seu lato sensu apologeticus), i. e. ut solvat objectiones ex analogiis religiosis ductas, ostendendo saltem eas contra divinam religionis mosaïco-christianae originem nihil evincere ; quae quidem apologia, hisce temporibus, practice facta est plane necessaria ; — β. demonstrativus (seu stricto sensu apologeticus), si, quemadmodum supra fecimus quoad Ecclesiam hodiernam (tract. III), ex transcendentia religionis mosaïco-christianae, per totum evolutionis suae decursum, divina ejusdem origo comprobatur : tunc nova demonstratio exhibetur.

b. Hunc alterum finem nobis praefigemus, quem si assecuti fuerimus, apologiae supradictae necessitatibus satis superque fecerimus.

c. Haec autem probatio et in se securissima est et nostris temporibus accommodatissima, de Broglie, Religion et critique, p. 156 sq., 161 sq.

704. — II. Factum unde demonstratio orditur. — I. Non obstantibus similitudinibus saltem apparentibus permultis, religio mosaïco-christiana inter omnes eminet, sive auctorum suorum indole, Moysis nimirum ac Christi, sive librorum suorum sacrorum seu doctrinae splendore, sive singulari evolutionis suae historia.

Ut hunc tract. IV eo modo ordinemus quo priores (cf. n. 131, 214, 609), juverit, praevie ad demonstrationem, brevem transcendentiae mosaïco-christianae synopsim proponere.

Cf. de Broglie, Problèmes et conclusions de l'hist. des relig.[2], Parisiis, 1886 ; Religion et critique, Parisiis, 1896, l. II, p. 107 sq. (nouvelle méthode ; esquisse de la transcendance) ; Les fondements intellectuels de la foi chrétienne, Parisiis, [1904] ; Bricout, Où en est l'hist. des relig., 2 in-8°, Parisiis, 1911 ; Huby, Christus[6], Parisiis, 1912.

705. — III. Fundamentum philosophicum — Analogiae, in re religiosa, I. neque ad quaestionem originis solvendam prodesse possunt, nisi notae individuantes alicujus religionis dependentiam ab alia indubiam prodant, II. neque ullius religionis transcendentiam obscurare valent, nisi ad formalem identitatem accedant, III. nec proinde

miraculo morali agnoscendo obstare, si transcendentia naturaliter explicari nequeat ; IV. immo miraculum tanto magis suadent, quanto in his analogiis aut tolerandis aut procurandis sapientia quaedam plus quam humana manifestior apparet.

Pinard, Quelques précisions sur la méthode comparative, Anthropos, 1910, V, 534 sq.

Praenot. : I. *Notiones.* — *a. Analogiae dicuntur :* α. lato sensu, quaecumque similitudines, β. stricto sensu, similitudines in re simul partim dissimili.

b. Analogiae distinguuntur : α. *materialis*, si tantum in parte materiali rei consideratae seu in esse physico ; *formalis*, si in parte essentiali seu formali, v. g. in esse morali actus humani... β. *ritualis, dogmatica, psychologica* seu *mystica*, pro elementis in quibus verificantur .. γ. *per se*, si ex natura hujus religionis uti talis ; *per accidens*, si ex fortuito casu vel ex hujus religionis perversione...

c. Transcendentiam jam definitam vide, n. 612.

706 — II. *Stat. quaest.* — Quaestionem spectamus *in abstracto* tantum seu *de jure*, praescindendo omnino a factis, de quibus in decursu tractatus. Principia tantum statuimus quibus dirimi possit triplex quaestio hujus tractatus propria : 1. *historica* utrum adsint analogiae ? unde ? quatenus ? 2 *philosophica* : utrum supersit tamen aliqua transcendentia ? 3. *philosophica* : utrum haec transcendentia sine miraculo morali explicari queat ?

707. — III. *Principia adhibenda.* — Tota analogiarum quaestio dilucida fiet, si praevie statuantur principia ad eas dijudicandas necessaria. Ut sint autem *critica*, non *dogmatica*, debent valere in qualibet alia materia. Revocari autem possunt ad sequentia :

A. *Ad elementa singula interpretanda :*

708. — 1. *Primatus elementi invisibilis* : in quolibet opere humano, praecipuum est elementum invisibile, i. e. idea seu dogma, quae operis anima est ac forma.

Ratio est quod actus habet ab intentione quod sit actus humanus, non hominis tantum aut animalis.

709. — 2. *Unitas organica :* in toto quolibet organico, sive physico, sive morali, nullum elementum probe intelligi potest, sejunctim a sua relatione ad reliqua, seu pars in toto ac per totum intelligitur.

Ratio est, tum quod omnis abstractio, qua dividimus, realitatis complexitatem tollit, hinc occasionem dat errandi, ni per subsequentem synthesim cognitio compleatur, tum quod parti qua tali relatio ad totum est essentialis, v. g. membro in corpore viventi aut in societate hierarchica.

B. *Ad determinandam elementorum originem :*

710. — 3. *Uniformitas naturalis :* analogiarum quarumlibet (sive in ritibus profanis, sive in traditionibus...) soli naturae causa adscribenda est, quoties adeo generales sunt, ut ex radicali humanae naturae unitate satis superque explicari possint.

Etenim ubi *ratio sufficiens* alicujus rei inventa est, quidquid praeter eam asseritur gratis affirmatur.

711. — 4. *Individualis dependentia :* historica dependentia non probatur,

nisi ex notarum individuantium seu particularitatum convergentia,quarum complexus bis naturaliter procurari non potuit identicus.

Etenim effectus ita individui seu singularis sufficiens ratio esse nequit nisi individuum idem. Vide, de origine fabularum, Bédier, Les fabliaux, Parisiis, 1895, p. 273 sq., 285.

C. *Ad elementorum valorem aestimandum :*

712. — 5. *Originalitas* : originalitatis essentia in hoc non est, ut elementa edantur adhuc inedita, sed ut elementa sive jamdudum edita, sive etiam materialiter nova, formam exhibeant novam, pro diverso auctoris ingenio diversam.

Probatur ex omnium consensu : nam in artibus ingenuis *creatores* habentur etiam qui fontibus usi sunt, vel themata jamdudum edita denuo elaboraverunt ; cf. egregie Brunetière, Hist. et littérature, Parisiis, 1893, p. 31 sq., 79 sq. — Probatur ratione : merum est corollarium principii primi, unde fit ut ubique, ut in prophetia, II, II, q. 173, a. 2, c, pars praecipua sit « judicium de acceptis » : proinde satis originalis est qui communem captum excedit.

713. — 6. *Transcendentia :* transcendentia certo affirmari debet, ubi causae naturales ad explicandum factum improportionatae apparent, quin ullus specialis transcendentiae gradus a priori exigi possit.

Ratio est quod praesentia cujuslibet causae non est determinanda ex eo quod sola agat, aut ex quantitate effectus,sed ex ejus specie. Ita sive in effectibus chemicis, sive in moralibus, juxta principium rationis sufficientis.

Prob. I : dependentia ex solis notis individuantibus demonstrabilis.

714. — Consequentia est principiorum 1, 2, 3, 4, n. 708 sq.

Prob. II : transcendentiae non obstat nisi formalis cultuum identitas.

715. — (Ex analogiarum causa ac natura). — Similitudines *a.* ex natura rei quadantenus necessariae, *b.* quae tamen formalem diversitatem non impediunt, nequeunt transcendentiam tollere ; a. sola identitas formalis *a.* nec necessaria est, *b.* nec diversitatem formalem permittit ; e. sola identitas formalis religionum transcendentiam tollit.

Ad M. : nam *a.* quod ex natura religionis necesse est nequit contra ullam religionem invocari, sed e contra ; *b.* si praeterea diversitati formali locus remanet, manet etiam formali transcendentiae.

Ad m.: *a. analogiae quaedem sunt necessariae*,nam : α. quoad elementa *bona*, liquet ; β. quoad *indifferentia*, liquet etiam, quia ex rebus humanis eligenda sunt media quibus hominum necessitatibus satisfiat ; γ. quoad *relative mala*, quia quandoque debent tolerari ratione majoris boni ; δ. quoad *absolute mala*, quia, ut non possunt per religionem bonam sanciri, ita nequeunt, salva libertate, penitus tolli ; ergo quaecumque sunt vitiosa eadem erunt in religione vera ac falsa, naturali ac supernaturali, sed in falsa aderunt *per se*, ut approbata, in vera *per accidens*, ut prohibita.

b. illae analogiae formalem diversitatem non impediunt, nam possunt coexistere cum diversitate intentionis (princip. primatus), cum originalitate vera (princip. originalitatis), ergo cum transcendentia (princip. transcendentiae).

Prob. III : analogiae proinde miraculo morali non obstant.

716. — (Ex natura transcendentiae stricte dictae). — Merum est corol-

larium partis II. Transcendentia enim stricte dicta ea est quae per causas naturales explicari nequit.

Prob. IV. : immo analogiae miraculum morale innuere possunt.

717. — (Ex miraculosa sapientia in eis procurandis). - *a.* Harmonia cum naturae humanae indigentiis, *b.* tolerantia erga elementa minus perfecta seu relative mala, ratione majoris boni, *c.* electio mediorum homini perficiendo aptiorum... possunt aliquando sapientiam prodere supra humanam ; a. quaedam analogiae in religione possunt inde provenire ; e...

Ad M. nam *a.* auctor supernaturalis religionis, cum penitius naturam cognoscat, potest securius quaecumque in ea bona sunt sancire et quaecumque in quibuslibet aliis cultibus naturae congruunt in hanc religionem conferre ; *b.* ejusdem auctoris, quandiu creaturae sunt in via, proprium attributum non est rigor infinitus supremi judicis, sed infinita misericordia patris ; potest ergo clementissime simul ac prudentissime quaedam mala tolerare ; *c.* tandem mirae sapientiae signum est media omnia liberrima mente seligere, ad nihil aliud respiciendo, quam ad intrinsecum eorum valorem, veluti proprium arbitrando « quaecumque vera, quaecumque pudica, quaecumque justa », posthabito quolibet affectu aut aemulationis, aut singularitatis ...

Ad m. : *de possibili* liquet ; *de facto* hic non agitur.

718. — Scholion. I. *De radice errorum.* — Duplex est : *a. criticus,* nempe ex frequenti confusione inter *similitudinem materialem* et *identitatem formalem* (contra eum errorem faciunt praesertim principia 1, 2, 5, n. 708 sq.) ; *b. philosophicus,* nimirum ex his praejudiciis : α. aut quod τὸ *divinum seu transcendens nil habere debeat commune cum* τῷ *contingenti* (contra eum errorem vide notiones, n. 612, et principium « transcendentiae », n. 713), licet notioni doni gratuiti magis consentaneum sit ut « naturam non tollat sed perficiat » ; β. aut quod legislator supremus debeat ab humano discerni, *non quidem illimitata velut tolerantia seu clementia, ut patres solent, sed exclusivismo rigido, ut tyranni.*

719. — II. *De duplici quaestione juris et facti.* — Ex dictis colliges quam multae *de jure* adesse possint analogiae, etiam ex vera (sed partiali) falsorum cultuum dependentia, aut ex imitatione, quin contra verae religionis transcendentiam Deique providentiam quidquam inferri possit. Proinde constabit, si postea analogias aut dependentias dari denegemus, non ex praejudicio dogmatico nos negare, sed ex motivo critico seu historico, quia *de facto* non probantur.

720. — IV. Tractatus ordo ac methodus. — *a.* Advertas *praecipuam praesentis tractatus difficultatem* eandem esse, quam in praecedenti invenimus,nimirum difficultatem *probandi miraculi moralis stricte dicti,* n.620 *a,* 625, miraculum autem, licet sub uno aut altero respectu minus certum, fieri posse evidens *ex omnibus respectibus conjunctim spectatis.* Ita proinde argumentabimur. — *b.* Quia de valore ethico vel dogmatico, aut de miraculo, *sine philosophia pronuntiari nequit,* cave putes ex sola collatione religionum veram religionem demonstrari posse, n. 3, 63 : omnia ergo principia philo-

sophica hic praesupponuntur quae in tract. II, n. 225, et III, n. 611, scl. omnia quae in tract. I. sunt probata. — *c.* Juxta principium « primatus », n. 708, *necesse est incipiamus ab analogiis dogmaticis, inde ad rituales deveniemus, tandem ad psychologicas*, utpote quae ex dogmatum ac rituum natura plerumque deriventur. — *d* Tandem advertendum est nos respicere tantum in religionibus ea quae sunt *per se*, i. e. naturali nexu connexa cum eorum essentia, vel formaliter in eis approbata, non *per accidens*.

C. I. DE ANALOGIIS DOGMATICIS.

Thes. LXXVI. — I. Totemismus neque apud Judaeos neque apud reliquos Semitas admittendus est ; II. ethnicus autem influxus in Veteris Testamenti doctrinam, si quis est agnoscendus, minimus est ; III. quinimmo ea doctrina adeo transcendens est, IV. ut specialem Dei providentiam arguat.

721ª. — de Broglie, Ann, 1880, p. 548 sq. ; Relig. et crit., p. 163 sq. ; Lagrange, La relig. des Perses, RB, 1904, p. 27 sq., 188 sq. ; E. Sellin, Die alttest. Relig. im Rahmen der altorientalischen, Lipsiae, 1908 ; cujus analysis Ét, 1910, CXXV, 393 sq. ; cf. 391 ; Pinard, Infiltrations païennes, Bruxellis, 1909 ; Lebreton, Dogme de la Trin., I, 1-207 ; Bricout, Manuel, II, 5 sq. ; Huby, Christus[6], p. 586 sq. ; Condamin, Babylone et la Bible, AA, I, 327 sq.

721ᵇ. — Praenot.: I. *Adversarii*. - Cf. Vigouroux, La Bible et les découv. mod.[6], IV, 423 sq.

722. — II. *Totemismi notio.* —Ea est cultus forma quae nititur in persuasione cognationis (physicae vel adoptivae) inter animal aliquod (vel vegetal) et gentem aliquam humanam (tribu ou clan). Parens ille (seu patronus) dicitur « totem » Cum sit valde rudis (una cum usibus, plerumque correlativis, matriarchatus et exogamiae), omnes evolutionistae eam primitus ubique receptam volunt, n. 2 *d*.

723. — II. *Stat. quaest.* — Spectantur tantum *a*. quae *per se* ad V^is T^i theologiam pertinent, non *per accid.*, ut doctrinae ab eo damnatae ; *b*. quae sunt *praecipua...* ; *c*. quatenus manifestant non tantum *aliqualem* excellentiam, sed *strictam* transcendentiam, n. 612.

Prob. I : totemismum apud Semitas viguisse negandum est.

724. - Ratio est : *a*. quod indicia ex quibus arguunt adversarii (nomina animalium quaedam locis, aut familiis, aut personis tributa, leges quaedam de cibis...) valde jejuna sunt ; *b*. quod eorum sensus totemicus excluditur per generalem Semitarum doctrinam de diis aut de Deo vel reliquis usibus.

De Semitis in genere, Lagrange, Relig. sémitiques[2], c. II, p. 110 sq. ; *de Israelitis* in specie, Zapletal, O P., Der Totemismus und die Relig. Israëls, Friburgi, 1901 ; *de apriorismis scholae totemisticae*, Toutain, Études de mythol. et d'hist., 1909, p. 56-81 ; Transactions of the III internat. Congress... Oxonii, 1908, II, 121 sq. ; cf. 117 sq.

Prob. II : conceditur influxus in doctrinam V^is T^i minimus.

725. — Admitti nimirum potest : 1° intra periodum exsilii, quoad angelologiam ; 2° intra periodum Persicam, quoad eschatologiam atque ideas

(ac ritus) purificationis, sed maxime in apocryphis V^is T^i ; 3° intra periodum Hellenisticam, quoad doctrinam de Dei ineffabilitate, incomprehensibilitate et quoad theoriam correlativam entium intermediorum.

Ratio concedendi est quod eo maxime tempore eae doctrinae apud Judaeos excultae sunt, quo etiam apud ethnicos quibuscum versabantur. Ergo, quin eas ab ethnicis mutuati sint (manent enim sat diversae ac informatae dogmatibus longe diversis), eas saltem ethnicorum occasione aut exemplo Judaei excoluisse censendi sunt.

Hackspill, RB, 1900, p. 570 sq. ; 1901, p. 201 sq. ; Lebreton, Trinité, I, 1-207.

Prob. III : haud obscura manet doctrinalis V^is T^i transcendentia.

726. — 1° (Negative). — Etiamsi in V^e T° non omnia essent historica, nil tamen in eo *a.* aut *evidenter ridiculum*, quemadmodum in mythologiis ethnicis, aut in speculationibus rabbinorum, tempore Christi aut post Christum, vel, si quid mythum sapit, hoc comparative minimum fatendum est ; — *b.* aut obscenum Deoque *evidenter indignum.*

727. — 2° (Positive, enumeratione). — Eminet nimirum theologia V^is T^i : *a. strictissimo monotheismo,* dum apud reliquas gentes nil aliud reperiri potest, quam vagus quidam henotheismus :

Condamin, art. Babylone, AA, I, 367 sq. ; Lagrange, Relig. sémit.[3], c. XII, p. 438 sq. : «Le monothéisme[juif]constitue une infime exception dans le débordement du polythéisme chez tous les autres peuples de même race.—Pour tout le monde, les religions sémitiques sont aussi exactement polythéistes que les autres », p. 439. Jam pridem Max Müller, rationalista, lepidam E^i Renan theoriam confutaverat : « le désert naturellement monothéiste »; Essais sur l'hist. des relig.[3], c. XV, p. 462 sq. — Cf. Scholion.

b. transcendentia Dei, quatenus describitur invisibilis, bonus, sanctus, totius ordinis moralis exemplar ac custos ;

c. strictissimo creatianismo, ita ut ne vestigium quidem adsit dualismi ; Vac, art. Création, III, 2045-2052 (Deus est creator etiam astrorum, angelorum atque *ipsius mali)* ; nec proinde polytheismi ;

d. messianismo singulari, cf. supra n. 565 sq.

Prob. IV : doctrinalis V^is T^i transcendentia miraculum arguit.

728. — (Ex notione miraculi). — Illud sine speciali Dei auxilio fieri nequit, quod apparet *a.* non tantum *supra* captum reliquarum gentium (etiam Judaeis affinium), *b.* sed etiam *contra* ipsius Judaicae gentis indolem ; a. doctrina V^is T^i supra descripta, n. 726, 727, est ejusmodi ; e...

Ad m. : *a.* patet ex transcendentia, n. 726, 727. — *b.* patet : α. ex frequenti apostasia totius ferme Judaicae gentis... β. ex manifesta excellentia sive Aegyptiorum, sive Assyriorum in rebus civilibus, unde naturaliter fieri debuit, ut eae potius gentes puriorem doctrinam excolerent, vel saltem Hebraeos rudiores ac bello devictos facilius ad suum polytheismum pertraherent, AA, I, 360.

729. — Scholion I : *De monotheismo primitivo. — Critice* rem spectando, non *dogmatice,* haec hodie teneri posse videntur :

a. Apud Hebraeos, antiquissimus est, cf. n. 727, quin invocari in contrarium possit vox

Elohim, fatente Loisy, RCF, 1900, XXIV, p. 347 sq. (pluralis intensivus[1], ac Cheyne, Encyclop. bibl., art. *Names*, III, 3324. *b.* Non probatur *apud Assyrios*, Condamin, AA, I, 367 sq.; Cruveilhier, Un nouveau recul de la critique indépendante, RPA, 1908, VI, 814 sq.; cf. RSPT, 1907, I, 140 sq... *c.* Apud *pristinos Aegyptios* probabilis est, Virey, Relig. de l'anc. Égypte, p. 12 sq.; RPA, 1909, VII, 894 sq.; Malon, S. J., AA, I, 1329 sq.; Vigouroux, La Bible et les découv. mod [6], IV, 435 sq... *d.* Item apud *veteres Sinenses*, de Harlez, Muséon, 1889, VIII. 403; cf. 1894, XIII... *e.* Viget aliquatenus *apud nigritas Africae*, Le Roy, Relig. des primitifs, p. 170 sq... *f.* Item apud *antiquiores Australiae et Africae tribus* viguisse videtur, nam : α. ens supremum apud eas nunc fere in oblivione est, praevalentibus diis secundariis, cum contrarium fieret, si ens illud recens excogitatum esset; β. reperitur praesertim intra « cyclos culturae » antiquiores; cf. Schmidt, Origine de l'idée de Dieu, p. 70 sq., 242 sq.; RSPT, 1911, V, 66 sq.; Die Uroffenbarung, Monachii, 1913.

Advertes ergo conclusiones criticae recentioris plus favere hypothesi monotheismi *primitivi* quam ulli alii eumque monotheismum, intra periodum *historicam*, nullibi puriorem apparere quam apud Hebraeos.

730. — II. *De revelatione primitiva.* — *Critice* rem spectando, non *dogmatice*, dices : 1° *scholam (cathol.) traditionalisticam*, saec. XIX, parum critice analogias ubique reperisse; cf. A. Nicolas, Études sur le christian.[26], II, 1-227, 499 sq.; Schmitt, Rédemption du genre humain annoncée par les tradit., apud M, Dém. évang., XIII, 1081 sq.; Morris, ibid., XVIII, 231 sq... — recole principia in hac materia adhibenda, n. 710, 711;

2° *hodie vero*, licet thesis revelationis primitivae *critice demonstrari* nequeat, eidem favere : α. particularitates quasdam multis traditionibus communes... β. excellentiam quarundam idearum talem, ut, spectata corruptione aetatis subsequentis, difficile aestimari possint ab homine solo inventae; cf. Schmidt, loc. cit.; haec autem ratio validior est contra evolutionistas, qui homines ab animalitate ortos profitentur...

3° *de jure*, egregie conciliari posse revelationem primitivam (de rebus religionis, non industriae aut artis), cum statu incultorum populorum sive antiquo, sive hodierno :

« La croyance à un monothéisme primitif... ne porte que sur un temps trop éloigné, pour que les recherches historiques puissent jamais l'atteindre. Ce monothéisme originaire ne fait obstacle à aucune des transformations et vicissitudes religieuses dont l'histoire peut faire mention... L'adoration des objets les plus matériels et un état de l'intelligence humaine conforme à cette adoration sont très admissibles par tous, pour une époque qui se perd dans la nuit des temps et d'où l'homme se serait élevé successivement en plusieurs endroits à des conceptions plus hautes »; [DD. de Harlez], Muséon, 1887, VI, 58; Science cathol., 1889, III, 278. — Item Prat, S. J., RQSc, 1901, XLIX, 509 — « Les époques que la Bible laisse vides entre Adam et Noé, entre Noé et Abraham, nous autorisent à étudier les faits avec une parfaite liberté d'esprit. Pour éviter toute équivoque, nous entendrons désormais par *homme primitif* les générations qui ont précédé l'histoire, nullement le père de l'humanité »; Lagrange, Relig. sémit.[2], p. 3 sq. — Rectius ergo dixeris *préhistorique*, quam *primitif*.

731. — III. *De syncretismo heterodoxo apud Judaeos.*

Cf. AA, art. Égypte, I, 1338; art. Apocryphes, I, 162 sq.

Thes. LXXVII. — **I. Plane falsum est quod rationalistae ac protestantes tanquam fundamentum suarum thesium de « syncretismo » seu**

de « evangelii hellenizatione » plerumque asserunt, nimirum doctrinam speculativam nullam a Christo traditam fuisse. II. Nulla autem dogmata, sive temporis evangelici, III. sive, ut dicunt, praecatholici, IV. sive subsequentis aetatis, ab ethnicis aut « mysteriis » aut scholis orta sunt ; V. singularis vero doctrinae catholicae sive dogmatismus, sive historicismus, sive exclusivismus, sive prudens syncretismus, sive interna cohaerentia, sive sublimitas, adeo transcendentem eam efficiunt, VI. ut sine morali miraculo explicari nequeat.

732[a]. — Newman, Essay on the Development of christian Doctrine, c. VIII, trad. H. Brémond, Newman[s],Parisiis, 1906, p.245 sq. ; Dufourcq, L'avenir du Christian., Parisiis, 1908 sq. (syncretismum haud semel parum critice admittit) ; Lebreton, Trinité..., Parisiis, 1910, I, p. XXI sq., 1-207 ; A. Valensin, J.-C. et l'étude comparée des relig., Parisiis, 1912 ; cf. auctores citatos in decursu theseos... — Ex acatholicis, sat moderate, Clemen, Religiongesch. Erklärung des N. T., Giessen, 1909 ; Cumont, Les relig. orientales dans le pagan. romain, Parisiis, 1907 ; quem corrige juxta recensiones DD. Remy et Lagrange, n. 745 ; Wendland, Die hellenistisch-römische Kultur in ihren Beziehungen zu Jud. und Christent., Tubingae, 1907... — In genere, cf. Huby, Christus ; Bricout, Manuel...

732[b]. — **Praenot.** : I. *Notiones.* — 1° *Syncretismus* originitus dicta est, ut videtur, Cretensium inter se dissidentium contra communes hostes conjunctio ; inde vox adhibita ad significandam quamlibet disparium elementorum unionem. In re philosophica, idem fere sonat atque *eclectismus ;* in re religiosa, significat vel *indifferentismum dogmaticum,* n. 204, 796, vel *eclectismum dogmaticum aut liturgicum,* quo religionis origo vel saltem evolutio explicatur : ita in praesenti thesi.

2° *Mysteria* dicta sunt plerique cultus ethnici ex Oriente orti, propter legem secreti ac ritus speciales initiationis. Praecipua fuerunt Eleusina (Orphica), Aegyptiaca (Isidis), Phrygia (Sabazii, Dionysii, Cybelis et Attidis), Persica (Mithrae), Syra (Atargatidis seu Deae Syrae), Gnostica ..

733. — II. *Adversarii.* — Recensendi essent quotquot fere « Historiae religionum » dant operam : « Tous les travaux qui se rapportent à l'Hist. des relig. vont là nécessairement... » Havet, Le christian. et ses origines[2], Parisiis, 1873-84, I, p. XXXII — cf. Pinard, Infiltrat., p. 6-17.

734. — III. *Stat. quaest.* — Conceditur influxus *nocivus* in nonnullos Ecclesiae doctores. *explicitivus* (sive reactione, sive assimilatione) in plurimos ; negatur omnino influxus dogmatum proprie dictorum *constitutivus.*

Prob. I : negatur syncretismi fundamentum, scl. adogmatismus primaevus.

735. — 1° Ex probata evangeliorum genuinitate, n. 362 sq., et historicitate, n. 383 sq., 509 sq., quibus stantibus, nequeunt rejici ut spuria loca quaecumque dogmatica.

736. — 2° Ex doctrina « traditionis » *dogmaticae* plane specifica mentis christianae primaevae, Vac, IV, 529 sq. ; AA, I, 1130 sq.

737. — 3° Ex uniformitate styli christiani, saec. I° et II°, cujus ratio sufficiens esse nequit, nisi consensus omnium in eandem doctrinam traditam ac tradendam ; ibid.

Prob. II : negatur speciatim syncretismum tempore evangelico viguisse.

738. — 1° Ex indole Christi et apostolorum, prout Judaeorum, indoctorum...

739. — 2° Ex indole evangeliorum, prout manifeste diversorum ab his libris in quibus aliqua dependentia a speculatione coaeva certa est, ut sunt epistolae Paulinae et apocrypha V^{is} T^{i}.

740. — 3° Ex futilitate argumentorum in contrarium, v. g. :

de influxu hinduistico (thes. D^{i} Jacolliot : Christus = Christna), cf. Max Müller, Introd. to the Science of Relig., Londini, 1873, p. 283 sq. ; de Harlez, La Bible dans l'Inde, Bruxellis, 1894... — *de influxu buddhistico*, de Bonniot, Ann, 1880-81, p. 816 sq. ; Aiken, Buddhisme et Christian., trad. L. Collin, Parisiis, 1905 ; La Vallée-Poussin, RB, 1906, p. 353 sq. ; bibliogr., p. 360 ; ibid., 1907, p. 160 ; RPA, 1908, VII, 117 sq. ; S. Lévy, Rev. critique, 1908, p. 381 sq. — *de influxu orientali in genere*, Harnack, Theol. Literaturzeitung, 1908, p. 10...

Prob. III : negatur syncretismus aetatis « praecatholicae ».

741. — 1° Ex charactere Pauli, humanam sapientiam deridentis, theoriam traditionis inculcantis, communem fidem commendantis, pseudognosim impugnantis ; cf. AA, I, 1131 sq.

742. — 2° Ex doctrina Pauli, prout certo consona cum traditione primaeva, i. e. cum catechesi primitiva, n. 264, cum epist. catholicis et cum evang. synopticis, n. 509^{b}.

743.— N.B.: Concedi tamen influxus debet: α. in terminologiam, quatenus consulto usurpat B. Paulus verba « mysteriorum », ut eadem applicet verae religioni ; cf. Blötzer, Stimmen, 1907, LXXII, 188 ; β. in doctrinam (reactione), quatenus totus est in opponenda genuina gnosi adulterae.

Prob. IV : negatur syncretismus seu hellenizatio posterior.

744. — (Ex examine variorum testium traditionis). — Illa hellenizatio prorsus neganda est, quae (falso ceteroquin nixa fundamento, n. 735 sq.) diversimode excluditur ratione agendi *a.* sive doctorum orthodoxorum, *b.* sive eorum qui inter orthodoxos aliquatenus haeresis suspecti fuerunt, *c.* sive haereticorum ; a... ; e..,

Ad m. : *a. ex ratione agendi orthodoxorum :* α. nil aeque inculcant ac zelum traditionis, custodiam depositi, professionem fidei usque ad martyrium... β. pullulant inter eos apologetae atque haereseologi heterodoxorum syncretismum impugnantes :

« Non solum quae apud comicos posita sunt arguuntur [gnostici] quasi propria proferentes, sed etiam quae apud omnes qui Deum ignorant et qui dicuntur philosophi sunt dicta, haec congregant et quasi centonem... consarciunt » ; Iren., Adv. haer., II, 14, 2 sq., M, 7, 750 B ; — « Hae sunt doctrinae hominum et daemoniorum... natae *de ingenio prudentiae saecularis*, quam Dns stultitiam vocans, stulta mundi in confusionem etiam philosophiae ipsius elegit » ; Tertull., De praescript., 7, M, 2, 19 A ; cf. 6 sq. — Idem deridet doctores priores qui per philosophicum concordismum animos ad fidem adducere voluerunt ; De testim. animae, 1, M, 1, 609. — Hippolytus intendit probare omnes haereses « *ex graecorum sapientia* principium duxisse » ; Philosoph., I, prooem., M, 16, 3021 A. — Basilius eos reprehendit qui ex principiis philosophiae mysteria dijudicare volunt, τὰ Ἑλληνικὰ

νοσοῦντες ; De Spir. Sancto, 17, n. 43, M, 32, 148 c ; « Sic Arianos in perfidiam ruisse cognoscimus, dum Christi generationem putant *hujus saeculi usu* colligendam » ; S. Ambros., In Ps. CXVIII, 10, M, 15, 1514.

b. ex ratione agendi doctorum suspectorum : α. valde notandum est eos qui profanam philosophiam callebant apud orthodoxos suspectos fuisse ; cf. Petau, De Trinit., praef., c. III, § 6 sq., Venetiis, 1721, II, 10. — β. mirum est tamen eosdem aperte declarare se nolle aliud facere, quam traditam doctrinam explicare. Hinc omnino distinguendum est inter formulas traditionales, quas tradunt, ac individuales speculationes, quas tentant, eo magis quod inter utrasque implicita saepe habetur contradictio ; Petau, De Trinit., praef., c. VI, ibid., II, 278.

c. ex ratione agendi haereticorum : α. apud eos ethnicus influxus non indiget subtili probatione, sed manifestus est, tum ex manifesta eorum provocatione ad liberam speculationem, (apud Iren., Adv. haer., II, 13, 9, M, 7, 749 A ; 18, 6, 770 B ; 30, 2, 816 A ; Tertull., De praescr., 8, 9, M, 2, 21 sq.), tum ex eo quod eorum dogmata, pro diversa regione, diversam philosophiam redolent ; (vide de sectis gnosticis, n. 219). — β. iidem tamen dogmata retinent maximi momenti, ut de Christi divinitate (vel excellentia, plerumque supra deum Judaeorum seu demiurgum, n. 219, 500), de revelatione Patris ac Spiritus... quae proinde profitebantur, priusquam ab Ecclesia catholica recederent.

745. — (Confirmatur ex confutatione thesium oppositarum).

α. Contra influxum *Mithraïsmi* (Dupuis, S. Reinach, Dieterich), cf.d'Alès,RPA,1907, III, 462 sq., 519 sq. ; Remy, RHE, 1904, p. 290 sq.

β. Contra influxum *mysteriorum orientalium* (Anrich, Pfleiderer, Hatch, moderatius apud Cumont), cf. Blötzer, Stimmen, 1906, LXXI, 376 sq., 500 sq. ; 1907, LXXII, 37 sq., 182 sq. ; Remy, RHE, 1898, p.60 sq. ; Lagrange, O. P., Correspondant, 1910, CCXL, 209 sq.

γ. Contra influxum *neoplatonismi* (recentius Havet,Picavet) ; cf.Baltus, S.J., Défense des Saints Pères accusés de Platonisme, Parisiis, 1711.

Prob. V : stat nihilominus doctrinae catholicae transcendentia.

746. — (Ex ejus analysi). — Vere transcendens habenda est doctrina quae notis *a.* tum externis, *b.* tum internis, ab omnibus ethnicis doctrinis plane et mire diversa est ; a... ; e...

Ad M. : Vide supra principium originalitatis, n. 712.

Ad m. : *a. notae externae* : α. *dogmatismus*, scl., dum reliqui cultus nullam dogmaticam traditionem firmam habent nullamque moralem, aut vagos tantum mythos exhibent, qui ad quamlibet philosophiam pro tempore accommodari solent, sola religio Christi « depositum fidei » fidelibus suis tradit usque ad effusionem sanguinis defendendum ; — β. *historicismus*, i.e., dum reliqui cultus mythologia antiquitus delectantur,aut recentius ad allegoricam stoicorum interpretationem confugiunt, immo ut atheos plerumque habent qui mythos historice interpretari volebant, uti Evhemeristae, sola Christi religio audet ad historiam provocare et hominem nuperrime mortuum colendum praedicare... — γ. *exclusivismus*, i.e., dum reliquae reli-

giones fraterne inter se conspirant ritusque ac mythos invicem mutuantur, sola religio catholica omnes alias damnare audet,non tantum ethnicas, sed etiam haereticas, ut patet ex genere prorsus novo scriptorum apologeticorum atque haereseologicorum apud christianos... — δ. *prudens syncretismus*, i. e. audax simul ac circumspecta libertas, qua doctores catholici ut proprium sibi vindicant quidquid ubique consonat cum regula fidei, ea tantum respuendo quae eidem regulae repugnant.

« Non quod aliena sint a Christo instituta Platonis, sed quod non omnino similia, ut nec etiam aliorum... Quaecunque igitur apud alios omnes praeclare dicta, ea nostra sunt christianorum » ; S. Justin., Apol. II, 3, M, 6, 465 B ; cf. Apol. I, 20, 357 C ; S. Irenaeus, Adv. haer., IV, 30, 3, M, 7, 1067 C ; Clemens Alex., Strom., I, 7, 19, 20, M, 8, 732 sq., 805 sq. ; Strom., VI, 15, M, 9, 345 sq. ; S. Basil., De legendis gentilium libris, M, 31, 564. « Neque enim et litteras discere non debuimus, quia earum repertorem dicunt esse Mercurium, aut quia Justitiae Virtutique templa dedicaverunt...propterea nobis justitia virtusque fugienda est ; immo vero quisquis bonus verusque christianus est Dñi sui esse intelligat ubicunque invenerit veritatem, quam confitens et agnoscens etiam in Litteris Sacris superstitiosa figmenta repudiet » ; S. August., De doctr. christ., II, 18, M, 34, 49 D ; S. Hieronym., Epist. LXII, M, 22, 606 C ; LXX, M, 22, 664...

b. notae internae : α. *logica cohaerentia*, unde fit ut glorientur doctores catholici se ab ethnicis nugis aliquando liberatos esse : « Quaedam similia his qui apud vos in pretio sunt... quaedam autem plenius et divinius disserimus, idque soli cum demonstratione, καὶ μόνοι μετὰ ἀποδείξεως » ; S. Justin., Apol. I, 20, M, 6, 357 C. Haec cohaerentia causa est, cur potuerint, illaesa originali ejus forma, ad « aedificium fidei » lapides undequaque colligere ; de Margerie, Théodicée[3], II, 358 sq.— β. *sublimitas doctrinae*, de qua supra, n. 648 sq.

Prob. VI : ejusmodi transcendentia miraculum morale arguit.

747. — (Ex notione miraculi). — Miraculum arguit quidquid est supra vires humanas ; a. doctrinam catholicam complexive sumptam esse supra vires humanas patet ex ejus notis *a.* tum externis, *b.* tum internis ; e...

Ad m. : *a. notae externae* supra recensitae, α, β, γ, n. 746, ostendunt *securitatem in veritate* supra humanam conditionem, nam de facto nulla alia religio ausa est auctoritative ita docere, nec de jure id audere potest solis rationis viribus confisa (uti dilucidum fit v. g. ex historia sectarum protestantium) ; — notae autem γ et δ ostendunt *amorem veritatis* (sive in excludendo, sive in recipiendo) supra humanam prudentiam (quae libentius admitteret concessionismum, vel systematicam et absolutam contradictionem adversariorum), ut patet ex aliarum religionum tolerantismo vel exclusivismo : requirit proinde, sicut sanctitas Ecclesiae, auxilium quoddam praeternaturale...

b. notas internas speciale divinae sapientiae auxilium arguere probatur, tum ex comparatione cum aliis cultibus omnibus, apud quos tot sunt aut absona aut obscena, tum ex naturali difficultate assequendi veritatem de rebus ejusmodi absque erroris admixtione, n. 194, a fortiori in tali perfectionis gradu.

Miraculo non obstare ullas analogias dogmaticas jam ostensum est, cum stabilivimus principium « originalitatis », n. 712.

Egregie Lactantius : « Non sic philosophiam nos evertimus, ut Academici solent, quibus ad omnia respondere propositum est (quod est potius cavillare et illudere) ; sed docemus nullam sectam fuisse tam deviam... quae non viderit aliquid ex vero... Quodsi exstitisset aliquis qui veritatem sparsam per singulos per sectasque diffusam colligeret in unum ac redigeret in corpus, is profecto non dissentiret a nobis. Sed hoc nemo facere nisi veri peritus ac sciens potest. Verum autem scire non nisi ejus est qui sit doctus a Deo » ; Divin. instit., VII, 7, M, 6, 759.

748. — Scholion I : *De syncretismo heterodoxo.*

De libris hermeticis, Malon, AA, I, 1342 ; de gnosticismo, Duchesne, AA, I, 298 sq.

749. — II. *De syncretismo ethnico.*

Boissier, La fin du paganisme[3], l. V, c. II, § 4, t. II, p. 222 sq. ; La relig. romaine d'Auguste aux Antonins, Parisiis, 1874, I, 428 sq.

C. II. DE ANALOGIIS RITUALIBUS.

Thes. LXXVIII. — I. Neglectis analogiis ritualibus quae ex unitate naturae humanae satis explicantur, II. negatis aliis nonnullis, gratuito assertis, III. ritus quosdam Judaicos ab ethnicis quadantenus ortos agnoscendum est. IV. Factis tamen critice perpensis, nil inde contra divinam mosaïcae religionis originem erui potest, V. sed potius, si differentiarum ratio habetur, Judaicae liturgiae transcendentia haud parum elucet, VI. divinamque ejus originem haud mediocriter suadet.

750[a]. Cf. de Broglie, Condamin, Bricout, Huby, Sellin, Pinard, supra citatos, n. 721 ; Lagrange, Relig. sémit.[2] ; Wilmers, De relig. rével., p. 299 sq...

750[b]. Praenot. : Eadem ac supra, n. 723.

Prob. I : analogiae nimis generales negligendae.

751. — Probatum est in genere, stabiliendo principia « uniformitatis » ac « dependentiae », n. 710, 711.

De facto nimis generales habendae sunt *ablutiones, prostrationes, vota, oblationes « ex voto » factae, sacrificia boum aut ovium* omnibus pastoribus communia...

Prob. II : analogiae quaedam prorsus negandae.

752. — Ratio est quod desunt argumenta historica valida.

Ita *de totemismo* Hebraeorum, n. 722, 724.

Ita *de cultu lapidum,* cujus indicium esse volunt tabulas Legis in arca inclusas ; Stade, Geschichte des Volkes Israël, Berolini, 1887, I, 457, cui accedit aliquatenus Loisy, RCF, 1900, XXIV, 362.

Prob. III : quaedam ab ethnicis dependentia agnoscenda.

753. — Ratio est conformitas singularis multarum particularitatum.

Verum 1° *aliae videntur ex unitate speciei ortae,* nam eae notae communes sunt omnibus *sēmitis ;* ejusmodi sunt : α. multae *dispositiones civiles* affines Legi Hammurabensi ; sed cum dispositiones parallelae Legis Mosaïcae minus evolutae sint, licet posteriores tempore, potius derivatae videntur

ab antiquis usibus olim communibus, AA, I, 360 sq. — β. *distinctiones ciborum* in puros atque impuros ; cf. Lagrange, Relig. sémit.², p. 147 sq. — γ. *ritus sacrificales* nonnulli ; cf. Jaussen, RB, 1906, p. 91 sq. ; Coutumes des arabes au pays de Moab, Parisiis, 1909, p. 339 sq. ; Lagrange, Relig. sémit.², p. 247 sq. — δ. *ritus festivi*, uti processiones... — ε. quoad *sabbata*, res potius neganda videtur, AA, I, 381...

2° *aliae potius veram imitationem arguunt*, nam notae individuantes horum rituum communes sunt tantum uni aut alteri ex Hebraeorum vicinis ; ejusmodi sunt : α. *circumcisio*, Lagrange, Relig. sém.², p. 242 sq. — β. quae pertinent ad dispositionem *arcae, templi, ad vestes sacerdotales ritusque sacrificales majores*...

Prob. IV : hae dependentiae mosaïcae transcendentiae non obstant.

754. — Nil enim in V^e T° sancitur quod sit aut contra rectam rationem, ut idololatria, fetichismus... aut contra bonos mores, ut luxuria in omnibus cultibus vicinis florentissima, sacrificia humana etc.

Dieu « ne s'est pas soucié, c'est vrai, d'introduire dans la Loi les raffinements de la civilisation, mais il en a exclu la pourriture » ; Lagrange, La méthode historique², p. 170 sq.

Absentia horum errorum dogmaticorum vel ethicorum per se habet vim criterii negativi ; verum, si spectatur difficultas eos devitandi, habet vim criterii positivi, n. 630.

Prob. V : immo transcendentia Legis haud obscura manet.

755. — 1° (Ex effectu Legis mosaïcae). — Illa lex singulari excellentia eminet quae, ritus quosdam sive tolerando, sive imitando, sive corrigendo, id obtinuit quod nulla alia, i. e. strictum monotheismum ; a... ; e...

Ad m. : liquet *a. ex constanti polytheismi proscriptione* in V^e T° — β. *ex opinione reliquarum gentium*, quae maximam oppositionem persenserunt : « Moses, ait Tacitus, quo sibi in posterum gentem firmaret, novos ritus contrariosque ceteris mortalibus indidit. Profana illic omnia quae apud nos sacra ; rursus concessa apud illos quae nobis incesta... » Histor., V, 4 ; « apud ipsos fides obstinata... sed adversus omnes alios hostile odium... Judaei mente sola unumque Numen intelligunt » ; Histor., V, 5. Diodor. Sicul. : « Sacrificia vitaeque rationes [Moses] diversas prorsus ab aliis gentibus ordinavit » ; XL, 3, apud Photium, Cod. 244, M, 103, 1392 c ; pariter loquitur Manetho, Aegyptius sacerdos, apud Flav. Josephum, Contra Appion., I, 26...

756. — 2° (Ex analysi liturgiae Judaicae). — Illa liturgia manifesto eminet, quae exhibet : *a.* sensum longe ab aliis diversum, *b.* characterem ethicum constantem, *c.* continuam oppositionem non tantum immoralibus aliarum religionum ritibus, sed etiam quibuslibet abusibus rituum in se bonorum ; a... ; e...

Ad M. : vide principia « primatus », n. 708, atque « originalitatis », n. 712.

Ad m. : *a. diversus liturgiae mosaïcae sensus* liquet : α. ex diverso dogmate de Deo (unico, transcendenti, fidelium patre...) ; β. ex relatione singulorum fere rituum ac festorum ad eventus aut praeteritos commemorandos

aut futuros praefigurandos eosque omnes doctrinam puram ac Deo dignam significantes ; Lagrange, Relig. sémit.², c. VIII, p. 283-314 : inde omnes ritus, etiamsi communis eorum origo fuisset, facti essent formaliter diversi, n. 708 ;—*b. character ethicus* revera sequitur ex dogmate supradicto : nempe apud alios populos omnes ritus ut plurimum efficaciam habent per se, independenter a conditione morali subjecti ; pertinent ergo ad superstitionem atque ad magiam, potius quam ad religionem ; apud Judaeos autem ritus non adhibentur nisi ad deprecandum Deum ac continuo purificandi cordis necessitas inculcatur ; — *c. constans reactio* liquet : α. contra impudica et obscena aliorum cultuum elementa... β. contra ethnicorum superstitionem, dum etiam in ritibus usibus ethnicis analogis caute provisum videtur, ut aliquot particularitates ethnicae superstitioni contradicerent, uti observarunt ethnici, n. 755, et Judaei, v. g. Maimonides, Le Guide des égarés (ed. Munk), Parisiis, 1856, III, c. XXIV sq., p. 249 sq., 277 sq. ; quem in hac re secutus est S. Thom., I, II, q. 102, a. 3, a. 4, 3^m, 5^m, 7^m... ; cf. de templi unicitate, Prat, Le code du Sinaï, Parisiis, 1904, p. 29 sq., 42 sq... γ. tandem contra periculum formalismi v. g. protestantur prophetae Deum non indigere victimarum sanguine aut crassis illis sacrificiis ; textus vide collectos a S. Irenaeo, Adv. haer., IV, 17. M, 7, 109 sq.

Prob. VI : **ejusmodi transcendentia miraculum certo arguit.**

757. — (Ex comparatione cum tendentiis naturae, immo ipsius gentis Judaicae). — Illud profecto sine speciali Dei auxilio explicari nequit, quod apparet *a.* non tantum contra communem naturae humanae conditionem, *b.* sed etiam contra ipsius gentis Judaicae indolem ; a... ; e...

Ad. m. : *a.* contra communes naturae leges ita apud Judaeos factum esse constat, ex comparatione cum impiis aut impuris reliquorum Semitarum cultibus... *b.* contra ipsorum Judaeorum indolem, constat ex eo quod vicinos populos excultiores atque victores naturaliter imitari debuissent ; immo ex eo quod saepe impuri illi cultus totam fere Judaicam gentem sibi subjecerunt, unde patet eam naturaliter ad luxuriam aeque pronam fuisse ac reliquas gentes ; immo, critice loquendo, multo majus miraculum videtur lapsos e coeno semel et iterum revocare, quam a lapsu prohibere ; post lapsum enim de viribus naturae dubitari nequit.

758. — **Scholion**. *De mente Patrum.* — Patres non pauci Deum ex clementi quadam tolerantia (συγκαταβάσει) nonnulla Judaeis concessisse ab ethnicis accepta aut ethnicis affinia censuerunt. Rem hic notamus, quatenus *critice* de dependentia nobiscum consentiunt ; iterum eam invocabimus, cum de dependentia *philosophice* dicemus, n. 795 sq., 799.

Thes. LXXIX. — I. **Analogiae quae inter liturgiam catholicam et reliquas intercedunt nullum in eam ethnicorum vel heterodoxorum cultuum substantialem influxum arguunt,** II. **bene tamen accidentalem,** III. **quin inde nec catholicae liturgiae transcendentia,** IV. **nec specialis Dei erga eam providentia denegari possit.**

759[a].— Blötzer, Stimmen, 1906, LXXI, 500 sq. ; de Broglie, Relig. et critique, c. II, p. 109 sq. ; D. Cabrol, RPA, 1906, III, 209 sq., 278 sq. ; AA, I, 832 sq. ; Origines liturgiques, p. 47 sq., 197 sq. ; Grisar, Civilta catt., 1900, p. 450 sq. ; Wiseman, Lettres à J. Poynder, ap.M, Dém.évang., XVI, 206 sq. ; Newman, Essai sur le développ[t]., Parisiis, 1906, p.259 sq.; Pinard, Infiltrat. païennes, p. 48 sq.

De christianis festis : Kellner, Heortologie[2], Friburgi, 1906 ; Thurston, Month, 1907, p. 225 sq. ; D. Quentin, RQH, 1908, p. 207 sq. — *De singulis punctis*, D. Cabrol, Dict. d'archéol., art. Ame, I, 1471 sq., 1543 sq. ; Amulette, I, 1799 sq. ; Athènes, I, 3072 sq. (ubi nonnulla citius quam cautius asserta) ; Aubes, I, 348 ; Catéchuménat, II, 2579 sq. ; Cénobitisme, II, 3053 sq...

759[b] — **Praenot.**: I. *De catholicae liturgiae evolutione.* — Triplex periodus distingui potest : *a. originis*, saec. I° et II° : ritus valde simplices ; doctores erga fastum ethnicum valde severi ; *b. incrementi*, saec. III° : evolvuntur ritus, crescente fidelium numero ac libertate ; *c. liberae expansionis*, inde a saec. IV° : Ecclesia succedit in locum cultuum ethnicorum. Cf. AA, I, 841 sq.

760. — II. *Adversarii.* — *a. Protestantes* qui, inde a Luthero et Calvino, Romanae Ecclesiae paganismum denuntiare solent : « quia partim ex gentium deliriis exemplar sibi sumpserunt, partim simiarum more temere imitati sunt veteres Mosaïcae Legis ritus... » Calvin., Inst. christ., l. IV, c. x, n. 12. — *b. Rationalistae*, praesertim post deismum ac philosophismum saec. XVIII[i] (Cherbury, d'Holbach, Voltaire...), ac hierologi coaevi fere omnes ; v. g. Renan catholicae liturgiae originem repetit a Gnosticismo, Dieterich, S. Reinach a Mithraïsmo, Harnack a mysteriis orientalibus...

761. — III. *Stat. quaest* — Negatur influxus *substantialis*, i. e. qui determinasset septem sacramentorum institutionem aut essentialia Ecclesiae festa, v. g. Paschatis ; conceditur *accidentalis*, scl. vel per imitationem, vel per adoptionem quorundam rituum ethnicorum...

Prob. I : extraneus influxus in cathol. liturgiae substantiam nullus.

762. — 1° (A priori, ex originalitate certa christianismi in reliquis). — Nisi validae rationes in contrarium afferantur, standum est pro originalitate etiam liturgica alicujus cultus qui in reliquis miram originalitatem exhibet ; a. Ecclesia catholica... ; e...

Ad M. : talis enim imitatio esset contra indolem hujus societatis aliunde notam, ergo in qualibet materia valde improbabilis, sed multo magis in re liturgica, propter intimum nexum inter ritus ac dogmata.

Ad m. : originalitas catholica manifesta est *a. tum in speculativis*, i. e. α. *in praecipuis dogmatibus* de Dei attributis, de Filio, de redemptione et adoptione, de novissimis... β. *in mira fecunditate apologetarum* ac doctorum christianorum collata cum sterilitate apologetica seu theologica cultuum ethnicorum : intra Ecclesiam enim scribunt fideles in testimonium fidei ; intra cultus ethnicos soli fere scribunt philosophi aliusque in aliam opinionem... *b. tum in practicis*, quia sola audet reliquos cultus omnes damnare atque impugnare :

« Ne autem unum, quod in primis insigne est divinitatis Salvatoris indicium, praetermittam, quis unquam vel homo tantum, magus, vel tyrannus, vel rex per se ipsum cum tanta

gentium multitudine congredi potuit atque contra universam idololatriam... contra totam gentilium sapientiam... quis contra omnes illos contendere et uno eodemque impetu resistere potuit sicut D. N. » ; S. Athanas., De incarn. Verbi, 53, M, 25, 189 B. — « Nihil ergo restat, ut dicant [ethnici] cur hujus Dei sacra recipere noluerint, nisi quia solum se coli voluerit... » S. August., De cons. evang., I, 18 sq., M, 34, 1053 sq. — Vide de hoc argumento Pinard, Infiltrat., p. 53 sq.

763. — 2°. (Ex analysi rituum). — Negandus est critice ullus substantialis influxus, ubi *forma* ritus diversa est ac *materia* aut nimis generalis ac proinde communis, aut quoad notas individuantes valde diversa ; a... ; e...

Ad M. : vide principia supra stabilita, 1. primatus ideae, 2. unitatis organicae, 3. dependentiae, n. 708 sq.

Ad m. : *a. forma* est dogma plerumque plane diversum :

« Ex eo quod quis eadem ratione sacra facit, non eum sequitur eidem sacra facere aut eidem offerre preces qui eadem in precibus postulat... — Diversum enim propositum... diversam rem faciunt, τὸ βούλημα ἀλλοῖον ποιεῖ τὸ πρᾶγμα » ; Orig., Cels., V, 47, M, 11, 1253 D. — « Inquirendum enim est quibus dogmatis... impulsi fuerint, ut, si propter sana dogmata... laudetur, si propter falsa, vituperetur... Quod unum videtur... diversum fit pro diversis hominum voluntatibus » ; VII, 63 sq., M, 11, 1509 sq. — « [Faustus] etiam dicit nihil nos mutasse de moribus gentium, nesciens quid loquatur... Cum enim maneant ad formandam vitam fidelium tria haec, fides, spes, charitas, unde fieri potest ut pares cum aliquo mores habeat qui haec tria cum illo paria non habet... » S. August., Contra Faust., XX, 23, M, 42, 387 sq. — « Si non credis quod credunt gentes, non speras quod sperant gentes, non amas quod amant gentes... non te terreat commixtio corporalis in tanta separatione mentis » ; Serm. de kalendis II, 2, M, 38, 1025. — Cf. S. Hieronym., Epist. CIX, M, 22, 907...

b. materia, si praescinditur a particularitatibus ritus, est omnibus communis : v. g. aqua in baptismate (vel per immersionem, vel per aspersionem, vel per ablutionem), panis et vinum... oleum...

764. — 3° (Ex historia singulorum rituum).

a. Ex absentia accusationis : profecto enim cultus coaevi christianismum furti accusassent, si eorum ritus imitatus esset ; a. nulla ejusmodi accusatio. Vide Pinard, Infiltrat., p. 54 sq.

b. Ex origine singulorum rituum evangelica. Vide tract. *De sacramentis*. Hoc praecipuum argumentum est, nempe sacramentorum vel praecipuorum festorum *proprium saltem germen* in evangeliis contineri.

In specie de *baptismate* cf. D. Cabrol, Dict. d'archéol., II^a, 251 sq. — de *eucharistia*, Mangenot, Évang. synopt., p. 435 sq. ; Pinard, Infiltrat., p. 57 sq.— de *Paschate*, Lagrange, Quelques remarques sur l'Orpheus, p. 33 sq. ; Mangenot, Résurr. de Jésus, p. 345 sq. ; Pinard, Infiltrat., p. 61 sq. — de *Nativitate*, Duchesne, Orig. du culte chrét.², p. 254 sq...

Prob. II : accidentalis influxus in cathol. liturgiam admittendus.

765. — (Ex oppositione inter statum liturgiae primaevum et subsequentem). — Cultus *a.* primitus valde jejunus, *b.* ethnico apparatui contrarius, *c.* postea vero ad exemplum ethnicorum aliquatenus evolutus, eatenus ab ethnicis pendere dicendus est ; a. cultus catholicus... ; e...

Ad M. : nil enim inde plus probatur, quam liturgiam illam secundum typum ethnicum (seu receptum) aliquatenus accommodatam esse.

Ad m. : *a. cultus catholicus primitus valde jejunus* apparet, tum ex evangeliis et ex Act. apost., tum ex prioribus Patribus...

b. apparatus ethnici impugnatio, plane ceterum necessaria ne neophyti seducerentur, dilucida est apud priores Patres :

Epist. ad Diognet., 3, Funk, Patr. apost.², I, 314 ; S. Irenaeus, Dem. apost. praedic., 96, Text. und Unt., XXXI, 1, p. 50 ; S. Justin., Apol. I, 9 sq., M, 6, 340 sq., 345 ; Clemens Alex., Strom., V, 11, M, 9, 113 ; Origenes, Cels., I, 5, M, 11, 664 ; VII, 44, M, 11, 1485 ; VIII, 17, M, 11, 1543... Arnob., Contra Gent., VI, 3, M, 5, 1164 ; VII, 1, 51, M, 5, 1219 C, 1288 B ; Lactant., De ira Dei, 23, M, 7, 148 A ; Divin. inst., VI, 1 sq., 25, M, 6, 635 sq., 729 B... Vide tamen P. L., M, 3, 402 sq. ; 517 sq. ; M, 5, 492 sq...

c. evolutio subsequens manifesta est :

α. *quoad ritus baptismi* secundarios, qui inde a saec. II° similes aliquatenus fiunt ritibus initiationis in « mysteriis » : cf. S. Ambros., De myster., M, 16, 399 sq. ; S. Cyrill., Catech. mystag., M, 33, 1060 sq. ; S. August., Serm. ad infant., IV, V, M, 38, 1099 sq. — Cf. Pinard, Infiltrat., p. 69 sq. ; D. Cabrol, Dict. d'arch., art. Baptême...

β. *quoad templa eorumque supellectilem,* maxime post edictum Mediolanense, an. 313, « l'encens, les fleurs, les vases d'or et d'argent... les chants, les processions, les époques de certaines fêtes passèrent des autels du vaincu à l'autel triomphant. Le paganisme essaya d'emprunter au christianisme ses dogmes et sa morale ; le christianisme enleva au paganisme ses ornements » ; Chateaubriand, Étud. histor., II, 101, apud AA, I, 846. — Cave tamen hoc assertum ad litteram accipias ; cf. Duchesne, Origin. du culte chrét.², p. 365 sq.

γ. *quoad festa eorumque ritus,* distinguas α'. festa *conversa.* β'. festa *protestationis,* γ'. festa *aemulationis :* α'. *in primis,* Ecclesia retinuit ritum ethnicum, ea tantum emendando quae superstitiosa erant, v. g. Robigalia = Rogationes ; cf. Duchesne, Origin.², p. 276 ; — Feriae sementinae, feriae messis, feriae vindemiales = feriae quatuor temporum ; cf. Grisar, Rome et les papes, p. 332... β'. *in secundis,* ethnicorum festis Ecclesia ritus poenitentiae ac reparationis opposuit ; v. g. Ludi Apollinares (5-13 Julii) = festum Collectorum ; D. G. Morin, R. Bén., 1897, p. 340 ; Kalendae Januariae = Missa ad prohibendum ab idolis ; D. Cabrol., Orig. liturg., p. 203 sq... Id autem probabilius negandum videtur quoad festum Purificationis (2 febr.) = Amburbalia, Lupercalia... γ'. *in ultimis,* Ecclesia procuravit ut ethnicis festis christiana festa opponendo fideles ab eis avocaret ; v. g. Cara cognatio = Natale Petri de cathedra ; cf. Grisar, l. c. ; Duchesne, Origin.², p. 247 sq. Probabilius id nega, quoad designationem *diei* Nativitatis ; Duchesne, ibid., p. 254.

Prob. III : stat nihilominus catholicae liturgiae transcendentia.

766. — 1° (Quasi a priori, ex effectu). — Cultus ille reliquos mire excedit, qui *a.* reliquorum omnium odium sibi devinxit, *b.* ac nihilominus omnes pariter devicit ; a... ; e...

Ad M. : *a.* nisi enim intime discreparet, fraterne cum reliquis conspirasset ; *b.* si ejusdem esset conditionis, reliquorum sortem consecutus esset.

Ad m. : *a. commune odium,* etiam sectarum christianarum, patet ac facile explicatur ex catholico exclusivismo ; cf. S. Athanas. et S. August., n. 762 ; — *b. victoria* eo mirabilior est, quod vicit, non obstantibus undecim persecutionibus, nulla vi adhibita, nisi postquam orbem Romanum totum ferme converterat, dum reliqui cultus corruerunt, ubi status patrocinio orbati sunt.

« Tandis que la doctrine chrétienne acccomplissait ce prodige de triompher du monde ancien malgré les lois et la police impériale, les mystères mithriaques [quae ex ethnicis omnibus maxime floruerant] furent promptement abolis, dès que la protection de l'état se changea en hostilité » ; F. Cumont, Myst. de Mithra, Bruxellis, 1896-99, I, 343.

767. — 2° (Ex analysi liturgiae). — Illa liturgia vere excellit, quae *a.* (negative), sola nil ridiculi aut obsceni admisit, *b.* (positive), sive dogmatibus quae inculcat, sive prudentia qua usa est, inter reliquas mire eminet ; a... ; e...

Ad M. : *a. absentia obscenorum aut ridiculorum elementorum* ex eo aestimanda est, quod eodem tempore mysteria orientalia, diu a Graecia et ab Italia proscripta, jam communiter recepta erant ; invaluerat proinde summa morum corruptio.

Vide de mysteriis Mithriacis, « mascarades sacrées », « thaumaturgie », F. Cumont, ibid., I, 81, 314 sq. ; II, 535 ; Relig. orient., p. 309, not. 54... Perpende judicium Taciti : « Roma, quo cuncta undique atrocia aut pudenda confluunt celebranturque » ; Annal., XV, 44 ; item judicium Senecae : « Dii autem nullo debent coli genere, si et hoc volunt » ; apud August., De civ. Dei, VI, 10, M, 41, 190...

b. excellentia positive probatur : α. *ex praestantia dogmatum* quae totam liturgiam novo spiritu informant. Hoc praecipuum argumentum ; cf. principia critica, n. 708 sq.,et textus Patrum, n. 763 ; — β. *ex mirabili Ecclesiae prudentia* in respuendis, aut admittentis,aut emendandis ritibus, eo tantum fine, quem de facto consecuta est, ut ethnicismum de medio tolleret :

α'. *Initio,* contra « prudentiam carnis », quam secuti sunt omnes fere philosophi, Socrates, Plato, Cicero, Plotinus,Jamblichus...omnes ethnicos ritus respuit, ne neophyti pervertantur ;—β'.*Postea,*pauca tolerat accidentalia, ut substantialia tollat : « Il est à remarquer que plus les hommes s'éloignent de l'époque où ils ont passé du polythéisme au théisme, plus les prêtres favorisent hardiment les retours passagers de l'esprit humain vers quelques usages ou quelques notions du polythéisme, parce qu'ils ne redoutent plus un rival tout-à-fait anéanti » ; B. Constant, Du polyth. romain, Parisiis, 1883, I, 300. — γ'. *Postquam autem vicit,* eo liberalior facta est erga elementa indifferentia, quo minus periculosa evaserant ; eo rigidior erga superstitiosa,quo ad proscribendum potentior erat; vide v.g.de Victoriae simulacro, S. Ambros., Epist. XVIII, M, 16, 971 sq. ; speciatim, n. 39, 982 B ; de parentalibus, S. August. : « Visum [est] majoribus nostris ut huic infirmitatis parti *interim* parceretur... jam [vero] tempus esse... *ut ea quae ut essent christiani concessa sunt, cum christiani sunt, respuantur* » ; Epist. XXIX, 9, M, 33, 118; cf. de Lupercalibus Gelasium : « Dicis etiam christianis temporibus haec fuisse... Numquidnam... ideo tolli minime debuerunt ? Multa sunt quae a singulis pontificibus diverso tempore sublata sunt noxia vel abjecta. Non enim simul omnes in corpore curat medicina languores, sed quod periculosius conspicit imminere » ; Advers. Andromachum, M, 59, 116 A.

Prob. IV : **haec transcendentia miraculum morale suadet.**

768. — Eodem modo argumentare atque in thesi praecedenti, n. 747.

Thes. LXXX. — I. Speciatim, quanquam ethnicae superstitionis in Sanctorum cultum influxus aliquis agnosci potest, II. hujus tamen cultus neque originem, III. neque elementa substantialia inde repetere fas est.

769. — D. Cabrol, RPA, 1907, V, 36 sq. ; Delehaye, Légendes hagiogr.², Bruxellis, 1906 ; praesertim c. VI, p. 168 sq. ; Les origin. du culte des martyrs, Bruxellis, 1912 ; Newman, Essay on the Development, p. II, c. IX, XII ; Vacandard, Origin. du culte des SS., RCF, 1910, LXIV, 293 sq. ; 1911, LXVI, 418 sq. ; LXVII, 180 sq. ; LXVIII, 158 sq. ; Wiseman, Lectures on the principal Doctrines and Practices of the cath. Church, Dublin, 1867, c. XIII, p, 283-425. — De martyribus, cf. n. 584.

C. III. DE ANALOGIIS MYSTICIS.

Thes. LXXXI. — I. Quanquam inter experientias catholicas et reliquas analogiae multae intercedunt, II. re tamen critice spectata, minores agnoscendae sunt quam objici solet, III. nec quidquam contra catholicam transcendentiam evincunt, cum sint plane necessariae. IV. Immo vero adeo specifice ab aliis distinctae apparent, sive in ordine communi, V. sive in ordine mystico, VI. ut religionis catholicae veritatem, verificatis conditionibus quibusdam tum objectivis, tum subjectivis, efficaciter probare valeant.

770a. — F. Chassay, Le mysticisme cathol., Parisiis, 1850 ; J. Maréchal, A propos du sentiment de présence, RQS, 1908b, p. 527 sq. ; 1909a, p. 219 sq. ; Quelques traits distinctifs de la myst. chrét., RPhil., 1912, p 416 sq. ; Newman, Lect. on certain Difficulties felt by Anglicans, lect. III ; Pinard, art. Expér. relig., AA, I, 1860 sq. ; Vac, IV, 1853 sq.

770b — Praenot. : I. *Notiones.* — *a. Experientiae notio*, Vac, IV, 1787 ; *divisio*, IV, 1807 ; supra n. 72 sq. — *b. Ordo mysticus*, lato sensu, idem significat ac religio ; stricto sensu supponit vel pro gradibus superioribus vitae spiritualis, vel (juxta opinionem securiorem, Poulain, Grâces d'oraison6, c. v, n. 19 sq.) pro experientiis specifice diversis seu miraculosis.

771. — II. *Adversarii.* — *a.* In genere, rationalistae omnes et comparatistae, quippe qui objectivitatem religionis denegent. — *b.* In specie, agnostici, fideistae ac modernistae, qui valorem cognitionis discursivae abjiciunt.

Vide *antiquitus* Celsum, apud Origen., Cels., VIII, 45 sq., M, 11, 1584 sq. ; VII, 3, M, 11, 1424 ; Julian Apost., apud S.Cyrill., Contra Julian., IV, M, 76, 677, 720 ; V, 769... *Recentius* W. James, Expér. relig2, p. 420 ; A. Sabatier, Esquisse7, p. 56, 95, sq. ; H. Bois, La valeur de l'exp. relig., p. 142 sq...

772. — III. *Stat. quaest.* — *a. Caute distinguas* processum praesentem a methodo fideistica, thes. VI, n. 71 sq. ; a methodo discursiva sed inefficaci thesis LXVae, n. 601 ; ab argumentatione partiali thesis LXXIIIae, n. 675 sq. Hic discursive ex omnibus experientiae catholicae proprietatibus arguitur. — *b. Conditiones requisitae* sunt : α. *objectivae*, scl. ut, sive ex sufficienti autobiographiarum vel librorum catholicorum studio, sive ex conversatione cum ferventibus fidelibus, catholicae pietatis indoles recte dignosci possit ; β. *subjectivae*, ut habeatur, praeter rectam voluntatem, experientia propria aliqualis earum rerum. — *c* Partes I et II criticae sunt ; reliquae philosophicae.

Prob. I : concedendae sunt analogiae psychologicae multae.

773. — Res liquet : 1° *ex affectibus religiosis*, quos produnt vel ritus vel hymni ac preces omnium religionum ; 2° *ex internis crisibus*, v. g. conversionum, in omnibus sectis christianis ; 3° *ex phaenomenis anomalis* (somniis, visionibus, extasibus, inspirationibus...) quae sibi vindicant montanismus, theurgia neoplatonica, mahumetismus, quietismus, pietismus, methodismus, omnesque illuminismi formae...

Prob. II : analogiae tamen minores sunt quam objici solet.

774. — Sufficit enim advertere ad causas indebitae assimilationis, scl. : 1° *egestatem linguae*, qua fit :

a. ut *res diversissimae* eodem vocabulo designentur :

extasis pariter dicuntur extasis *dialectica* (neoplatonicorum), *theurgica* (Jamblichi et quorundam monachorum), *hysterica* seu *cataleptica* (recentiorum hypnoticorum), *pharmaceutica* (quorundam Americanorum), *mystica* (catholicorum sanctorum), quae inter se differunt praeparatione, indole ac fructibus... — item *conversiones* dicuntur conversio *mere passiva* (Lutheri, Fl. Illyrici...), *partim activa* (Melanchtonis ac synergistarum), *instantanea* (Methodistarum), *autosuggestiva* (Americanorum : Christian-science, mind-cure), *deliberata* (Catholicorum)... Vac, IV, 1810 — item de *matrimonio mystico*, Roure, En face du fait religieux, Parisiis, 1908, p. 163 sq...

b. ut *gradus diversissimi* eodem nomine significentur :

ita *amor* dicitur affectus vel titillans per modum joci, vel urens usque ad consumptionem ; item dicito de *pace*, de *gaudio*, de *illuminatione*...

2° *dependentias litterarias*, unde fit : *a.* ut *inconscie* (sive quia res hujusmodi sunt enarratu difficiles, sive quia multi facile existimant se experiri quod in aliis mirantur) terminologia plurimi utantur christiana vel catholica, eo quidem libentius, quo magis ideali catholico delectantur ; cf. S. Franc. Sales., Entret. spirit. IX, ed. Annic., VI, 139 sq. — *b.* ut *conscie* rationalistae iisdem verbis decorent quae intrinsecus identica exoptant.

Vides ergo, cum harum differentiarum plerumque vix ratio habeatur, in hac materia methodum adhiberi *cujus vel rudem criticum puderet in qualibet alia.*

Prob. III : analogiae psychologicae sunt quadantenus necessariae.

775. — (Ex analysi psychologica experientiarum). — Analogiae contra alicujus religionis transcendentiam nil probant, quae *a.* partiales sunt, *b.* atque eatenus ex natura rei oriuntur ; a... ; e...

Ad M. : vide principia « originalitatis » et « transcendentiae », n. 712,713.

Ad m. : *a.* quod *partiales*, cf. n. 774 ; *b.* quod *ex natura rei*, liquet : α. ex *identitate subjecti humani*, cui necessario, utpote rationabili, religio apparet rationalis et appetibilis, n. 125, 148 ; β. ex *identitate viae*, scl. tendentiae ad ideale idem supramundanum ; γ. ex *identitate motoris*, scl. Dei, qui omnes omnino (gratiis sive extrins., sive intrins. supernat.) ad eundem finem adducendos curat. Quae omnia necessario sequuntur ex probata objectivitate religionis, n. 135 sq. — Cf. AA, I, 1862 ; Vac, IV, 1854 sq.

Prob. IV : experientia catholica communis a reliquis valde differt.

Apologetice rem tractando, probabimus 1° hanc diversitatem existere debere, 2° in quo sit ; cf. Vac. IV, 1857 sq.

776. — 1° (Ex proportione causae et effectus). — Illa experientia certo aliquid proprii habere debet, quae *a.* fundatur in dogmate omnino diverso ; *b.* excolitur ascesi speciali ; *c.* effectum seu efficaciam prodit singularem ; a... ; e...

Ad M. : Profunde (immo specifice) differre debet quod a causis procedit adeo diversis effectusque habet aeque singulares.

Ad m. : *a.* diversitas *ratione dogmatis* (affectus enim varii sunt pro variis

conceptibus) patet α. negative, ex eo quod, procedente tempore, reliquae religiones et sectae quasi certatim ad vagum fideismum et agnosticismum adogmaticum properant ; β. positive, ex eo quod dogmata creationis et adoptionis divinae affectus omnino proprios evocare debent ; — *b.* diversitas *ratione asceseos* patet, ex eo quod Ecclesia, juxta regulas de « discretione spirituum » (Vac, IV, 1375 sq. ; Bened. XIV, De serv. Dei beatif., l. III, c. LII, n. 4), ut spurias vel illusorias condemnat partem longe majorem experientiarum quibus nituntur aliae sectae : aliis ergo enutritur ; — *c.* diversitas *ratione effectus* inde elucet, quod sola Ecclesia catholica (aliquatenus Graeca) singularem abnegationem exhibet *obedientiae intellectualis* (per fidem stricti nominis) et *obedientiae practicae* (per dependentiam a jurisdictione triplici seu hierarchia) atque inter omnes eminet praxi sane perdifficili *consiliorum evangelicorum* vel *sanctitatis* sive communis sive extraordinariae (cf. thes. de Ecclesiae sanctitate, n. 671 sq.) : habere ergo debet unde talis fortitudo sustentetur.

777. 2° (Ex analysi experientiae catholicae). — Illa experientia vere diversa ab aliis habenda est, quae exhibet ut notas omnino proprias *a.* humilitatem, *b.* certitudinem, *c.* pacem ; a... ; e...

Ad M. : notae hic respiciendae sunt sub respectu non *ethico,* sed *affectivo ;* atqui *a. humilitas* et desperationem vitat pessimismi et superbam praesumptionem pantheismi ; *b. certitudo rationalis* stabilem regulam suppeditat, etiam deficiente affectu aut gustu ; *c. pacis fructus* sat noti sunt.

Ad m. : *a. humilitatem habet* ex dogmate creationis (tanquam filii erga patrem, spectato creationis ac religionis fine, n. 147); *b. certitudinem habet* ex natura fidei non mere affectivae, ut in fideismo, sed rationalis, et ex consensu facile cognoscibili cum magisterio sensibili, homini sensibili apprime proportionato ; *c. pacem habet* adeo evidentem, ut multi ejus admiratione ad Ecclesiam adducantur, eoque magis mirandam, quo splendidius in sanctis elucet omnibus doloribus vel contradictionibus vexatis, n. 677, 2° ; de apparentibus exceptionibus, cf. n. 676.

Prob. V : experientia catholica mystica valde etiam diversa.

778. — N. B. : Caute distinguenda sunt in vita mystica : 1° *constitutiva*, i. e. cognitio Dei jam non deductiva sed experimentalis ; 2° *connexa* vel *per se*, ut redundantia gratiarum mysticarum in partem hominis sensibilem, vel *per accidens*, ut visiones et prophetiae, quae concedi possunt absque ulla cognitione proprie mystica. De constitutivis tantum hic agi deberet ; ita in arg. 1°. Sed quoniam recentiores quidam, non tantum rationalistae, sed etiam catholici (Saudreau, Faits extraord. de la vie spir., Parisiis, 1908, p. 169 sq.) cognitionis mysticae specificitatem negant, necesse erit ut ex connexis praesertim argumentemur.

779. — 1° (Ex analysi psychologica mysticismi catholici). — Concessa aliquali analogia, quatenus utrinque habetur aliqualis ineffabilitas, apparens saltem intuitio, passivitas, motionum brevitas... discrimen tamen patet : *a. directe* (etiamsi pari modo credatur autobiographiis heterodoxis et orthodoxis), ex descriptionibus longe diversis catholicorum mysticorum, quatenus sat nitide experientias suas distinguunt tum a multis illusionibus quibus delectantur heterodoxi, tum a quibuslibet experientiis ordi-

nis naturalis ; cf. Poulain, Grâces d'or.[6], c. v, n. 19 sq., 22 sq. ; de Maumigny, Orais. mentale[4], II, 339 not. ; de Grandmaison, Rech, 1910, I, 196 sq. — *b. indirecte,* ex diversis effectibus ; nempe apud nostros : α. *incertitudo* (ex singularitate doni et ex humilitate subjecti), β. inde *humilitas ac docilitas,* γ. *ditatio sive intellectus* per sublimes conceptus, *sive voluntatis* per eximiam fortitudinem, δ. *pax singularis* (excepto tempore specialis probationis)... ; e contra apud reliquos : α. *adhaesio pertinax proprio sensui,* β. inde *individualismus ac schisma,* γ. *singularitates omnimodae* sive in speculativis, sive in practicis, n. 78, δ. *inquieta versatilitas,* quandoque amentia...

780. — 2° (Ex miraculis connexis cum solo mysticismo catholico). — Sufficit invocare prophetias quasdam de quibus critice dubitari nequit ; cf. Hamon, RPA, 1908, VI, 505 sq. ; Condamin, Ét, 1909, CXVIII, 30 sq.

Prob. VI : specificitas experientae catholicae miraculum arguit.

781. — 1°. (Quoad ordinem communem — ex pace). Speciali Dei providentiae adscribenda est *a.* res in se hominibus *difficillima, b.* sine speciali Dei permissu *impossibilis ;* a. ejusmodi est pax catholica... ; e...

Ad m. : *a. pacem ex se homini difficillimam esse* patet ex natura rei, nam quatenus pax est « tranquillitas ordinis », non in una tantum facultate ordinem supponit sed in omnibus;a.etiam solius intellectus debita ordinatio Dei assistentiam arguere videtur, n. 194 ; a fortiori evidentius est miraculum pacem splendidius elucere in ea religione quae majorem abnegationem exigit ac pluribus persecutionibus semper subjecta fuit ; — *b. eam sine Dei permissu impossibilem* esse patet, ex eo quod, pacem indebite concedendo, Deus praecipuum stimulum tolleret quo ad quaerendam veritatem incitamur videreturque approbare contra sapientiae ordinem, n. 677.

782. — 2° (Quoad ordinem mysticum — ex miraculis psychologicis). — Res liquet : *a.* vel ex *specificitate ipsius experientiae* mysticae, si hanc opinionem tenueris, n. 778 ; — *b.* vel saltem *ex miraculis plerumque adnexis* visionum, revelationum ac prophetiarum..., quae penitius, non superficietenus eas spectanti longe diversae apparent in catholicis, sive *complexu characterum psychologicorum,* sive *fructibus* scientiae ac sanctitatis, n. 799, sive *verificatione eventus indubia,* ubi de praedictionibus agitur, n. 780.

783. — Corollar. : *De experientiis mysticis sectarum.*— 1° Quemadmodum non repugnat Deum aliquando operari miracula *in sectis,* modo non fiant *in approbationem sectarum,* ita *de jure* non repugnat eum aliquando concedere heterodoxis vel ethnicis gratias proprie mysticas. — 2° A fortiori experientiae improprie mysticae denegandae iis non sunt ; sunt enim medium vehementius quo Deus animas bonae fidei ab Ecclesiam adducit.

Conclusio Tractatus iv.

784. — Quia praesens tractatus totam verae religionis evolutionem complexus est, ejus conclusio pro tota apologetica valere debet. Vide n. 795 sq.

Conclusio totius apologeticae.

I. Conclusio *logica :* de demonstrationis termino.
II. Conclusio *methodologica :* de respectivo methodorum valore.
III. Conclusio *practica :* de singularum methodorum usu.

C. 1. CONCLUSIO LOGICA.

Thes. LXXXII. — I. Per se quidem, id est modo argumenta rite proponantur atque ab homine sane disposito recte intelligantur, credibilitas fidei catholicae certa seu evidens dicenda est ; II. si autem per accidens probabilis tantum appareat, potest tamen indirecte seu reflexe ad certitudinem revocari, III. eaque certitudo, in utroque casu, non proprie sed reductive metaphysica dici potest.

785[a] — Scholasticos vide infra, n. 792 ; Vacant, De certitudine judicii quo assentimur existentiae revelationis, Nancei, 1878 ; cf. recentem controversiam (contra evid.), Hugueny, O. P., RThom, 1909, p. 275 sq. ; Critique et cath., 1910, p. 4 sq., RThom, 1910, p. 642 sq. ; (pro evid.) Lagae, RThom, 1910, p. 478 sq., 618 sq., 791 sq. ; de Poulpiquet, O. P., Objet intégral de l'apol[5]., p. 188-229.

785[b] — **Praenot :** I. *Notiones.* — Dissensus multorum in hac materia plus est in verbis quam in re, propter miram terminologiae diversitatem. Nostra ergo accurate definienda est.

a. Certitudo atque *evidentia* hic sumuntur ut voces synonymae, licet possint dici formaliter diversae, quatenus *certitudo* denotat statum subjecti, *evidentia* autem qualitatem objecti. Ratio hujus paritatis est, quod ultimum criterium certitudinis est evidentia : proinde utrique termini sunt stricte correlativi. Sed quoniam varii sunt evidentiae gradus ac species, pariter agnoscendi sunt correlativi gradus tum certitudinis, tum libertatis in assentiendo. Apud alios aliter, ita v. g. ut non sit *evidens* quod non sit simul *cogens* assensum...

Frick, Logica[2], n. 210 sq. ; T. Pesch, Logica, I, n. 477 sq.

b. Evidentia a nonnullis distinguitur *veritatis,* seu rei in se ipsa, et *credibilitatis,* seu rationum quae ad testimonium de ea recipiendum inducunt, vel imprudentiae dubii in contrarium.

Nitide Bellarminus, Controvers., De Conciliis et Eccles., l. IV, c. 3, initio ; Suarez, De fide, disp. III, sect. 8, n. 5 ; Joannes a S. Thoma, De fide, disp. II, a. 3, ed. Vivès, VII, 44 ; cf. T. Pesch, Logica, I, n. 491.

c. Dissensus major habetur de nomine *certitudinis moralis.* Lato sensu, sic vocatur summa probabilitas ; stricto sensu, certitudo quae nititur legibus moralibus ; abusive, deficiente vocabulo proprio, sic etiam dicitur certitudo

quae non est proprie nec stricte metaphysica, nec stricte physica, quia judicia praerequirit complexa, nec stricte moralis.

Supra n. 225 ; cf. T. Pesch, Logica, I, n. 488.

d. Certitudinem reductive metaphysicam vocamus eam quae ultimatim manifestari potest, non quidem judicio analytico, sed oppositione certa propositionis contradictoriae cum propositione metaphysice certa ; T. Pesch, Logica, I, n. 486.

786. — II. *Stat. quaest.* — Supponitur in p. I propositio sufficiens facti christiani vel primaevi, vel coaevi, vel transcendentiae religionis toto saeculorum decursu. In p. II supponitur demonstratio eo perducta, ut religio christiana serio et objective probabilis appareat, i. e. sub respectibus adeo multis atque ex motivis adeo gravibus, ut negari non possit eam valere pro viro prudente quolibet. Pars III nullo modo proponitur ex necessitate, perinde ac si nulla certitudo legitima esset praeter metaphysicam (quam theoriam expresse damnandam censemus in Palmieri, Instit. phil., Romae, 1874, I, thes. IX, p. 150 sq.), sed ad abundantiam, ut plenius declaretur conclusionis valor.

787. — III. *Nota.* — *a. dogmatice* : fidem esse (sive directe, sive indirecte) evidenter seu certo credibilem, *theol. certum*, ex definita fidei rationabilitate, E, 1790 (1639) ; etiam directe, *communis ac certa ; b. critice* : p. I, *certissima ;* p. II, *certa ;* p. III, quoad rem *certa*, quoad terminologiam *probabilior*.

Prob. I : fides catholica est evidenter credibilis.

788. — 1° (Ex evidentia fundamenti seu revelationis christianae). — Jam probatum est, n. 602 sq. Verum ex hoc argumento sequitur tantum credibilitas fidei *christianae* ; ut de *catholica* pariter concludatur, praerequiritur tractatus *De Ecclesia*.

2° (Ex notione evidentis credibilitatis). — Illa fides est evidenter credibilis, pro cujus divina origine militant motiva multa sejunctim certa, quae saltem conjunctim accepta (sive quaedam eligantur, sive omnia) prudens dubium non permittunt ; a... ; e...

Ad m. : Sufficit recensere methodos supra adhibitas, nimirum ex facto Judaico (tr. IV), ex facto christiano primaevo (tr. II), ex facto catholico coaevo (tr. III), ac perpendere : α. *earum vim*, quatenus non sumus argumentati ex paucis textuum frustulis, sed ex publicorum factorum fascibus ; — β. *earum independentiam*, quatenus singuli tractatus periodos omnino distinctas respiciunt, excepto tr. IV, et quatenus intra singulos tractatus curavimus, ut testium maxime oppositorum voces audiremus et concordium testium independentiam ostenderemus ; — γ. *earum tandem convergentiam*, quatenus tria facta recensita in eandem conclusionem miro modo conspirant.

Prob. II : etiamsi mere sed vere probabilis esset, posset certa fieri.

789. — Sufficit enim argumentari, uti supra fecimus, n. 692 sq. : 1° vel ex convergentia probabilitatum, 2° vel ex Dei providentia, 3° vel etiam (modo advertatur ad principium « transcendentiae », n. 713, scl. modo ne certus transcendentiae gradus gratuito exigatur) via experimentali,

Prob. III : in utroque casu certitudo dici potest reductive metaphysica.

790. — (Ex definitione data, n. 785 *d*). — Reductive metaphysica dici potest certitudo cujus falsitas propositioni metaphysicae certo repugnat ; a. certitudo de fidei catholicae veritate repugnat... ; e...

Ad m. : divinam bonitatem ac providentiam inducere omnes prudentes in errorem necessarium de rebus homini (immo fini creationis) maxime necessariis repugnat ; a. falsam esse fidem catholicam importaret ejusmodi errorem necessarium ; e...

Ad m'. : etenim : α. *perpensis religionis verae notis* (quoad speciem necessariis, ergo a priori definibilibus ; quoad intensitatis gradum nullo tamen modo determinabilibus, n. 713) nemo prudens negaverit, saltem ex complexu tractatuum II, III, IV, fidei catholicae transcendentiam saltem late dictam, n. 612... β. *spectata rei natura,* nemo prudens concesserit talem splendorem seu notarum convergentiam sine speciali Dei concursu (sive naturali, sive miraculoso, qui toties in decursu probationum apparuit saltem longe probabilior) comparari potuisse... γ. *spectata multiplicitate respectuum* sub quibus hic Dei interventus factus est vel serio probabilis vel certus, immo perpenso hoc facto, quod generice saltem consideravimus omnes respectus activitatis divinae in regenda religione, nemo prudens negaverit hunc Dei interventum non esse certum, quatenus *sola* causa est quae *simul* explicare possit tot indiciorum convergentiam ; haec enim generalis convergentia, etiam si quaedam theses plenam certitudinem non gignant, multo gravius est factum, quam fulgor unius argumenti, errori forsitan obnoxii, quia partialis... Error proinde esset omni viro prudenti necessarius.

Recte ergo Richardus Victor. : « Innumera itaque miracula et alia quae nonnisi divinitus fieri possunt in hujusmodi fidem faciunt et dubitare non sinunt... Utinam attenderent Judaei, utinam adverterent pagani, cum quanta conscientiae securitate pro hac parte ad divinum judicium poterimus accedere. Nonne cum omni confidentia Deo dicere poterimus : *Dñe, si error est, a teipso decepti sumus ?* » De Trinit., I, 2, M, 196, 891 D.

Cf. Suarez, De fide, disp. IV, sect. 3, n. 11 ; Lessius, Quae religio sit capessenda,conclusio, M, Curs. theol., III, 858 sq.

791. — **Scholion :** I. *De differentia inter probabilitatum convergentiam earumque congeriem.*

Fidem in sola probabilitatum congerie niti propositio est damnata per decretum « Lamentabili », E, 2025. — De discrimine jam dictum est, n. 699.

792. — II. *Doctrina theologorum circa fidei evidentiam.* — Ne erretur de opinione quorundam, ratio habenda est *terminologiae diversae,* de qua n.785, ac *diversi etiam quaestionis status ;* nimirum advertendum est : *a.* eos spectasse plerumque quaestionem praesentem *sub respectu theologico* ; inquirebant enim utrum ac quomodo factum revelationis vel mysteria possent esse objectum fidei *supernaturalis* ac *liberae* ; — *b.* nos vero eandem quaestionem spectamus *sub respectu philosophico* seu *apologetico :* inquirimus utrum actus fidei christianae sit rationalis, de Poulpiquet, l. c., p. 223 sq.

Eo sensu, omnes (moraliter) de directa fidei evidentia, prout probata est in p. I, consentire dicendi sunt.

S. Thom., II, II, q. 1, a. 4, 2m : « non enim crederet, nisi videret ea esse credenda vel propter evidentiam signorum, vel propter aliquid hujusmodi » ; item CG, I, 6 : « haec autem tam mirabilis mundi conversio ad fidem christianam indicium certissimum est praeteritorum signorum, ut ea ulterius iterari necesse non sit, cum in suo effectu appareant evidenter ». Cf. Commentatores in h. l. et Scholasticos in Prolog. Sent. — Suarez : « Mysteria fidei esse evidenter credibilia... est assertio certa, de qua nullus catholicus potest dubitare » ; De fide, disp. IV, sect. 3, n. 1 ; cf. disp. III, sect. 8, n. 5 sq. ; disp. IV, sect. 3, n. 12 ; sect. 4, n. 1, 15 ; sect. 6, n. 2, 3, 5. Recte tamen negat stare posse fidem, si assensus fidei praestetur formaliter propter evidentem rei revelatae veritatem, disp III, sect. 7, n. 17 sq. — Joan. a S. Thom., De fide, q. I, disp. II, a. 3 : « [Divinum testimonium] non esset « nimis credibile, Ps. XCII », si de illius credibilitate non constaret certe et evidenter »... — Valentia, De fide, disp. I, q. 1, p. 4, ed. 1609, III, 73 sq., 103 sq. — Bellarmin, Controvers., De Conciliis et Eccles., l. IV, c. 3 sq. — de Lugo, De fide, disp. V, sect. 1 et 4 — de Rhodes, De fide, disp. II, q. 2, sect. 4, § 3 : « Triumphant in hac evidentia credibilitatis fidei demonstranda SS. Patres et plerique Doctores catholici »...

Hi omnes complures ejusdem sententiae patronos citant.

793. — III. *Doctrina Ecclesiae de fidei evidentia.* — Ecclesia fidem certam seu evidentem esse, sensu supra descripto, haud obscure docet.

1° (Indirecte). — Probatur *ex exigentia certitudinis ante fidem :* cf. Inn. XI, prop. 21, E, 1171 (1038) ; Gregor. XVI, in condemnatione Li Bautain, E, 1623 (1489) ; Pium IX, in Encycl. « Qui pluribus », E, 1637 (1498) sq. ; Concil. Vatic., E, 1790 (1639) ; Pium X, in decr « Lamentabili », E, 2025.

2° (Directe). — Probatur *ex descriptione hujus certitudinis* : cf. Pium IX, E, 1638 (1499) ; Gregor. XVI, E, 1624 (1490) ; Vatican., E, 1790 (1639) : miracula et prophetiae « Dei omnipotentiam *luculenter* commonstrant... signa sunt *certissima* et omnium intelligentiae accommodata ». Ex Actis, VII, 166 d, 180 a, 181 a, colliges Patres Concilii *communiter* revelationem habuisse ut evidentem, quaestionem tamen *de jure* non definivisse ac noluisse, quoad quaestionem *de facto*, quidquam decernere de facilitate *universali* eam evidentiam percipiendi, Acta, VII, 179 c, 181 a, 158 d.

794. — IV. *De relativa revelationis obscuritate.* — Melius infra, n. 804.

Thes. LXXXIII. — I. Quemadmodum transcendentia facti Judaici, Christiani primaevi, ecclesiastici coaevi externam Dei vocationem omnibus saeculis manifestam fuisse probat, II. ita analogiae rituales miram ejus clementiam testantur, III. psychologicae autem internam unius ejusdemque Patris in omnibus vocationem. IV. Recte ergo intelligi potest, reprobato errore syncretismi seu indifferentismi, quatenus una sit religio in multiplicitate religionum, V. reddente Deo unicuique secundum opera ejus Judaeo primum et Graeco.

795. — **Praenot.** : I. *Finis theseos.* — *a. Colligit conclusionem* totius apologeticae, justificationem divinae Providentiae proponendo sive certam (in

thesi), sive serio probabilem (in scholio). — *b. Retorquet objectiones* hodie vulgatissimas ex analogiis dogmaticis, n. 721 sq., ritualibus, n. 750 sq., psychologicis, n. 770 sq.

796. — II. *De syncretismo.* — 1° Aliquando vox usurpatur pro eclectismo, cf. thes. LXXVII, n. 732 sq., 2° aliquando, sensu latiori, pro indifferentismo dogmatico, cf. thes. XIX, n. 204, ita ut una esse religio dicatur, non obstante omnium aut saltem quorundam dogmatum diversitate : ita antiquitus multi stoici ac neoplatonici, tempore Reformationis, G. Callixtus et syncretistae, recentius, alius alio modo, Kant, Schleiermacher, protestantes liberales et modernistae.

797. — III. *Nota :* cf. thes. praeced ; accuratius in tract. *De fide.*

Prob. I : aliqua Dei vocatio externa semper manifesta fuit.

798. — Assertio est corollarium thesis praecedentis. — Quoniam vera religio semper habuit aliquot signa transcendentiae, semper fuit « signum levatum inter nationes », Is. XI, 12, E, 1794 (1642), ita ut, absque studiis historicis longioribus, invitaret ad se omnes homines bonae voluntatis sensusque recti.

Nec tamen *ideo* dicenda est veritas omnibus *individuis* sufficienter proposita.

Prob. II : mira praeterea Dei elucet indulgentia, συγκατάβασις.

799. — Mire se accommodat humanae infirmitati, qui aliquid ei indulget, quo melius eam ad bonum alliciat, ac proinde eo magis homines inexcusabiles reddit, quo magis manifestum facit Deum proscribere tantum quae tolerari nequeunt.

1° Hanc συγκατάβασιν agnoscunt Patres in Ve To : S. Justin., Dial., 19, 22, M, 6, 517, 525. — Tertull., Adv. Marc., II, 19, M, 2, 333. — « Potest et hoc dici quod, ante offensam, [Judaei] decalogum tantum acceperint ; post idololatriam vero... multiplices Legis cerimonias, ut Deo potius offerrent victimas quas daemonibus offerebant et comparatione sacrilegii levius fieret quod non erat per se bonum et nequaquam malum » ; S. Hieronym., In Ezech.XX, 23 sq., M, 25, 194 B ; cf. In Jerem.VII, 21, M, 24, 733 C ; ita « ut non gentes ex Judaeis sed Judaei a gentibus sacerdotium acceperint » ; Ad Evangel., Ep. LXXIII, 3, M, 22, 678. — Euseb. Caesar., Dem. evang., I, 6, M, 22, 52, 56 sq. — « Ne itaque indignum Deo putes [quod per stellam magos vocaverit] : sic enim Judaica quoque omnia improbabis, sacrificia nempe, purificationes, neomenias, arcam ipsumque templum. Haec quippe omnia ex gentium crassitudine ortum duxerunt... cultu tamen tantisper mutato, ut illos paulatim a consuetudine abductos ad sublimem illam philosophiam [Deus] adduceret » ; S. J. Chrysost., In Mat., hom.VI, 3, M, 57, 66 A.— Theodoret., Graec. affect. curat., Serm. VII, M, 83, 996. — S. August., In Joa. tr. X, 4, M, 35, 1468 D.— S. Greg. Naz., Orat. theol. V, 25, M, 36, 161 sq. ; orat. XLV, 12. M, 36, 640 B...

In eandem sententiam, S. Thom., II, II, q. 102, a. 3 ; ibid., a. 4, 3m, 5m, 7m.

2° Eadem συγκαταβάσει usa est Ecclesia : S. August. (de parentalibus), Ep. XXIX, 9, M, 33, 118. — S. Greg. Nyss. parem prudentiam laudat in S. Greg. Thaumat., M, 10, 953 B. — S. Greg. Magn. eandem adhiberi jubet in convertendis Anglis, Epist. l. XI, ep. LXXVI, 3, M, 77, 1215 sq. (cum nota) ; cf. epist. ad S. August., monach., Epist. l. XI, ep. LXIV, M, 77, 1187 A.

Prob. III : interne pariter Deus omnes ad se vocare censendus est.

800. — (Ex analogiis psychol., n. 770 sq.). — Nam cum Deus concurrat omnibus omnino hominum actionibus, speciali titulo concurrere dicendus

est illis quae ad finem ultimum (tum suum, tum hominis) speciali modo conducunt, eo magis quod speciali providentia (propter voluntatem salvificam) procurat singulis gratias sufficientes,immo (ut conjicere licet, propter infinitam bonitatem, quam etiam religio naturalis probat) non strictim sufficientes, sed abundantiores.

Prob. IV : religio quadantenus una est, non obstante cultuum diversitate.

801. — 1° (Ratione). — Relationes ad Deum unicum formaliter eaedem constituunt religionem saltem generice unam ; a. supposita bona fide in voluntate et recta fide saltem implicita in intellectu, possunt dari, non obstante religionum multiplicitate, relationes formaliter eaedem ; e...

Ad M. : *unam* sic efformari religionem patet ex notione religionis, n. 145 ; eam *generice tantum* dici posse unam liquet ex eo quod a priori determinari nequit utrum Providentia conditiones non constituerit quae ad specialem Dei favorem in religione positiva vera consequendum ac salutem in hoc ordine obtinendam suppleri nequeant, n. 206 sq. ; *indifferentismum* autem tolerari non posse jam probatum est, n. 204 sq.

Ad m.: exiguntur : *a. fides subjective bona*, nam religio est relatio moralis, n. 145 sq. ; *b. fides objective vera*, secus non datur relatio ad eundem terminum ; sed sufficit implicita, nam religio non est scientia, sed amicitia, n. 147 ; immo ad religionem generice saltem unam *reductive* pertinent qui bona fide errores profitentur, quatenus *interpretative* Deum objective verum, proinde unum eundemque, colere intendunt.

802. — 2° (Traditione). — Cf. in tract. *De Ecclesia* thesim de anima Ecclesiae.

Proinde « res ipsa quae nunc christiana religio nuncupatur erat apud antiquos, nec defuit ab initio generis humani,quousque Christus veniret in carne, unde vera religio,quae jam erat, coepit appellari christiana... » S. August., Retract., I, 13, 3, M, 32, 603 B. — Sed quoniam rationalistae ejusmodi verba ad se pertrahunt (v. g. Tyndall, Max Müller...), « quasi alia via sit praeter Christum », cavendum est in re tam lubrica ac « vitanda [est] offensio aurium religiosarum » ; S. August., Retract., I, 4, 3, M, 32, 590 B.

Prob. V : reddet unicuique Deus secundum opera ejus.

803. — Cf. commentatores in Rom. II, 6-29.

804. — Corollar. : *De relativa revelationis christianae obscuritate.* — Duplex in revelatione christiana obscuritas spectari potest :

1° *essentialis*, scl. ex natura rei, quatenus praesens materia importat judicium historicum, de facto contingenti (quod proinde nequit manifestari evidentia metaph. aut mathem.), ac praeterea judicium philosophicum, de charactere transcendenti revelationis (quod proinde neque evidentiam sensibilem admittit, neque mathemat., neque directe metaph.) : haec praecipua obscuritatis causa est, cf. n. 225 ;

2° *accidentalis*, quatenus, etiam intra gradus certitudinis ex natura rei possibiles, quidam concipi possunt evidentiores nostro ; hujus autem obscuritatis rationes prudenter assignari possunt misericordia ac sapientia divina, nimirum :

a. divina misericordia, qua, perspecta inevitabili multorum perversitate, complacuit Deo culpam potius minuere, obscurius loquendo, quam augere, inutili lumine obcaecando. Ita Christus parabolis usus est, postquam Judaei ejus praedicationem respuere coeperunt ; cf. Buzy, Introd. aux paraboles évang., Parisiis, 1912, p. 233 sq.

b. divina sapientia, quae providere debuit, ut necessariis revelationis incommodis per haereses remedium afferret. Mire enim humanae pigritiae faveret scire omnia a tot saeculis complete ac dilucide revelata, ita ut secure dormire liceret, nisi ipsamet hujus securitatis fundamenta concuterentur ; cf. S. J. Chrysost., In Joa. hom. XVII, 4, M, 59, 112 sq. ; Roger. Bacon, De vitiis contractis in studio theologiae, ed. Steele, Londini, s. t.. p. 6 sq. — Hujus pigritiae exstimulandae causa, Patres (verbum Pauli, I Cor. XI, 19 commentantes) haereses permissas esse saepissime asserunt : « ut vel sic excutiamus pigritiam nostram et Divinas Scripturas nosse cupiamus » ; S. August., De Gen. contra manich., I, 1, M, 34, 173 sq. ; dum e contra, deficiente haereseon impugnatione, « non asserebant solutionem quaestionum difficilium, cum calumniator nullus instaret » ; S. August., In Ps. LIV, 22, M, 36, 648. Ut autem haereses essent, necesse erat ut manerent circa fidem objectivae difficultates ; Tertull., De praescr., 39, M, 2, 53.

Hinc divinius elucet admirabilis Providentia, quae, unde perversos excusandos curat, inde electorum utilitati consulit.

C. II. CONCLUSIO METHODOLOGICA.

Thes. LXXXIV. — Ad veritatem catholicae religionis manifestandam, I. praeter argumentationem per accidens usurpandam, qua ope principii reflexi a mera probabilitate ad certitudinem speculativam fit transitus, II. per se tres dici possunt methodi objective validae, descendens, transcendens, comparativa, diversis mentium statibus accommodatae, III. quae in unam synthesim diversimode consociari possunt.

805. — **Praenot.** : I. *Recensentur methodi.* — Distingui nimirum possunt :

1° *ratione praesuppositorum philosophicorum :* meth. *agnosticae,* necessario inefficaces, thes. V sq., n. 60 sq. et meth. *historico-philosophicae,* thes. X sq., n. 107 sq. ;

2° *ratione facti unde argumentantur* : meth. *descendens,* tract. II, *ascendens,* tract. III, *comparativa,* tract. IV (a praecedentibus inadaequate distincta), qua praescindendo a facto revelationis (sive mosaïcae, sive propheticae, sive christianae) arguitur ex constanti religionis mosaïco-christianae transcendentia ;

3° *ratione termini :* meth. *directae,* quae revelationis factum immediate probant (meth. descendens) ; meth. *indirectae,* quae, ex notis religionis, ad veritatem divinae originis quam sibi vindicat concludunt (meth. ascendens et comparativa, atque argumentatio ex probabilitate).

806. — II. *Finis thesеos* est mere recapitulativus.

Prob. I : ex probabilitate ad certitudinem transiri potest.

807. — Vide supra thes. LXXV, n. 692, et thes. LXXXII, n. 789.

Haec proinde argumentandi ratio vel singulis methodis sequentibus aptari potest, vel earum synthesi.

Prob. II : singulae methodi diversis mentium statibus conveniunt.

808. — (Ex analysi singularum). — Diversis mentibus statibus conve-

niunt, quae differunt *a.* praesuppositis *studiis*, *b.* *criteriis* philosophicis, *c.* praerequisitis subjecti *dispositionibus* ; a... ; e...

Prob. III : diversimode methodorum synthesis institui potest.

809. — 1° Vel *ex parte subjecti*, quatenus ostendunt ejus legitimis exigentiis ac votis integre per talem religionem satisfactum esse.

2° Vel *ex parte objecti*, quatenus ostendunt revelationem de qua agitur divinam se exhibere sub omni omnino respectu efficaciae possibilis.

810. — Schol. : I. *De distinctione inter methodum Card*[is] *Dechamps et D*[i] *Blondel.*

Vide utrinque haud satis objective Mallet, Ann, 1905, 1906, 1907, speciatim 1907, CLIII, 561 sq. (pro D° Blondel). — Bertrin, Le C[al] Dechamps et les néo-apologistes, Univers, 19-22 April., 1907 (pro C. Dechamps) ; de Ridder, Le C[al] Dechamps et l'apolog. d'immanence, Rev. apolog., Bruxellis, 1908-1909, (item).

811. — II. *De distinctione ac conjunctione utriusque apologeticae,* internae scl. et externae. —

de Poulpiquet, Objet intégral de l'apol.[3], p. 425 sq.

C. III. CONCLUSIO PRACTICA.

Thes. LXXXV. — Pro diverso animarum statu, I. errantis nimirum, II. dubitantis, III. credentis, manuductio ad Christum diversa esse debet.

I. Manuductio ad Christum hominis errantis.

812. — Ratio habenda est duplicis praeparationis :

a. intellectualis ; cf. de vitiis in hac re cavendis, de Poulpiquet, Objet intégral de l'apol.[3], p. 5-33.

b. moralis ; cf. theoriam καθάρσεως, supra n. 113 β ; Vac, IV, 1818, 2°.

II. Manuductio ad Christum fidelis dubitantis.

813. — Ratio habenda est experientiae jam factae, hinc :

a. caute advertendum est, *ne rem quasi sibi integram ac prorsus novam adoriatur* aut *ne haereat in subtilitatibus* (exegeticis aut philosophicis), nil curando aut experientiam jam factam, aut argumenta synthetica et prudentialia (v. g. ex convergentia).

b. quoniam jam intellexit atque intrinsecus sensit fidei praestantiam, *saepe utilius erit eandem excellentiam iterum menti ac cordi proponere,* quam processu mere dialectico singula iterum probanda suscipere ; cf. Bainvel, RPA, 1908, VI, 657 sq.

III. Manuductio ad Christum christiani ferventis.

814. Saepius in memoriam revocanda est promissio Christi, qua *integrae* obedientiae plenam sui revelationem pollicitus est : « Qui habet mandata mea et servat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me diligetur a Patre meo et ego diligam eum et manifestabo ei me ipsum » ; Joa. XIV,

21. Ita nimirum, per extrinsecam quasi coactionem, ad internam illuminationem in dies, Deo largiente, majorem procedendum est.

« Est ergo quaedam manifestatio Dei interior quam prorsus impii non noverunt » ; S. August., In Joa., tr. LXXVI, 2, M, 35, 1831 sq. ; « medius [quidam adventus] in quo soli eum in seipsis vident electi ; » S. Bernard., De adv. Dñi serm. V, 1, M, 183, 50.— De qua visione, cf. S. Cyrill. Alex., In Joa. XIV, 21, M, 74, 285, 290 ; S. Cathar. Siennens., Dialogues, Parisiis, 1855, c. LXI sq., t. I, p. 149 sq ; S. Teresiam, Relatio XIV, Œuvres, Parisiis, 1907, II, 236 ; S. Joan. a Cruce, Montée du Carmel, II, 26, Parisiis, 1880, II, 323... Fusius, Vac, IV, 1837 sq., 1846, 1852 ; RPhil, 1912, p. 514 sq.

TANDEM

MEMINERIT ERGA OMNES APOLOGETA

« *BENIGNITATIS ET HUMANITATIS SALVATORIS NOSTRI DEI* », *TIT. II, 4* :

815. — 1° proinde majori humilitate ac mansuetudine tractandos esse qui superbiores sunt ; S. J. Chrysost., De incomprehens., II, 7, M, 48, 718 ;

2° priusque esse « faciendum quam docendum », Act. I, 1 ; « nullus enim esset gentilis, si nos essemus christiani » ; S. J. Chrysost., In I Tim. hom. X, M, 62, 551.

Ita efficacius « *virtutes annuntiabit Ejus qui de tenebris nos vocavit in admirabile lumen suum* » ; *I Petr. II*, 9.

CUI SOLI HONOR AC GLORIA.

APPENDIX.

Restitutio Fontis Q

sequendo ordinem III[i] evangelii.

816. — N. B : Eam tabellam tradimus tanquam documentum ad intelligendos criticos atque exegetas necessarium. Quam arbitraria sit diximus, n. 324, ac data occasione probavimus, n. 548 *d*.

Q	Matthaeus	Lucas
1	III, 5, 7-12	**III**, 3, 7-9, 16, 17
2	IV, 1-11	**IV**, 1-13
3	V, 1-4, 6, 11, 12	**VI**, 17, 20-23
4	V, 39, 40	VI, 29
5	V, 42	VI, 30
6	V, 44-48	VI, 27, 28, 35[b], 32, 33, 36
7	VII, 12	VI, 31
8	VII, 1-5	VI, 37, 38, 41, 42
9	XV, 14	VI, 39
10	X, 24, 25	VI, 40
11	VII, 16-18 ; XII, 33	VI, 43, 44
12	VII, 21, 24-27	VI, 46-49
13	VII, 28 ; VIII, 5-10, 13	**VII**, 1-10
14	XI, 2-11	VII, 18-28
15	XI, 16-19	VII, 31-35
16	X, 7	**IX**, 2 ; **X**, 9, 11
17	VIII, 19-22	IX, 57-60
18	IX, 37, 38	**X**, 2
19	X, 16[a]	X, 3
20	X, 12, 13	X, 5, 6
21	X, 10b	X, 7[b]
22	X, 15	X, 12
23	XI, 21-23	X, 13-15
[**24**]	X, 40	X, 16
25	XI, 25-27	X, 21, 22
26	XIII, 16, 17	X, 23[b], 24
27	VI, 9-13	**XI**, 2-4
28	VII, 7-11	XI, 9-13
29	XII, 22, 23, 25, 27, 28, 30, 43-45	XI, 14, 17, 19, 20, 23-26
30	XII, 38, 39, 41, 42	XI, 16, 29-32
31	V, 15	XI, 33
32	VI, 22, 23	XI, 34, 35
33	XXIII, 4, 13, 23, 25, 27, 29, 30-32, 34-36	XI, 46, 52, 42, 39, 44, 47-52
34[a]	X, 26-33	**XII**, 2-9
34[b]	XII, 32	XII, 10
35	VI, 25-33	XII, 22-31
36	VI, 19-21	XII, 33, 34
37	XXIV, 43-51	XII, 39, 40, 42-46
38	X, 34, 35, 36	XII, 51, 53
39	V, 25, 26	XII, 58, 59
40	XIII, 31-33	**XIII**, 18-21
41	VII, 13, 14	XIII, 24
42	VIII, 11, 12	XIII, 28, 29
43	XXIII, 37-39	XIII, 34, 35
44	XXIII, 12	**XIV**, 11
45	X, 37	XIV, 26
46	X, 38	XIV, 27
47	V, 13	XIV, 34, 35
48	XVIII, 12, 13	**XV**, 4-7
49	VI, 24	**XVI**, 13
50	XI, 12, 13	XVI, 16
51	V, 18	XVI, 17
52	V, 32	XVI, 18
53	XVIII, 7	**XVII**, 1
54	XVIII, 15, 21, 22	XVII, 3, 4
55	XVII, 20b	XVII, 6
56	XXIV, 26,27, 37-41	XVII, 23, 24, 37, 26, 27, 34, 35
57	X, 39	XVII, 33
58	XXV, 29	**XIX**, 26
59	XIX, 28	**XXII**, 28, 30

Juxta A. Harnack, Sprüche und Reden, Lipsiae, 1907, p. 88 sq.

INDICES

1. ANALYTICUS.
2. ALPHABETICUS.

Index analyticus.

	Thes.	Pag.
Introductio generalis : De religione in genere . . .		1
Pars. I : DE APOLOGETICAE NATURA ET OBJECTO.		
Apologeticae historia, nomen, finis		3
» objectum, divisio, indoles		4
Pars. II : APOLOGETICA FORMALIS seu METHODOLOGIA.		
Art. I. : De criticae methodi ad dogmaticam relatione.		
De utriusque methodi speculativa distinctione	I	5
» » » practica conjunctione	II	6
De dubio ut inquisitionis medio	III	9
De orthodoxae cujuslibet methodi conditionibus . . .	IV	10
Art. II : De criticarum methodorum respectivo valore.		
De vitio radicali agnosticarum methodorum	V	11
De methodo fideistica seu experimentali	VI	13
» » positiva psychologica	VII	16
» » positiva historica	VIII	17
» » pragmatica	IX	18
» » historico-philosophica traditionali	X	19
» » historico-philosophica immanentiae . . .	XI	21
Pars. III : APOLOGETICA REALIS seu VIAE APOLOGETICAE PRAECIPUAE.		
Tract. I : DE RELIGIONE NATURALI.		
Prooemium : illustratur factum unde demonstratio orditur .		28
Art. I : De religionis naturalis existentia . . .	XII	30
Art. II : De praeparatione relig^{is} supernat^{lis} in naturali.		
De miraculorum possibilitate	XIII	34
» » cognoscibilitate	XIV	35
De revelationis possibilitate	XV	37
» » cognoscibilitate	XVI	39
» » necessitate	XVII	40
» » existentia	XVIII	41
De obligatione inquirendi seu de indifferentismo . . .	XIX	42
Tract. II : DE RELIGIONE SUPERNATURALI *(via descendenti).*		
Prooemium : illustratur factum unde demonstratio orditur .		44
methodus definitur.		48
Sect. I : De facto revelationis christianae *ut sensibili.*		
Caput I : De historia evangelica juxta B^{m} Paulum.		
Crisis genuinitatis Actuum Apostolorum	XX	49
» integritatis » »	XXI	51
» sinceritatis » »	XXII	52
» veritatis » »	XXIII	52
Crisis genuinitatis Epistolarum Paulinarum	XXIV	53
» integritatis » »	XXV	54
» sinceritatis B^{i} Pauli	XXVI	55
» veritatis »	XXVII	57
Caput II : De historia evangelica juxta Synopticos.		
Crisis genuinitatis	XXVIII-XXXVII	62
» integritatis	XXXVII	85
» sinceritatis	XXXVIII	87
» veritatis	XXXIX-XLII	90
Caput III : De historia evangelica juxta B^{m} Joannem.		
Crisis genuinitatis	XLII-XLVII	101
» integritatis	XLVII	116
» sinceritatis	XLVIII	117
» veritatis.	XLIX-LI	117

Caput IV : De historia evang. juxta haereticos. . LI 124
Caput V : De historia evang. juxta ethnicos. . LII 127
Conclusio sectionis I :
Evangelica traditio certo saltem substantialiter historica. LIII 128
Legatio formalis certo a Christo sibimet vindicata . . LIV 132
Sectio II : De facto revelationis christianae *ut divino*.
Caput I : De criteriis negativis . . . . . LV 138
Caput II : De criteriis positivis externis
De miraculis physicis : Christi resurrectio . . . LVI 138
Christi miracula . . . . LVII 145
De miraculis psychologicis : prophetiae evangelicae . LVIII 151
prophetiae messianicae . LIX 155
Pauli conversio . . . LX 161
De miraculis moralibus : Christianismi propagatio . . LXI 163
martyrum constantia . . LXII 163
Caput III : De criteriis internis.
De doctrinae christianae transcendentia . . . . LXIII 163
De Christi sanctitate ejusque testimonio . . . . LXIV 166
De religiosis fidelium experientiis . . . . . LXV 169
Conclusio tractatus : revelationis evang. veritas. LXVI 170
Tract. III : De religione supernaturali (*via ascendenti*).
Prooemium : illustratur factum unde demonstratio orditur. 172
methodus definitur 172
Ecclesiae immunitas ab errore . . . . . LXVII 177
Characteres ab Ecclesia affectati . . . . . LXVIII 178
Transcendentia Ecclesiae ethica . . . . . LXIX 180
Transcendentia Ecclesiae dogmatica . . . . . LXX 184
Utilitas Ecclesiae socialis . . . . . LXXI 186
Ecclesiae sanctitas. . . . . LXXII 191
Ecclesiae experientiae religiosae seu mysticae . . . LXXIII 191
Odium in Ecclesiam desaeviens . . . . . LXXIV 194
Conclusio tractatus . . . . . LXXV 195
Tract. IV : De religione supernaturali (*via comparativa*).
Prooemium : illustratur factum unde demonstratio orditur. 200
methodus definitur. 200
Caput I : De analogiis dogmaticis.
Analogiae in doctrina Veteris Testamenti . . . LXXVI 204
» in doctrina Ecclesiae . . . . . LXXVII 206
Caput II : De analogiis ritualibus.
Analogiae in cultu Veteris Legis . . . . . LXXVIII 211
» in liturgia Ecclesiae . . . . . LXXIX 213
» in catholico Sanctorum cultu . . . . LXXX 217
Caput III : De analogiis psychologicis seu mysticis LXXXI 218
Conclusio tractatus 221
Conclusio totius apologeticae.
Caput I : Conclusio logica : fidei credibilitas . . . LXXXII 222
Providentiae oeconomia . LXXXIII 225
Caput II : Conclusio methodologica . . . . LXXXIV 228
Caput III : Conclusio practica . . . . . LXXXV 229
Appendix : Fons Q 231

Index alphabeticus.

Remittitur lector ad numeros marginales.

Agnosticismus, 60 s., 130.

Analogiae in genere, 704 s., dogmaticae, 721 s., 732 s., psychologicae, 770 s., rituales, 750 s., 759 s., principia in eis aestimandis servanda, 707 s.

Apocrypha evang., 291, 380, 398, 495 s., 553.

Apologeticae historia, 9, finis, 11 s.

Archaïsmus evangelior., 334 s., 406, 446.

Blondel de immanentia, 100, 116 s., de miraculo, 152, 182, de Card. Dechamps, 810.

Certitudo in re historica, 225, revelationis christianae, 509 s., 785 s., 804, 807.

Contradictiones evangeliorum, 261, 400, 410 s.

Convergentia probabilitatum, 141 s., 692, 699, 788 s., 791, 807.

Credibilitas, 12 s., 785 *b*; cf. Certitudo.

Criteriorum notio, 181, respectivus valor, 182 s., crit. negativa, 530, 627 s, interna, 187 s., 585 s., 626, 811; cf. Experientia.

Dechamps, ejus methodus, 618, distincta a meth. immanentiae, 810, a nostra, 618.

Dubium methodicum, 33 s., 45 s.

Ecclesiae necessitas, 201, transcendentia, 627 s., 687 s., 707 s., indefectibilitas, 559, sanctitas, 671 s., utilitas socialis, 657 s.

Evangelia, cf. Mt, Mc, Lc, Joa, Synopt.

Evidentia, cf. Certitudo.

Experientia religiosa, 71 s., 83 s., 148, 601, 675 s., 770 s., 813 s.

Fideismus, 71 s.; cf. 53 s.

Flavius Josephus, 216, 503.

Gnosticismus, 219, 496, 500.

Hierographia, Hierologia, Hierosophia, 3, 99.

Historia religionum, 1 s., 93 s., 705 s.

Immanentia, cf. Blondel, Dechamps.

Indifferentismus, 204 s., 796.

Joannes apost., scriptor IV^{i} evang., 447 s., libri integritas, 473, sinceritas, 474, symbolismus, 475 s., veritas, 475 s., 492.

Joannes presbyter, 461; cf. 451, 454.

Logia privata, 297, 301, 303; cf. Q (fons).

Lucas scriptor Actuum Apost., 231 s., de Parousia, 337 s., 340, 234; cf. Synoptici.

Martyres Christi, 584, eorum cultus, 769.

Marcus, cf. Synoptici.

Matthaeus Aramaïcus, 310 s., Graecus, 324 s.; cf. Synoptici et Q. (Fons).

Messias praedictus, 565 s., exspectatus, 519, Jesus se Messiam dixit, 515 s.

Methodi apologeticae orthodoxae, 52 s., agnosticae, 60 s., 130, fideistica 71 s., psychologica, 83 s., historica, 93 s., 705 s., pragmatica, 100 s., traditionalis, 107 s., immanentiae, 116 s., ascendens, 107, 608 s., descendens, 107, 213 s., comparativa, 93 s., 703 s., transcendentiae, 608 s., 627 s., valor respectivus, 808, discrimen meth. dogmaticae a critica, 22 s., 30.

Miraculi notio, 150 s., possibilitas, 150 s., cognoscibilitas, 158 s., mirac. apologeticum, 151, mirac. morale, 151, 612, 620, 720, miracula Christi, 544 s., apostolorum, 548, 550, fundatorum aliarum relig., 554.

Mysteria ethnica seu orientalia, 732.

Parousia, 336 s., 526, 559.

Pauli apost. conversio, 263, 578 s., testimonium in genere, 230 s., de resurrectione, 536, de miraculis, 548 *e*.

Pragmatismus, 100 s.

Praeparatio moralis, 113 s., 121, 618 *d*.

Prophetiae in genere, 167 s., Christi, 556 s., messianicae, 565 s.

Probabilitas, 692, 789, 807; cf. Convergentia.

Protestantismus, 71, 80, 204, 211, 667 s.

Q (Fons), 311 s., 324 s., 408, 521, 548 s., 816.

Religionis notio, 4 s., 145 s., existentia, 131 s., 135 s., origo, 1 s., 148, unicitas, 146, 775, 795 s., universalitas, 131 s., 775.

Resurrectio Christi, 391, 531 s.

Revelationis possibilitas, 167 s., cognoscibilitas, 180 s., necessitas, 194 s., probabilitas, 198 s., obligatio, 203 s., evidentia, 509 s., revelatio primitiva, 729 s.

Sanctorum cultus, 769.

Substantia testimonii, 260, historiae evangelicae, 260, 509 s.

Syncretismus, 725 s., 731, 732 s., 748 s., 796 s.

Synopticorum genuinitas, 271 s., relationes, 331, integritas, 367 s., sinceritas, 375 s., veritas, 383 s., 493, 514.

Symbolismus IV^{i} evangelii, 475 s.

Testimonium Christi de se, 520, 593 s.

Totemismus, 722 s.

Transcendentia late et stricte dicta, 612, quomodo probanda, 620 s., fulgens in Ecclesia, 627 s., 691 s., 746 s., 766 s., 776 s., in V.T. 726 s., 754 s.

210.2
P651

3446

PINARD, S.J. HENRICUS a
AUTHOR

De Vera Religione
TITLE

DATE LOANED	BORROWER'S NAME	ROOM NUMBER

3446